



Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

C. SUETONII TRANQUILLI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE BAUMGARTEN-CRUSII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

75976


VOLUMEN PRIMUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1826.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

50832

2105
V 24
v. 155

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
AUGUSTINI BABELONII Epistola Serenissimo Delphino	1
Baumgarten-Crusii Præfatio	3
Collectanea de Vita et Scriptis Suetonii, ex Angeli Politiani Præfatione potissimum desumta	14
De Suetonii Genere, Vita, Studiis, et Scriptis veterum auctorum Testimonia	16
Elenchus alphabeticus nonnullorum scripturæ compendiorum quæ in VV. LL. occurrunt	23
Suetonii JULIUS	26
OCTAVIUS	180
TIBERIUS	408
CALIGULA	533
CLAUDIUS	629
NERO	713
GALBA	815
OTHO	848
VITELLIUS	867
VESPASIANUS	895
TITUS	940
DOMITIANUS	959
Ernestii Excursus ad Suetonii Cæsares	1007
Suetonii de ILLUSTRIBUS GRAMMATICIS Liber	1045
de CLARIS RHETORIBUS Liber	1097
TERENTII Vita	1114
HORATII Vita	1119

	Pag.
Suetonii LUCANI Vita	1125
PLINII Vita	1127
JUVENALIS Vita	1129
PERSII Vita	1130
operum quæ perierunt FRAGMENTA	1135
Inscriptiones antiquæ illustriores de Cæsaribus Suetonianis	1147
Cenotaphium Caii Cæsaris Augusti F.	1163
Cenotaphium Lucii Cæsaris Augusti F.	1166
Monumentum Ancyranum, ex recognitione Edm. Clishulli	1168
Is. Casauboni in Monumentum Ancyranum Animadversiones	1181
Fastorum Prænestinorum Reliquiæ, collectæ et illustratæ a P. Franc. Foggino	1194
Animadversiones in Reliquias Fastorum Prænestinorum	1214
NOTÆ VARIORUM in Julium	1233
Octavium	1339
Tiberium	1467
Caligulam	1529
Claudium	1581
Neronem	1627
Galbam	1683
Othonem	1701
Vitellium	1710
Vespasianum	1726
Titum	1747
Domitianum	1756
Lib. de Illustribus Grammaticis	1780
Lib. de Claris Rhetoribus	1784
RECENSUS EDITIONUM Suetonii	1785
CODICUM Mss. qui in Bibliothecis Britannicis asservantur	1817
INDEX	i



SERENISSIMO

D E L P H I N O

S. P. D.

AUGUSTINUS BABELONIUS.

CAIUM SÜETONIUM TRANQUILLUM scriptorem politissimum tibi offero, DELPHINE SERENISSIME. Interpretatione et notis illustrandum illum susceperam, ut aliquatenus tua studia olim juvare possem; sed sero editus in lucem, qui tibi nequit prodesse liber, idem tuo Filio Serenissimo Burgundiæ Duci jam jam usui esse poterit. Regius puer, quem Galli omnes, quia tuus, et quia te dignus est Filius, unice amant, carissimumque habent, cum ceteris artibus quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui erudietur. Nulla enim erit hac præstantior disciplina. Sic ergo continget feliciter Auctori nostro, ut manibus Regiis pertractandus veniat. Immo, si licuerit, ausim affirmare Suetonium tibi, SERENISSIME DELPHINE, oblectationi etiam nunc esse posse. Præsertim vero cum a publicis negotiis in secreta quandoque remotus, otii aliquid imperteritis legendis iis, quæ a Julio Cæsare, atque Augusto gesta fortiter, vel a Tiberio acute excogitata, eleganter autem et nitide sunt descripta ab Auctore nostro. Delectaberis, inquam, cum, Julii Cæsaris victorias innumeras percurrens, Ludovici Magni Parentis tui victorias quoque percurrere te merito putabis. Gallias diversis factionibus

distractas subegit Cæsar; easdem Ludovicus Magnus incredibili animi magnitudine, summa prudentia in antiquam ditionem redactas pene universas pacavit, atque adeo invictas effecit. Tot tantisque rebus utrinque gestis invicem collatis, SERENISSIME DELPHINE, triumphanti Galliarum imperio gratulaberis, et diffusa per universum orbem Augusti tui Parentis fama perfrueris, qui sua magnanimitate, clementia, atque humanitate Cæsares ipsos terrarum dominos longe superavit. Innumerabilis hostium multitudo undique collecta depopulationem fertilissimæ nostræ Campaniæ parabat inferre: sed statim in ipso regni limine oppressa et dissipata est. Atque (ut alia tam multa, qua terra, qua mari, vel in ipsa America, et nuper in Africa prospere gesta prætermittam) Cæsaris celeritati, qua sæpius se magnifice jactavit, Ludovici Magni celeritatem in rebus bellicis conficiendis longissime anteponendam fato suo comprobavit. Iis inhærentem vestigiis, atque etiam sub tanto Patre Principe, amorem ac delicias generis humani dicere te non dubitarim. Vale, SERENISSIME DELPHINE.

Lut. Paris. Idibus Februariis :

MDCLXXXIV.

BAUMGARTEN - CRUSII

PRÆFATIO.

FLEISCHERUS, cujus singularia de literis et solidiori maxime eruditione merita omnes norunt, cum ante triennium plerosque auctorum Romanorum, qui in scholis legi solent, continua serie edendi consilium cepisset, atque ita quidem, ut, textu ad optimas editiones vel reddito vel accuratius constituto, brevis annotatio subjiceretur, quæ, accommodata ad adolescentulorum ingenia, removendis, quæ gravissimæ eos impediunt, difficultatibus sufficeret, eique operæ viros maxime adhibendos duxisset, qui in publica juventutis institutione versati, quid conduceret illi ætati, quotidiana experientia discere facile potuissent; quæ illi est fere translata ab Erfurdio quondam nostro erga me amicitia, ut ad rem, cujus non exiguam speraret utilitatem, mei aliquid laboris conferrem, benigno de studiis meis iudicio desiderabat. Et cum eligendi, in quo elaborarem, auctoris copia adhuc superesset, incidit statim animus in Suetonium, ut quem ob contractam a pueris familiaritatem, continuatam per plures annos publicam interpretationem, multiplicem denique, quam eruditissimus scriptor suppeditat, materiam jamdudum intentiori studio commendatum, futuræ vitæ laboribus sæpius destinassem. Neque ignorabam, quæ ab eo incepto absterrere me possent rationes; immo reputabam, quot et quales viri eruditionem suam in recensendum explicandumque hunc auctorem jam convertis-

sent, ut arrogantiae fere videretur, subinde in diversam sententiam judicare, importunitatis, vestigia eorum sequi, et melius jam exposita praeter necessitatem repetere; perspiciebam, quantam argumenti varietas non historiae tantum, sed omnis vitae rei que Romanorum, cum publicae tum privatae, requireret cognitionem; haud mediocris denique in promptu erat numerus locorum, in quibus vel residua textus corruptela, vel rerum ipsarum difficultas vanam hactenus aliorum operam reddidisset. Accedebat, quod ea, quae ex novis subsidiis, codicibus nondum comparatis, alioque nunc primum in lucem edito apparatu, singularis esse solet recentissimis editionibus commendatio, nostrae deesse fere videbatur. Sed, ut fieri solet, eadem, quae avocare debebant a labore, impedimenta praecipuum ad aggrediendum mihi admoventur stimulum, ita tamen, ut, quos scripserat librarii consilium, fines, ne supervacuum noster esset labor, admodum excedendos existimarem.

Itaque, cum Fleischerus maxima facilitate, nullo modo se circumscripturum rationes nostras, asseverasset, et gravissimi viri, quorum iudicium explorare licebat, auctores extitissent, accessi ad rem, his potissimum legibus constitutis, ut textum ad praestantissimarum editionum fidem, criticumque, quem exhibent, apparatus, quam castissime possem, reddendum curarem, commentarium historiae maxime ipsisque rebus ex aliis monumentis illustrandis destinarem, clavem denique adjungerem vel glossarium, quod ultra vulgaris indicis modum, in uberius explicanda Latinitate usuque dicendi cum communi, tum Nostri versaretur. Eminent autem inter superioris saeculi editiones tres, Burmanniana, Oudendorpiana, et Ernestiana, a Wolfio repetita, sed ita diverso consilio instituta, ut diversum etiam eorum, qui utuntur iis, iudicium requirant. Cum enim Burmannus copiosissimam annotationum, quas superior aetas pepererat, sylvam suo sui que temporis more larga manu dedisset, successit Oudendorpius, princeps fere inter Batavos in eliminandis Latinorum monumentis, secutusque quidem Grævii et Gronoviorum vestigia, tanta excelluit in subsidiis, quae

etiam nova haud pauca ei suppetebant, et comparandis et digerendis diligentia, accurata linguæ et rerum scientia, iudicii denique acumine, ut primas in demerendo hoc auctore partes vindicare sibi posset. Ita mihi saltem, si profiteri licet, quod sentio, semper fuit persuasum, neque flectere potuit animum auctoritas nominis Ernestiani, communis patriæ studio fortasse adjuta. Quanquam enim toto animo ab iis sum alienus, qui hodie id unice agunt, ut in Ernestium ubique invehantur, et, quo major superiori ævo hujus viri celebritas fuit, eo graviori acerbitate de summis ejus meritis per quamlibet occasionem detrahant, negare tamen nequeo, parum semper mihi placuisse editionum, quas in juventutis usum procuravit, rationem. Aspersæ enim subinde notulæ, quamvis eximiam semper prodant viri eruditionem, adeo ex mero magis lubitu, quam certo consilio, profectæ videntur, ut prætermisissis, quas plurimas provectiorem etiam juvenem morari, ipse olim expertus sum, difficultatibus, longiores aliis locis, ubi minus opus, et argutæ nonnunquam, ubi intentior cura tanto viro omnem scrupulum exemisset, facilem scriptoris lectionem eamque ingenii, dictionis, argumenti cognitionem, quæ ad familiaritatem quandam cum auctore assurgere debet, minime efficiant; atque huic unice causæ, quod Ernestium non dedisse putabam, quæ dare potuisset, non immodestiæ, vel minori præstantissimi in plurimis literarum generibus magistri verecundiæ tribuendum est, si quando non dissentire tantum, sed impugnare etiam ejus disputationes, mihi sumsi. Reddere autem Ernestii editionem, non novam procurare, Wolfio fuit propositum. Ita expunxit quidem, quas ille reliquerat, labes, textus sanitati ex pristinis novisque subsidiis, et singulari, quo valere virum nemo ignorat, ingenii acumine mire consuluit, expedit etiam, quas quæsitæ magis, quam inventas viderat, paucis sæpe verbis difficultates, addiditque suæ Ruhnkenii, cujus dictatis utebatur, auctoritatem, sed ipsa editionis ratione egregiam potius alienæ crisis, quam talem ipse dedisse visus est hominibus eruditiss, qualem a tantis ingenii doctrinæque divitiis omnes ex-

optassent. Quæ cum ita forent, excudendam quidem curavi alteram Bipontinam, ad Ernestianæ exemplum maxime expressam, sed recognitam, novisque curis felicissime plerumque emendatam, ita tamen, ut ex Oudendorpiana et Wolfiana, quicquid melioribus libris fultum, vel linguæ, et ipsius auctoris usui, rerum denique veritati accommodatius videretur, tanquam ex reconditiore thesauro, affunderem; neque longus fui in enumeranda, quam superiores editiones copiosissime exhibuerant, lectionis varietate, sed de gravioribus admonuisse, vel, quæ causas et originem variæ depravationis docere juvenes poterant, commemorasse contentus, brevi tantum disputatione, cur hanc vel illam rationem prætulissem, exposui. Ac meo quidem iudicio in mutando textu rarissime usus sum, innato quodam, quem profiteri haud erubesco, pudore, et satis justo talis sedulitatis odio; nisi quod majorem scripturæ et interpunctionis, quam observatam huc usque cognoveram, æqualitatem spectavi, suspiciones autem, quæ variis temporibus inter legendum vel interpretandum acciderant, solummodo in notis proposui. In hoc autem negotio, ut antea jam dixi, in paratis acquiescendum fuit, editionibus scilicet, quas quidem comparare mihi licuit, præstantissimis, iisque, quæ passim viri docti in disputationibus de hoc vel illo loco uberius plerumque, quam in justa editione fieri solet, exposuerunt, quam etiam ob rem a longo inde tempore ad omnes, qui Suetonii aliquam partem tractarent, libellos valde attendi, et quæcumque iudicii vel novitate vel veritate notabilia viderentur, in rem meam converti. Ac præcipuam quidem messem in Observationibus Mülleri, scholæ Cizensis Rectoris, cujus postea aliam cum maxima gratiarum actione mentionem faciam, cum in publicum emissis anno 1804. tum schedis, quarum usum mihi concessit, inaratis, et Waltheri, Lycei Torgav. Subrectoris, quæ anno 1813. prodierunt, finita jam operis parte ad me delatæ, a quibus uti meam opinionem modo confirmatam, modo idoneis argumentis exemplisque astructam, modo correctam et refutatam, grato animo in-

tellexi, ita, ubi discedendum putabam, non aliter id feci, quam ut modestiæ nunquam immemor viderer. Ne autem nulla prorsus ex nova librorum collatione editionis nostræ essent ornamenta, communicavit mecum Cel. Müllerus, quæ est humanissimo viro etiam erga novum in re literaria hominem benevolentia, editionem Plantinianam anni 1596. a Petro Scriverio procuratam, ad cujus marginem vir doctus varietatem notavit codicis, de quo ipse initio libri ita scripsit: ‘Cæsares Suetonii contuli cum Cd. Ms. membranaceo, ex bibliotheca Nicol. Jos. Foucault Comit. Consistoriani, bonæ notæ, sed admodum recenti; in cujus fine legebatur: JA. DE HOLLANDIA ROMÆ 1444. XX. FE. FINIVIT. Græca deerant relicto spatio.’ De reliquis Suetonii scriptis idem eodem loco: ‘Librum de Grammaticis et Rhetoribus contuli cum antiqua editione, in cujus calce exstabat: *Impressum Florentiæ apud Sanctum Jacobum de Ripoli. MCCCCLXXVIII. anno 1738. mense Aprili et Maio in bibl. Senatus Lipsiensis.*’ Ac de hac quidem editione, satis ea nota et commemorata etiam a Bipontinis in Notitia Literaria de Suetonio Tranquillo pag. XVI., dicere non attinet. Codicis autem varietatem excerpsi omnem, libroque præmisi haud mutatam, ut adeo admonitione non opus sit, vulgatum, a quo discedit, textum esse editionis Scriverianæ; transcripsique etiam manifesta, quibus scatet, vitia, ut ex librorum erroribus depravationis originem et progressus tirones discerent. Ceterum, qui diligentius eam collationem comparaverit, omnino parum accurate librarium, quicumque ille fuerit, in negotio versatum fuisse, multis tamen locis optimorum codd. lectionem isto confirmari, nonnullis singularem quoque neque ineptam exhiberi, animadvertet.

Dicendum jam de commentario, quem fines antea scriptos egressum, ipse non negavi. Fuit autem mihi in elaborando eo consilium hoc, ut juvenes, quorum institutionem maxime spectat opus, et cognoscerent fontes, e quibus singulæ partes historiæ, quam tractat Suetonius, uberius peti possunt, et in ipsa lectione vel privata, vel publica, com-

parandi supplendique copiam haberent. Quod enim multi, nimis ita impediri detinerique lectionem, dicent, de eo ita sentio: esse quidem plerosque scriptores, maxime historicos, celerius percurrendos, ne vel rerum ordo nimia tarditate memoria legentium excidat, vel depereat, ubi in singulis subsistas, magna pars artis, quæ est in continuata rerum enarratione; in aliis autem diutius morandum, qui singulari scribendi ratione, argumenti varietate, ipsisque, quæ ad requiescendum quasi fixerunt, intervallis amplioris interpretationis et occasionem dederunt, et effecerunt fere necessitatem. Atque tales profecto sunt vitarum scriptores, inque primis Suetonius, qui res gestas Cæsarum, ut plerisque satis notas, brevissima narratione memorasse contentus, versatur maxime in describendis moribus illorum et temporum et hominum, in recensendis publice privatimque actis atque institutis, in multis denique longius exponendis, quæ vera historia ut levia suaque dignitate inferiora prætermittere solet. Ibi igitur multa supplenda ex aliis scriptoribus, multa, quæ ad leges, mores, instituta, totum vitæ genus illius ævi pertinent, uberius explananda, præsertim cum, oppressa libertate, novam formam respublica non magis, quam vita et lingua Romanorum, induisset. Præcipuus autem in ea re usus est Græcorum, quos, constat, suæ genti accuratius exponere, quæ Romani levius tangunt, addere etiam multa ex seriori compilatione, quæ prior ætas vel ignoraverat, vel audire non sustinuerat, sæpe etiam ea veritate uti et libertate, quam sueta servitus metusque, vel studium partium et propriæ gentis adhibere vetuerant Romanos. Horum itaque scriptis, ubicumque idoneum fuerit, studiose collatis, et longiore interpretatione plerumque supersedere possumus, a Græco homine, quem ante oculos habemus, jam exhibita, eodemque tempore non historia modo, institutis moribusque antiquis juvenes optime imbuemus, sed utriusque etiam linguæ scientia, dum, quod Latine legere et efferre didicerant, Græco quoque habitu cognoscent; quid, quod ad avidius expetendos, quos semel gustare cœperunt, fontes excitabimus; quibus rebus

eveniet, ut, quæ per diversas lectiones distribui alias solent, una eademque ingenio et animo possint propinari. Jam quæ solent Græcorum monumenta in manibus esse adolescentulorum, nisi Plutarchi forte hanc vel illam vitam exceperis; et, si amplior etiam magistris supellex, quomodo poterunt afferre tot volumina ejusque plerumque molis, et conquirere locos in auctoribus passim dispersos, sine maxima molestia, et rei non minus quam temporis detrimento? His igitur ductus rationibus, quas veras mihi experientia et quotidiana, quæ in hoc institutionis genere versatur, opera satis comprobaverant, prius quam ad interpretandum Suetonium accederem, vel aliorum commentarios diligentiori studio perscrutarer, repetitam institui fontium, Græcorum maxime, lectionem, qui ut in Cæsaris et Augusti vita largissimi affluunt, mox sensim sensimque decrescunt et tandem in uno fere Dione eoque ne integro quidem residunt. Ex his, quæ Nostro gemina essent, diligenter excerpta postea in astruenda ipsa annotatione novo dilectui subjeci, unde id factum spero, ut aptiorem sæpius locum et reconditiorem, quam reliqui interpretes, compararim, in qua tamen re haud parum adjutum me fateor egregio Fabricii et Reimari in Dionem commentario; vel, ubi prærepta jam a superioribus materia esset, meis tamen oculis singula vidisse, neque unquam in aliena auctoritate acquievisse, laudi ducere mihi possim. Pitiscum enim, cujus editio absoluta demum maxima operis parte in manus meas pervenit, reperi quidem idem consilium fuisse secutum, sed cum commentarios indicesque promiscue compilaret, ob quod summo jure etiam ab Oudendorpio passim carpitur, et inutili mole lectorem obruisse, et contulisse, quæ vel parum idonea vel aliena etiam et absurda attentiori lectione facile cognovisset. Ceterum poëtas rarius adhibui, nisi ubi ad mores sæculi illustrandos facerent, partim quod omnino hujus artis est, augere res et splendidiore colore adornare, partim quod adulatio erga fœdissimos tyrannos, qua v. c. Martialis et Statius affluunt, tanto fastidio afficere intimum animi mei sensum solet,

ut transcribere etiam et calamo repetere turpia verba padeat.

Fuit autem animus, non cum superioribus interpretibus de eruditionis iudiciiue palma decertare, quod in Suetonio maxime summæ arrogantiæ esset et temeritatis, sed eam exhibere Suetonii editionem, quæ et magistris in publica institutione, et adolescentulis aliisque, qui minus impeditam hujus scriptoris cuperent lectionem, iis denique sufficeret, qui animi magis oblectandi variisque antiquitatis thesauris instruendi, quam reconditam doctrinam aucupandi consilio ad eum accessissent. Ita fieri non potuit, quin multa repetenda viderentur, quæ alii jam copiosius exposuissent, quod si qui crimini mihi dandum existimarent, maximam sane injuriam facerent. Quis enim nova omnia expetat in editione scriptoris sexcenties repetiti? immo utilius fuerit, eligere ex immensa copia, quæ ad rem plurimum faciant, dilectu prudenter instituto, resectis, quæ recentior ætas repudiavit, additis, quæ rectius nunc exposita sunt, in compendium redigere longiores de nonnullis locis vel rebus disputationes, et ubi sententiarum diversitas accidit, omissis, quæ falsa et inepta etiam doctissimis hominibus excidunt, vera omniumque punctis probata ea brevitate eoque ordine referre, qui vera et expedita quærentibus promtioris cognitionis et facilioris iudicii copiam faciat. Ita, cum persuasum haberem, minus quidem gloriolæ, quæ ex novitate quæritur, maxime autem utilitati consuli, et hanc unam fere nostris temporibus nostræque operæ relictam esse laudem, et ipsam tamen haud sine labore et industria comparandam; ad hunc finem omnes vires meas converti, et iudicabunt fortasse, qui diligentiore examine laborem meum dignati fuerint, non festinante animo atque studio me in eo fuisse versatum, neque aliena modo recantasse, sed, ubi acquiescendum etiam in doctiorum hominum iudicio atque auctoritate esset, propriis tamen oculis vidisse, neque ulli industriæ pepercisse, quæ necessaria ad nostras rationes videretur. Accessit tamen huic editioni commendatio ex eadem, quam antea prædicavi, Cel. Mülleri huma-

nitate. Misit enim auspicanti opus editionem Casauboni anni 1611. quæ in bibliotheca Cizensi servatur, ob notas, a Thoma Reinesio margini ascriptas, quarum specimen Observationibus supra memoratis ipse olim adjunxit. Sunt eæ maximam partem historicæ, partim aliorum scriptorum locos, partim Gruteri inscriptiones aliaque monumenta comparantes, quibus posthac accuratius exploratis et ad Nostri interpretationem adhibitis quanquam nihil detrahitur Reinesianis, vel ob ipsam doctissimi viri memoriam maximi æstimandis, factum tamen, ut minorem inde fructum carpere potuerim; neque tamen, quæ nova et singularia Reinesius subinde admonuisset, ubique commemorare neglexi. Communicavit mecum idem Müllerus Jo. Freder. Reitzii dictata in Suet. Augustum et Tiberium, anno 1751. calamo excepta, atque erunt fortasse, qui typis ea exscripta maluissent. Sed præter nimiam prolixitatis immodestiamque erga eum, cui usum debebam, metum alia neque levis, ut puto, me prohibuit ratio. Ex quo enim plures, quæ Batavi in scholis suis discipulis exposuerant, edere cœperunt, satis constat, non eum inde eruditioribus fructum provenisse, qui a talium magistrorum nomine poterat sperari, neque id vitio vertendum gravissimis viris, cum illi auditorum ingenia privataque institutionis utilitatem spectarent, adeoque in levioribus sæpe, quæ ignorari adhuc videbant, subsisterent, neque in publicum exitura illa, cogitarent. Ita Reitzius etiam modo antiqua Romanorum instituta illustrat, modo usum verborum et grammaticam etymologiam indagat, multaque immiscet, quæ viva quidem voce addi solent, editioni non conveniunt. Ceterum, inde etiam varia me desumsisse, quæ præ ceteris utilia viderentur, lectores passim invenient; et quo major in legendis et perlustrandis, quæ in paucorum tantum conspectum veniunt, voluptas, eo graviora etiam de opera nostra sunt merita viri, qui illorum usum nobis, et qui utuntur nostris, invidere noluit.

Restabat adhuc, ut de glossario quædam præmonerem. Sed, quoniam librarius precibus meis hoc dedit, ut seorsim

iste libellus emitteretur, propter eos, qui alia editione jam instructi aliquod interpretationis subsidium cuperent, ibi quid consilii secuti fuerimus, exponendi occasio suppetet. Itaque, quem laborem tristissimis temporibus, oppressa fœda dominatione patria, et imminente ut omnibus pacis artibus, ita literis maxime et antiquæ eruditioni exitio, adortus fueram, postea inter medios belli tumultus, circumstrepentibus armis, sæpe astante etiam milite, continuavi, quem, parum denique aberat, quin ipse sumtis armis, morte forsitan oppetita, interrumperem, eum, Deo satis dignas gratias dicere nequeo, quod absolvere mihi contigit restituta lætiori rerum forma, oppresso tyranno, recuperata libertate, renascente felicioris ævi spe, novo emergente literarum flore, redditaque omnibus, quæ emori cœperat, vitæ publicæ privatæque alacritate; quæ omnia uti sperare cum optimo quoque nunquam cessavi, ita postquam evenerunt, erectiori animo patriæ meæ iisque, qui bene ei cupiunt, congratulor; juvenes autem, ut non minus assidua antiquorum monumentorum lectione, et sapienti veteris historiæ usu, quam recentissimis exemplis, vivisque cum proximæ miseræ, tum partæ salutis vestigiis ad ingenuum patriæ honestæque libertatis amorem excitentur, piaque incensi flamma pro his sacris neque industriam, neque labores, nec mortem quidem obire recusent, sanctissimis precibus exoro. Scr. Merseburgi d. XXVII. Jun. MDCCCXIV.

Ita scripseram, cum editio nostra ante biennium prelis destinaretur. Inciderunt postea varia impedimenta, quæ operarum laborem morarentur, ipsumque librarium a maturando consilio avocarent, in quibus haud levissimum ex novis, quæ ingruere cœperant, turbis bellicis. Quibus de novo copiarum nostrarum virtute disjectis, fractaque, ut sperare licet, in multos annos vi iraque hostium, eo felicioribus auspiciis Suctonium emittimus, cui quicquid recentioris curæ interea impendimus, glossario, in quo adornando jam versabimur, inseretur. Neque valedicere possumus lectori, quin, lustrato jam, quod ante oculos habemus, primo operis volumine, gratias agamus Cel. Schæfero, cujus

suctæ diligentia, quod sartum tectumque a typhetarum injuria illud prodit, unice debetur; et, cum laudes summi viri nemini non cognitæ nostroque loco longe majores sciamus, ut in quas omnia pectora conspirent, id tamen nobis habebimus, ut hac etiam nos nostraque dudum intellectæ ejus amicitia denuo commendandi opportunitate ex animi nostri sensu utamur. Merseburgi d. XXII. Januar. MDCCCXVI.

COLLECTANEA
DE VITA ET SCRIPTIS
SÜETONII TRANQUILLI

EX ANGELI POLITIANI IN HUNC SCRIPTOREM PRÆFATIONE
POTISSIMUM DESUMTA.

C. SÜETONIUS TRANQUILLUS patrem habuit Suetonium Lenem,^a tertiæ decimæ legionis bello Othoniano Tribunum angusticlavium. Natus est circa initia imperii Vespasiani : nam XX. annis a morte Neronis adolescentem, item imperante Domitiano adolescentulum se ipse nominat.^b Adeptus erat et ipse tribunatum militum ; sed contulit statim in propinquum suum Cæsennium Silvanum.^c Post Magister Epistolarum imperatoris Adriani, eo honore privatus est, quod apud Sabinam Principis uxorem familiaris egerat, quam reverentia domus aulicæ postulabat.^d Matrimonium ipsi parum felix, sine liberis : quare intercessione Plinii junioris jus trium liberorum ab imperatore Trajano obtinuit.^e Præter Vitas duodecim Cæsarum (quas octo libris ita complexus est, ut prioribus sex singuli Imperatores, septimo solstitiales illi, Galba, Otho, Vitellius, octavo gens Flavia, comprehendantur) scripsit hæc, quæ

^a Vid. Vitam Othonis cap. 10. Avi sui mentionem facit in Caligula cap. 19.

^b Neronis cap. ult.

^c Cf. Plin. Epist. lib. III. 8.

^d Æl. Spartian. in Hadrian. cap. 11.

^e Plin. Epist. lib. x. 95.

recenset Suidas : De Græcorum lusibus librum unum : De Romanorum certaminibus et spectaculis duos : De anno Romano unum : De notis unum : De Republica Ciceroniana, contra Didymum, unum : De nominibus propriis, deque vestium generibus : De ominosis verbis : De urbe Roma et ejus institutis moribusque, libros duos : De stemmatibus illustrium Romanorum. Citantur et hi Suetonii libri : De Regibus tres, ab Ausonio ; De institutione officiorum, a Prisciano ; et ab eodem De Prætoribus plures : nam etiam octavum allegat. Attribuuntur insuper Suetonio libri, De triumphis : De Poëtis : De vitiis corporalibus : De rebus variis. Sed ut duo posteriores a futili tantum auctore Servio citantur, ita De institutione officiorum, et triumphis, e libris De urbe Roma fortasse petiti sint ; atque De Poëtis comprehensi fuerint libellis De Grammaticis et Rhetoribus, &c. quorum quædam habemus. Alium quoque Suetonium citat Vopiscus, etiam Historicum ; sed cognomento Octavium : ejus nihil exstat. Verum cum mentio Vopisci facta sit, lubet hæc collectanea ipsius de hoc nostro testimonio finire. Vocat igitur emendatissimum et candidissimum scriptorem. Quo elogio omnia dixit.

DE

S U E T O N I I

GENERE, VITA, STUDIIS, ET SCRIPTIS

VETERUM AUCTORUM

TESTIMONIA.

Ipse in Caligula, de ponte Caiano, cap. 19.

AVUM meum narrantem puer audiebam, causam operis ab interioribus aulicis proditam, quod Thrasyllus mathematicus anxio de successore Tiberio, et in verum nepotem priori, affirmasset, non magis Caium imperaturum, quam per Baianum sinum equis discursurum.

In Othone, de pugna Betriacensi, cap. 10.

Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertiæ decimæ legionis tribunus angusticlavius. Is mox referre crebro solebat, &c.

In Domitiano, de fisco Judaico, cap. 12.

Interfuisse me adolescentulum memini, cum a procuratore frequentissimo concilio inspiceretur nonagenarius senex, an circumsectus esset.

In Nerone extremo.

Denique cum post viginti annos adolescente me extitisset conditionis incertæ, qui se Neronem esse jactaret, tam favorable nomen ejus apud Parthos fuit, ut vehementer adjutus, et vix redditus sit.

Plinius Bebio Hispano, Epistolarum lib. I. 24.

Tranquillus contubernalis meus vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur. Rogo cures, quanti æquum est, emat. Ita enim delectabit emisse: nam mala emtio semper ingrata est, eo maxime quod exprobrare stultitiam domino videtur. In hoc autem agello (si modo arriserit pretium) Tranquilli mei stomachum multa sollicitant, vicinitas urbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris, qui avocet magis quam dstringat. Scholasticis porro hominibus, ut hic est, sufficit abunde tantum soli, ut relevare caput, reficere oculos, reptare per limitem, unaque semita terras omnesque viticulas suas nosse, et numerare arbusculas possint. Hæc tibi exposui, quo magis scires, quantum ille esset mihi, quantum ego tibi debiturus, si prædiolum istud, quod commendatur his dotibus, tam salubriter emerit, ut pœnitentiæ locum non relinquat. Vale.

Ælius Spartianus in Hadriani vita, cap. II.

Septitio Claro præfecto prætorii, et Suetonio Tranquillo epistolarum magistro, multisque aliis, quod apud Sabinam uxorem, injussu ejus, familiariter se tunc egerant, quam reverentia domus aulicæ postulabat, successores dedit.

C. Plinius Tranquillo suo S. Epist. lib. III. 8.

Facis pro cetera reverentia, quam mihi præstas, quod tam solícite petis, ut tribunatum, quem a Neratio Marcello, clarissimo viro, impetravi tibi, in Cæsennium Sylvanum propinquum tuum transferam. Mihi autem, sicut jucundissimum, ipsum te tribunum, ita non minús gratum, alium per te videre. Neque enim esse congruens arbitror, quem augere honoribus cupias, huic pietatis titulos invidere, qui sunt omnibus honoribus pulchriores. Video etiam, cum sit egregium et mereri beneficia et dare, utramque te

laudem simul assecuturum, si, quod ipse meraisti, aliis tribuas. Præterea intelligo mihi quoque gloriæ fore, si ex hoc tuo facto non fuerit ignotum amicos meos non gerere tantum tribunatus posse, verum etiam dare: quare ego vero honestissimæ voluntati tuæ pareo. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est: ideoque liberum est nobis Sylvanum in locum tuum subdere: cui cupio tam gratum esse munus tuum, quam tibi meum est. Vale.

Idem Lib. x. Epistolarum, ad Trajanum, 95.

Suetonium Tranquillum, probissimum, honestissimum, eruditissimum virum, et mores ejus secutus et studia, jam pridem, domine, in cõtubernium assumsi: tantoque magis diligere cœpi, quanto hunc propius inspexi. Huic jus trium liberorum necessarium faciunt duæ causæ. Nam et judicia amicorum præmeretur, et parum felix matrimonium expertus est: impetrandumque a tua bonitate per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegavit. Scio, domine, quantum beneficium petam, quod peto a te, cujus in omnibus desideriis meis plenissimam indulgentiam experior. Potes enim colligere, quantopere cupiam, quod non rogarem absens, si mediocriter peterem.

Trajanus Plinio S.

Quam parce hæc beneficia tribuam, utique, mi Secunde carissime, hæret tibi, cum etiam in senatu affirmare solem, non excessisse me numerum, quem apud amplissimum ordinem suffecturum mihi professus sum: tuo tamen desiderio subscripsi, et ut scias dedisse me jus trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione, qua assuevi, referri in commentarios meos jussi.

C. Plin. Tranquillo suo S. Epist. Lib. i. 18.

Scribis te perterritum somnio vereri, ne quid adversi in actione patiaris: rogas, ut dilationem petam, et pauculos dies. Certe proximum excusum difficile est, sed experiar.

Καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

Refert tamen, eventura soleas, an contraria, somniare. Mihi reputanti somnium meum istud, quod times tu, egregiam actionem portendere videtur. Susceperam causam Julii Pastoris, cum mihi quiescenti visa est socrus mea advoluta genibus, ne agerem, obsecrare. Et eram acturus adolescentulus adhuc: eram in quadruplici iudicio: eram contra potentissimos civitatis, atque etiam Cæsaris amicos: quæ singula excutere mentem mihi post tam triste somnium poterant. Egi tamen λογισάμενος illud,

Εἴς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.

Nam mihi patria, et si quid carius patria, fides videbatur. Prospere cessit: atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa januam famæ patefecit: proinde dispice, an tu quoque sub hoc exemplo somnium istud in bonum veritas: aut si tutius putas, illud cautissimi cujusque præceptum, 'quod dubitas, ne feceris,' id ipsum rescribe. Ego aliquam stropham inveniam, agamque causam tuam, ut ipsam agere cum tu voles possis. Est enim sane alia ratio tua, alia mea fuit: nam iudicium centumvirale differri nullo modo, istud ægre quidem, sed tamen potest. Vale.

Idem Tranquillo suo S. Epist. Lib. IX. 34.

Explica æstum meum. Audio me male legere duntaxat versus: orationes enim commodius, sed tanto minus versus. Cogito ergo, recitaturus familiaribus amicis, experiri libertum meum. Hoc quoque familiare, quod elegi non bene, sed melius scio lecturum: si tamen non fuerit perturbatus: est enim tam novus lector, quam ego poëta. Ipse nescio, quid illo legente interim faciam. Sedeam defixus et mutus, et similis otioso? an (ut quidam) quæ pronuntiabit, murmure, oculis, manu persequar? Sed puto, me non minus male saltare, quam legere. Iterum dicam, explica æstum meum, vereque rescribe, num sit melius pessime legere, quam ista vel non facere, vel facere. Vale.

Idem eidem Lib. v. 11.

Libera tandem hendecasyllaborum meorum fidem, qui scripta tua communibus amicis sponponderunt: appellantur quotidie et flagitantur, ac jam periculum est, ne cogantur ad exhibendum formulam accipere. Sum et ipse in edendo hæsitator: tu mora tamen meam quoque cunctationem tarditatemque vicisti. Proinde aut rumpe jam moras, aut cave, ne eosdem illos libellos, quos tibi hendecasyllabi nostri blanditiis elicere non possunt, convicio scazontes extorqueant. Perfectum opus absolutumque est, nec jam splendescit lima, sed atteritur. Patere, me videre titulum tuum, patere audire, describi, legi, vanire volumina Tranquilli mei. Æquum est, nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatem, qua tu perfrueris ex nobis. Vale.

Ausonius de XII. Cæsaribus per Suetonium Tranquillum scriptis.

Cæsareos Proceres, in quorum regna secundis
 Consulibus dudum Romana potentia cessit,
 Accipe bis senos: sua quemque monosticha signant,
 Quorum per plenam seriem Suetonius olim
 Nomina, res gestas, vitamque, obitumque peregit.

Flavius Vopiscus Syracusius, in Firmo, &c. cap. 1.

Minusculos tyrannos scio plerosque tacuisse, aut breviter præterisse. Nam et Suetonius Tranquillus, emendatissimus et candidissimus scriptor, Antonium et Vindicem tacuit, contentus eo, quod eos cursim perstrinxerat.

Mox.

Et de Suetonio non miramur, cui familiare fuit amare brevitatem.

Idem in Probo cap. 11.

Et mihi quidem id animi fuit, non ut Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros

in vita principum et temporibus disserendis: sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargillium Martialem, Julium Capitolinum, Ælium Lampridium, ceterosque, qui hæc et talia non tam diserte, quam vere, memoriæ tradiderunt.

Julius Capitolinus in Maximo et Balbino cap. 4.

Sed priusquam de actibus eorum loquar, placet aliqua dicere de moribus atque genere; non eo modo, quo Junius Cordus est prosecutus omnia, sed illo, quo Suetonius Tranquillus et Valerius Marcellus.

Sidonius Apollinaris Epistolarum Lib. IX. 14.

Nam si omittantur, quæ de titulis dictatoris invicti scripta Patavinis sunt voluminibus, quis opera Suetonii, quis Juvenci Martialis historiam, quisve ad extremum Balbi ephemeridem fando adæquaverit?

Tertullianus de anima cap. 44.

Sed et Neronem Suetonius, et Thrasymedem Theopompus negant unquam somniasse: nisi vix Neronem in ultimo exitu post pavores suos.

Paulus Orosius Lib. VII. cap. 9.

Itaque Titus Imperator ab exercitu pronuntiatus templum in Hierosolymis incendit ac diruit; quod a die conditionis primæ usque ad diem eversionis ultimæ manserat annis MCLII. Muros urbis universæ solo adæquavit: DC. millia Judæorum eo bello interfecta, Cornelius et Suetonius referunt.

Auctor Historiæ Miscellæ Libro VI. de Julio Cæsare loquens.

Hanc historiam Suetonius Tranquillus plenissime explicuit, cujus nos competentes portiunculas decerpimus.

Johannes Saresberiensis Policratico sive de nugis
curialium Lib. VIII. cap. 18.

Hæc quidem possunt et apud alios historicos inveniri diffusius, qui tyrannorum atrocitates et exitus miseros plenius scribunt. Quæ si quis diligentius recenseri voluerit, legat ea quæ Trogus Pompeius, Josephus, Egesippus, Q. Curtius, Cornelius Tacitus, T. Livius, Serenus, et Suetonius Tranquillus, et alii historici, quos enumerare longum est, suis comprehenderunt historiis.

Servius in *Æneid.* Lib. VIII. 680.

Naturaliter enim Augustus igneos oculos habuisse dicitur, adeo ut quidam eques Romanus interrogatus ab eo, cur se viso verteret faciem, dixerit, quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum, sicut ait Suetonius.

ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM QUÆ IN VV. LL. OCCURRUNT.

-
- Ald. 1. 2. Editiones Aldinæ, Florent. an. 1516. 1519. cura J. B. Eg-
natii.
- Arg. Editiones Argentinenses an. 1515. 1520.
- Barth. Barthius in Adversariis, qui varias lectiones plurimas e codd.
profert.
- Bas. Editiones Basilienses, an. 1531. 1533. 1536.
- Baumg. Baumgarten-Crusius in edit. sua, Lips. 1816. cujus textum
denuo typis mandandum curavimus.
- Bern. 1. 2. Codices duo Bernenses, quos Wolfio præstitit Bremius.
- Bon. Bononiensis editio, cura Beroaldi, an. 1506.
- Burm. Burmannus in sua edit. Amst. an. 1736.
- Cald. Editio Venetiis impressa per Jo. Rub. de Vercellis, curante
Calderino, an. 1490.
- Camp. Editio princeps per Ant. Campanum, Romæ, an. 1470.
- Casaub. Casaubonus in edit. sua, Genev. an. 1611.
- Colb. Codex Colbertinus in bibliotheca Parisiensi servatus, No. 7773.
designatus, quem Wolfio contulit Lecluse.
- Copes. Codex Copesianus quo usus erat Grævius.
- Cort. Excerpta Cortiana, ad oras edit. Casaub. adjecta, quæ citat
Oudendorpius.
- Cujac. Codex Cujacianns, quem contulit Casaub. et ex Lipsii schedis
adhibuerunt Ond. et Burm.
- Duk. Dukeri Animadversiones, quas citat Oudendorpius.
- Erasm. Erasmus in sua edit. Bas. an. 1518.
- Ernest. Ernestii Notæ in edit. sua, Lips. an. 1775.
- Ferr. Codex J. Panætii Ferrariensis, quem contulit Torrentius.
- Fouc. Foucaultianns codex, Romæ exaratus, an. 1444. cujus VV. LL.
ad marg. ed. Plantin. 1595. ascriptas, citat Baumgarten-
Crusius.
- Glar. Glareani editio, Basil. an. 1560.
- Goes. Conjectanea Goesii, Hag. Com. an. 1678.
- Græv. Grævius in edit. sua, Traj. ad Rhen. an. 1703.
- Gryph. Editio Gryphiana, an. 1539. margine exhibens lectiones e
Ms. quodam, vel a manu docta allatas, quibus usus erat
Ernestius.

- Guelph. 1. 2. Duo codices quos habuit Wolfius ex bibliotheca Guelpherbyтана.
- Guj. Gijeti conjecturæ ad margines edit. Leidensis scriptæ, quas citat Gravivius.
- Hag. Codex ex Hagensi auctione a Longolio emptus, quo usus erat Wolfius.
- Harl. Codex inter libros Harleianos in Museo Britannico servatus, et numero 2639. signatus.
- Harlem. Harlemensis codex, quem contulerunt Burmannus et Oudendorpius.
- Huls. Codex recentis ævi in Hulsiana bibliotheca, quo usus erat Burmannus.
- Junk. Junkeri editio, Lips. an. 1722. levioris pretii.
- Junt. Editio Juntina, Florent. an. 1510. per Marianum Tuccium curata.
- Lisl. Lislæi liber scriptus, quem citat Casaubonus.
- Lov. Codex Lovaniensis, quem contulit Torrentius.
- Lugd. Lugdunensis editio, an. 1508.
- Lys. Codex Lyserianus a Cortio collatus.
- Marc. Marcelli commentarii in edit. sua, Paris. an. 1603.
- Med. 1. 2. 3. Codices Medicei in bibl. Laurentiana servati, quibus usus erat Oudendorpius.
- Mediol. 1. 2. Duo codices Mediolanenses, quos citat Wolfius.
- Memm. Codex Memmianus, qui et Turonensis et Salmasianus dictus, quia olim in armario S. Martini Turonensis servaretur, et primum a Salmasio collatus.
- Mül. Mülleri Observationes, tam schedis quam publici juris factæ, quas citat Baumg.-Crusius.
- Opsop. Opsopæi codex, olim Longolii, quem contulit Wolfius.
- Oud. Oudendorpius in sua edit. Lugd. Bat. an. 1751.
- Par. Editio Parisiensis, an. 1512.
- Paris. Codices in regia biblioth. Parisiensi repositi.
- Patia. C. Patinius in edit. sua, Basil. an. 1675.
- Periz. Perizonii liber calamo exaratus, quo usus erat Burmannus.
- Pin. Pinelli codex, olim ab Giphanio collatus in Obs. Misc. Tom. ix.
- Pith. Codex J. F. Pithæi, quem præstitit Casaubonus.
- Pitisc. Pitisci editio, Leovard. an. 1715.
- Polit. Ang. Politiani collatio trium membranarum ad oras edit. Mediol. an. 1475. qua usus erat Oudendorpius.
- Pulm. Editio Pulmanni, Antv. an. 1574.
- Rhed. 1. 2. Duorum eodicum varietas, quam ex biblioth. Rhedigeriana Baumg.-Crusio misit Schneider.
- Rom. Editiones Romanæ, an. 1470. impressæ.
- Ruhn. Rubkenii observationes, quas citat Wolfius.
- Scriv. Scriverii editio, Lugd. Bat. an. 1596.
- Steph. Editio R. Stephani, Paris. an. 1543.

- Torn. Tornæensis codex, quem habuit Erasmus e biblioth. monasterii S. Martini.
- Torr. Torrentinus in sua edit. Antv. an. 1591.
- Var. Schildii editio cum notis Variorum, Lugd. Bat. an. 1667.
- Vatic. Codex Vaticanus, ab Casaubono citatus.
- Ven. 1. Editio Venetiis prodita, an. 1471.
- 2. —————, an. 1490.
- 3. —————, an. 1493.
- Vind. 1. 2. Codices duo Vindobonenses, designati 18. 24. quos ex biblioth. Cæsarea habuit Oudendorpius.
- Vinet. Eliæ Vineti editio, Pictavis, an. 1556. exhibens margine J. A. Fabricii animadversiones, quas citat idem Oudend.
- Viterb. Codex Viterbiensis, penes J. Manasserium, quem contulit Casaubonus.
- Voss. Vossianæ collationes, quas citat Burmannus, et postea Oudend.
- Walth. Observationes Waltheri, an. 1813. editæ.
- Wolf. Wolfius in sua edit. Lips. an. 1802.

C. SUETONII TRANQUILLI

OPERA.

C. JULIUS CÆSAR.¹

[1.] ^a ANNUM agens ² sextum decimum, patrem ^b amisit : †
sequentibusque Consulibus, ^c Flamen Dialis ^d destinatus, ³ ^e

1 Titulus vulgo legitur, *C. Suetonii Tranquilli de XII. Cæsaribus*, sed variant Edd. In cod. Medic. 3. aliisque vitiose scribitur *Tranquillini*; deinde in Mediol. pr. *de vita Cæsarum*; Cort. *de vita et moribus XII. Cæs.* pluribusque edd. *de vita XII. Cæs.*—2 Ita incipiunt Memm. Vatic. Longol. et codd. Barthiani, cum Ed. R. Steph. 1533. probantibus Burm. Oud. Wolf. Baumg. qui initium mutilum autnant. Contra Casaub. ex Viterb. *Julius Cæsar Divus*, ante *agens* legi jussit, et sic Pal. 1. Huic restitutioni favet Jac. Gronov. auctoritate vet. exempl. exhibentis, *Caius Julius Cæsar ann. ag.* Alii omitunt *Divus*, vel diverse præponunt. Habent Periz. Huls. Copes. ac Edd. plurimæ, *Ann. ag. Cæsar sext. dec.* Harlem. *C. Julius Cæsar ann. ag.* Fouc. *Cæsar ann. ag.* et alii aliter.—3 Verba tria, *Fl. D. dest.* quasi aliena, vel suo loco mota, uncis inclusit Oud. quem secuti sunt Ernest. Wolf. et Bipont. Explicat Baumg. 'Cæsar, jam prius pæne puer, Fl. D. dest. seqq. Coss. h. e. sequente post patris mortem anno, dim. Coss.' &c. Pro *Flamen* habet Memm.

NOTÆ

^a [*Julius Cæsar Divus*] Existimare quidam hujus initium operis non extare, cum in vetustis aliquot exemplaribus Cæsaris nomen omittatur: futurum non fuisse arbitrati, ut eadem accurate non fuisset usus in imperatorum principe Suetonius, qua in ejusdem successoribus. Verum præterquam quod Julia gens vel se ipsa, vel aliorum scriptis jam erat satis cognita; Casaubonus etiam, Viterbiensis codicis aliorumque fide fretus, hoc principium dedit, *Julius Cæsar*, &c. atque ideo negavit esse mutilum.

^b *Patrem*] L. Cæsarem virum Prætorium, qui morte subita, cum Pisis mane calcearetur, extinctus est. Auc-

tor Plinius lib. VII. c. 53.

† A. U. C. 670.

^c *Sequent. Coss.*] Hoc est, sequenti anno. Consulatus enim magistratus erat annuus, unde anni a Consulibus vulgo numerati.

^d *Flamen Dialis*] Ita nuncupabatur sacerdos Jovis: Διός id est, Jovis. Horatius Ode 1. lib. I. 'sub Jove frigido,' quod Ode 2. lib. III. 'sub Divo' dixit; et Festus 'Dium fulgur' pro fulmine diurno, quod Jovi tribuebatur, ut nocturnum Summano. Flamines erant plures, singuli ab eo Deo cui sacra faciebant nomen sortiti, v. g. Quirinalis, Martialis, &c.

^e *Destinatus*] Tantum; nec enim sacerdotio functus videtur, a quo pau-

dimissa Cossutia,⁴ quæ, familia equestri, sed admodum dives, prætextato^f desponsata fuerat, Corneliam, Cinnæ quater Consulis filiam, duxit uxorem, ex qua illi mox Julia nata est; neque ut repudiaret⁵ compelli a Dictatore^g Sylla⁶ ullo modo potuit. Quare et sacerdotio, et uxoris⁷ dote,^h et gentiliciis⁸ hæreditatibus mulctatus, diversarum partium^k habebatur: ut etiam discedere⁹ e medio, et, quanquam morbo quartanæ aggravante, prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus^l pecunia redimere;¹⁰ donec per virgines Vestales,^m perque

Flamin.—4 *Cossutia* Copes. Fouc. Pin. mox pro *desponsata*, Copes. et Viterb. *disponsata*.—5 Vulgg. Edd. cum Periz. Harlem. exhibent, *ut repudiet illam*, sed *illam* deest in Pal. tribus, Medic. Vinob. Cort. et Edd. Rom.—6 Nomen *Sylla* semper per *g* scribitur in Memm. aliisque, quam scripturam defendit Casanb. contra Vulg. *Sulla*.—7 Fouc. *uxore*, male.—8 *Gentiliciis* Salm. deinde *mutatus*, pro *multatus*.—9 *Discederet* Periz. Huls. Copes. Med. 1. Gnelph. 2. uterque Bern. quod probat Jac. Gronov. sed nihil mutat Burn. probantibus Oud. et Wolf. suffragantibus Memm. Medic. duo, Vind. 1. 2. Cort. item Harlem. Voss.—10 Sic malit Wolf. et Baumg. Vulg. secuti, sed Memm. Viterb. Pal. tres, Vind. 1. Pin. Harlem. cum Edd. quibusdam *redi-*

NOTÆ

lo post auctoritate Syllæ remotus est, ita ut nullus ab eo tempore ad Augusti finem flamen Dialis fuerit inauguratus.

^f *Prætextato*] Prætextam adhuc gerenti, proindeque puero; est enim illa vestis puerorum patriciorum, ab eo dicta, quod ipsi purpura prætexeretur, unde et Græcis *περιπόρφυρος* appellata.

^g *Dictatore*] Sylla primus Romæ perpetuam induit dictaturam, cum semestris ante vix foret ea dignitas.

^h *Dote*] Potitus enim rerum Sylla, non Cornelie tantum, sed et Cinnæ bona publicavit.

ⁱ *Gentiliciis*] Obvenientibus vel a gente uxoris, vel a sua, Julia scilicet, quæ Iulum Æneæ filium sui nominis auctorem asserebat. Gentilicia enim ea dicuntur nomina, quæ originem gentis et familiæ declarant.

^k *Diversarum partium*] Anno a Roma condita 666. ante Christum circi-

ter 88. et sequentibus, in duas factiones potentissimas distracta fuit Romana Respublica, nobilium scilicet et plebis: illorum Sylla dux erat, hujus vero Marius, optimatum, hoc est, nobilium, potentia, quoad vixit, infestus: maximis et rebus et muneribus gestis uterque clarissimus. Suspectus autem Syllæ Cæsar ideo fuerat, quod Mario nupsisset Julia Cæsaris amita.

^l *Inquisitoribus*] Cornelio præsertim Phagita, de quo infra cap. 74. Nam deprehensus ab illo duobus se talentis liberavit, auctore Plutarcho in Cæsare.

^m *Vestales*] Deæ Vestæ perpetuo vigil ignis consecrari solebat; cuius custodiæ ac cultui virgines e patrum primoribus electæ præficiantur: quibus, ut eas ad consecrandam libentius virginitatem invitarent (nec enim nisi 30. postquam captæ fuerant annis nubere poterant), varia in-

Mamercum¹ Æmilium, et Aurelium Cottam, propinquos¹¹. et affines suos, veniam impetravit.² Satis constat, Syllam, cum deprecantibus amicissimis³ et ornatissimis viris aliquamdiu denegasset, atque illi pertinaciter⁴ contenderent, expugnatum tandem proclamasse, sive divinitus, sive aliqua conjectura: ⁵ Vincerent,⁵ ac sibi haberent, dummodo scirent, eum, quem incolumen tanto opere⁶ cuperent, quandoque optimatum⁷ partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum; nam Cæsari multos Marios inesse.⁷ ^a [2.] Stipendia prima⁸ in Asia⁹ fecit, M. Therimi⁹ Prætoris contubernio; ^p a quo ad arcessendam¹⁰ classem in Bithy-

^a Satis certum est Syllam, postquam recusasset aliquamdiu viris sibi conjunctissimis, et illustrissimis, atque illi obstinate instarent, denique victum exclamasse, (sive instinctu divino, sive aliqua conjectura,) consequerentur, ac possiderent, modo scirent, nobilium factionem, quam una tutati essent, aliquando profligendam ab eo, quem saluum esse adeo exoptarent; in uno enim Cæsare multos Marios existere.

meret, quod recipiunt Gron. Burm. Oud. Ernest.—1 Variant codd. inter Mamertum et Mamercum. Primum præferunt Viterb. Par. 1. sed alterum restituit Burm. ex Memm. et ita reperitur in Ciceron. Bruto. c. 47.—2 Medie. 1. 3. a m. pr. *perpetravit*.—3 *Amicis* Periz. Huls. et Harlem. Edd. Venet. Bonon. Par. et aliæ.—4 *Cum pert.* Huls.—5 *Placet Scheffero vinceret*, e cod. Pin. sed frustra.—6 Sic Memm. Pin. Med. 3. cum fere omni. inemb. fidiss. ut et *magno opere*, in Ang. 92. quod valde probant Græv. Gron. Oud. alique.—7 *Optimatum* Huls. sic sæpe alibi eadem diversitas.—8 Deest hæc vox cod. Huls.—9 *Therimi* Periz. *Therini*, et mox *Therino*, Ed. Venet. ac sec. loco Copes.—10 Ita legit Gruterus e Pal. 1. Vulgo, *arcessendam*, et sic habent Memm. Medicei, Vind. unus, et Edd. vet. im-

NOTÆ

dulserunt Romani: tantaque fuit earum auctoritas, ut nobiles, ac ipsi quandoque civitatis principes viri in periculis delictisque suis Vestales solerent adhibere deprecatrices etiam post eversam Rempublic. ut de Mesalina Claudii Imperatoris conjugefertur, quæ Silio nupsisset, de quo in Claudio cap. 26.

ⁿ *Propinquos*] Amelia C. Cottæ filia Cæsaris mater erat: hinc propinquitas, atque etiam sermonis in eotam culta venustas: illa enim pure et eleganter loquebatur, utpote cujus in familia præclari oratores extiterant. Et certe Cottæ, ut oratoris

excellentis, sæpe Cicero meminit.

^o *In Asia*] Minore, quæ hodie Anatolia et Caramaniæ pars maxima: nec enim tota illa orbis quarta pars Romanæ ditionis provincia fuit.

^p *Contubernio*] Contubernium castrense vocabulum est: qui enim expeditionum comites iisdem tecti pelibus simul habitabant, Contubernales proprie appellati sunt: nude factum, ut qui bellorum duces, aut provinciarum Præsides comitum numero secuti, atque adeo honestiore loco apud ipsos essent, adolescentes præsertim, in eorum tamen agere Contubernio et Contubernales esse dicerentur. Ut

niam missus, desedit¹ apud Nicomedem,¹ non sine rumore prostratæ regi pudicitia: quem rumorem auxit, intra paucos rursus² dies repetita Bithynia, per causam exigendæ pecuniæ, quæ deberetur³ cuidam libertino, clienti^r suo. Reliqua militia secundiore fama fuit, et a Thermo in expugnatione Mitylenarum⁴^s corona⁵ civica^t donatus est. [3.] Meruit⁶ et sub Servilio Isaurico in Cilicia,^u sed brevi[†] tempore. Nam Syllæ morte^v comperta, simul spe novæ dissensionis, quæ per M. Lepidum^w movebatur, Romam prope rediit.⁷ Et Lepidi quidem societate, quanquam magnis conditionibus invitaretur, abstinuit: cum ingenio⁸



probantibus Causaub. Oud. *accersendam* Cort.—1 *Descendit* Harlem. *discedit* Vind. et Cort. *descedit* ed. Rom. pr. vitiose, sicut mox *prostatæ* in Salmas.—2 *Rursus* delendum censuit Torrent. negante Casaub.—3 *Debetur* Huls. deinde *quoidam* Copes. ut et alibi. Hæc omnia desunt in Ed. Rom. quæ habet *Bithynia: Reliqua militia, &c.*—4 Gronov. hic et Tib. c. 10. edidit *Mitylenarum*, ut et Oud. et Baumg. sed Gr. *Μιτυλήνη*.—5 *Deest corona* utriusque Ed. Antv. contra codic. fidem.—6 Barthius ex membr. suis profert *emeruit*.—7 Medicei, Vind. Voss. *redit*.—8 *Tum* ing. Huls. Medic. 2. et Edd.

NOTÆ

hoc et 42. cap. infra, et Vespas. cap. 4. Quin et de simplici cohabitatione Calig. cap. 10. et ad hanc similitudinem servile contubernium, ut apud Jurisconsultos lib. XIV. ff. 'de ritu nuptiarum,' Senecam lib. III. Controversiarum, et infra in Vespas. cap. 3.

¹ *Nicomedem*] Bithyniæ, quæ Asiæ minoris regio est, hodie *Bolli*, regem, Romanis usque eo addictum ut eorum se libertum quondam appellaverit.

^r *Clienti*] Ex Romuli instituto, plebei quique unius inter primores pro arbitrio selecti, patrocinio fideique se committebant, a quo adversus potentiorum injurias defendebantur, multa vicissim eidem obsequii præstantes officia. De quibus fuse Halicarnass. lib. III. et alii; illi Clientes, hic vero Patronus dicebatur.

^s *Mitylenarum*] Civitas erat in In-

sula Lesbo, hodie *Metelin*, maris Ægæi, non longe ab Asia Minore.

^t *Civica*] Corona erat e fronte querna, quam, imperatoris jussu, civis civi dabat ei a quo servatus erat in prælio, accepti signum beneficii. De qua Gellius lib. v. cap. 6.

† A. U. C. 676.

^u *Cilicia*] Asiæ Minoris regio est. Hodie Caramaniæ pars orientalis.

^v *Syllæ morte*] Qui profligatis Marianis usurpata dictatura se tandem abdicavit, ac anno sequenti pediculari morbo periit.

^w *M. Lepidum*] Qui Consul de rescindendis Syllæ actis seditiosa molitus consilia, a Catulo collega urbe pulsus est, et anno sequenti cum exercitu reversus ab eodem Catulo et C. Pompeio victus iterum, et fugere coactus, in Sardiniam se recepit, ibique fato functus est.

ejus diffisus, tum occasione,⁹ quam minorem opinione offenderat. [4.] Ceterum, composita seditione^x civili, Cornelium Dolabellam,¹⁰ consularem et triumphalem virum,¹ repetundarum^y postulavit: absolutoque, Rhodum^z secedere statuit, et ad declinandam invidiam, et ut per otium ac requiem Apollonio Moloni,^{2a} clarissimo tunc dicendi magistro, operam daret. Hunc dum hybernis jam mensibus trajicit, circa Pharmacusam^{3b} insulam a prædonibus⁴ cap-



aliquot. *cum ing. cum occ.* Harlem.—9 *Vulg. occasione*, sed illud ex Memm. Pal. Mediol. Periz. Vind. aliisque codd. et Edd. Vett. restituunt Oud. Burm. quibus accedunt Wolf. Ruhk. Baumg. Nihil mutat Casaub. sed conj. *cum de ing. d. tum occ.*—10 *Dolobellam* codd. nonn. ac prisæ edd.—1 *Virum* non extat in Vatic. Med. 3. quod etiam deletum malit Torrent. negantibus Burm. Oud.—2 Sic Memm. Pal. 1. 2. uterque Vind. Medicei, Voss. ac omnes libri scripti Torrent. et Wolfii. Tuentur Salm. Rualdus, Burm. Bip. Baumg. Græv. sed vulg. lect. *Moloni* vendicat Casaub. astipulantibus Grut. Wolf. Var. et Pitisc. Hanc quoque lect. testantur Pal. 3. utraque Ed. Aldin. Steph. et aliæ. *Myloni* Edd. Camp. Lugd. *Miloni* Harlem. Fonc. Mediol. 1. Deinde Ms. unus legit *clar. dic. t. mag.*—3 *Pharmacussam* Memm. 2. Medic. Voss. Vind. Ed. Camp. negante Casaub. ex Vatic. Pal. dnob. huncque secuti sunt omnes recent. Edd.—4 *Prædiatoribus* Huls. forte pro *pradatoribus*.—

NOTÆ

^x *Seditione*] A Lepido excitata, cap. proxime præcedenti.

^y *Repetundarum*] Pecuniarum scilicet, quo nomine omnia, quibus divitiæ constant, intelligenda veniunt. Si quis in magistratu, legatione, vel alio quovis officio indebitum quidpiam exegisset, aut corruptus a provinciâ accepisset, hoc nomine acensabatur, et repetundarum dicebatur accusatus. Quod tamen quam inutile foret spoliata provinciâ satis inuit Juvenal. Sat. 1. ‘Sed tu victrix provinciâ ploras;’ quod scilicet adepta causa, neque reparato damno, nihil in calamitate levaminis accepisset, utpote cum reus duntaxat in exilium ageretur salvis opibus quas magno provincialium damno congesserat.

^z *Rhodum*] Liberalium artium ac oratoriæ præsertim studiis olim commendata est, ut patet etiam infra in Tiberio.

^a *Moloni*] Hunc audiverat quoque Cicero. Quidam legunt *Molonis*, filio scilicet, locutione Græca: sed cum hic Apollonius cognominatus quoque fuerit Molo, celebrator habita est prior lectio. Siquidem Suetonium Romanum Romano more locutum vero similis est. Cum tamen duo viri eodem loco nati, Alabandæ scilicet in urbe Cariæ, eandem artem pari fama docuerint, Apollonius scilicet Malacus, quem Molonis filium fuisse contendit Casaubonus, et Molo, ut auctor est Strabo lib. xiv. ideo factum videtur, ut eos doctiores plerique confunderent; ejus erroris Casaubonus acensat Quintilianum lib. III. cap. 1. et lib. XII. cap. 6. Plutarchum in Cicerone, quin et Ciceronem ipsum aliqui: quos tamen quis nunc emendet?

^b *Pharmacusam*] Insula est Maris Ægæi, quæ hodie *Parמוש* Bellonio,

tus est: mansitque apud eos, non sine summa dignatione,^{5 c} prope quadraginta dies, cum uno medico^{6 d} et cubiculariis duobus. Nam comites^e servosque ceteros initio⁷ statim ad expediendas prœnuntias, quibus redimeretur, dimiserat.^{8 f} Numeratis deinde quinquaginta talentis,^g expositus⁹ in lit-

//////////

5 Casaub. legendum putat *dignatione*, i. e. *dignitate*, et ita ante eum Ursinus, probantib. Grut. Græv. Burm. illudque in textum recipiunt Wolf. et Baumg. Sed vulg. testantur omn. fere libri editi et codd. idque recipiendum judicant Oud. Ernest. Conjecit Scriverius scribendum disjunctis literis *non n. sum. in dignatione*, quod quasi de suo profert etiam Burm. Pro *summa* denique Cort. habet *magna*.—6 Ita omn. codd. et Edd. Rohortellus autem, fretus Plutarchi auctoritate, malebat *amico*, quæ lectio nec Giphiano Torrentiove displicebat.—7 *In init.* Periz. Harlem. Edd. Venet. tres, Bonon. Paris. Ald. Steph. Gryph. Mediol. Junt. τῶν ceteros Med. 2. et Voss. carent.—8 *Dimisit* Harlem. Periz. Mediol. Cald. Par. Bonon. Venet. tres.—9 Harlem. Edd.

NOTÆ

aliis *Farmaco*, Cariae adjacens.

^c *Dignatione* [*indignatione*] An ἀναγκήσει, hoc est, iracundia, quæ vulgata vocis illius acceptio? an vero καταφρονήσει, hoc est, *contentu*? Posterius mavult Casaubonus: hoc sensu, ut piratarum quamvis in potestatem redactus Cæsar illos tamen contemtni haberet. Legunt alii *dignationi*, hoc est, *venerationi*: quo sensu vox illa Tacito quoque non semel usurpata: et certe majoris indicium est animi; cui accedit etiam quod et Vellei et Plutarchi auctoritate nitatur hæc sententia; ille quippe lib. II. ‘Idem (Cæsar scilicet) postea admodum juvenis cum a piratis captus esset, ita se per omne spatium quo ab iis retentus est apud eos gessit, ut pariter iis terrori venerationique esset.’ Idem quoque Plutarchus in Cæsare: unde vulgatam non immerito lectionem hic deserit Casaubonus.

^d *Medico*] Legitur in quibusdam *amico*; quam lectionem tuentur aliqui, quod paulo post addat, ‘nam ab initio comites servosque ceteros,’ &c. inde enim colligunt amicum illum e comitibus unum fuisse, quod medici ut plurimum inter servos essent;

quam tamen sententiam longa dissertatione Casaubonus impugnat.

^e *Comites*] Eos intellige e civium numero qui nobilibus et potentioribus adhærebant. Quemadmodum et magistratibus peregre proficiscentibus, ut infra cap. 42. unde sub imperatoribus Comites Augusti, de quibus Tiber. cap. 46.

^f *Dimiserat*] Hoc est, alium alio miserat, non enim privata sua, sed publica civitatum pecunia redemptus est.

^g *Quinquaginta talentis*] Talentorum usus Græcis præsertim familiaris fuit. Multiplex est talentum; Atticum scilicet magnum 83. librarum, parvum 60. Euboicum 40. Ægyptiacum 40. Rhodium 500. denariorum, et Romanum 70. librarum, &c. Omnium maxime celebratur ab historicis Atticum parvum. Libra autem, seu, quod idem est, mina, et pondo centenis denariis vel drachmis constabat, denarius ipse decem assibus: unde nomen inditum. As vero, qui et assis dicebatur, nostræ monetæ valuit, ex Budæo, 4. denariolos et pauxillo plus, ita ut duo asses et dimidius, qui proprie dicitur Semis, decem denariolis et dimidio nostratibus æquivalent;

tore, non distulit,¹⁰ quin e vestigio classe deducta^h perseceretur abeuntes; ac redactos in potestatem, supplicio, quod illis sæpe minatus inter jocumⁱ fuerat, afficeret.ⁱ Vastante regiones proximas Mithridate,^k ne² desiderere in discrimine sociorum videretur, ab Rhodo,³ quo pertenderat,⁴ transiit⁵ in Asiam: auxiliisque contractis, et Præfecto regis provincia expulso, nutantes⁶ ac dubias civitates retinuit in fide.⁷ [5.] Tribunatu⁸ militum,^l qui primus⁹ Ro-



Venet. tres, et aliæ, *expositis*, perperam.—10 *Destitit* Cort.—1 Memb. quædam, *per joc.* testante Casaub. In Harlem. deerant illa. Ond. non displicet Burm. conjectura, *interminatus per joc.* præsertim si cum Copes. Voss. Med. 1. 3. Cort. Fouc. uti et Torrentianis codd. ordo vocum *i. s.* in *sæpe illis* commutetur, tamen magis inclinat Ond. in eorum et Dukeri ad Flor. l. II. 6. 41. sententiam, qui vulg. defendunt, atque explicat, 'inter jocandum,' 'dum jocabatur.'—2 *Nec* Harlem. mox *dissidere* Copes.—3 *A Rh.* Edd. Ald. et Steph.—4 Copes. *portenderat.*—5 *Transit* Venet. 2. 3. Bon. Junt. Ald. Steph. et plures recentiores Edd.—6 *Nutantis* Memm. sicut alibi frequenter *i pro e.*—7 *Fidem* Copes.—8 *Tribunatum* habent Memm. Par. 1. Copes. Cort. Pal. 3. Fouc. Edd. Camp. Mediol. sec. comprobante Boxhornio. Male ut Ondendorpio aliisque videtur, cum Pal. 1. 3. corrigentibus, *tribunatu.* Malit Torrent. *tribunus.* Vind. *tribunitas.*—9 *Primo* Ed. Camp.—10 *Actores*

NOTÆ

sestertium quoque constituunt hac nota HS. vel ista LLS. designari solitum. Hocposito, secundum æstimationem Budæi denarius Romanus, qui 10. assium Romanorum est, seu 4. sestertiorum, æquabit tres asses nostræ monetæ cum semisse; qua servata proportione, libra, quæ 100. denariorum Romanorum est, faciet nostræ monetæ 171. 10s. quæ summa sexagies repetita dabit 10501. quantus est Attici talenti valor, unde cetera quoque exigere in promptu est. Si igitur Cæsar piratis Attica talenta 50. solverit, æstimabitur a nobis missionem redemisse 52,5001. Varie tamen varii denarium Romanum et sestertium nostræ monetæ conciliant. Sunt enim qui denarium 7s. 5d. æstiment, alii qui sestertium 14. denariolis atque etiam 22. æstiment; unde cum non ita promptum sit fixum quid hac super re statuere, Budæum sequi

salius videtur, utpote qui materiam hanc tam docte quam laboriose tractavit.

^h *Classe deducta*] E portu in altum ducta.

ⁱ *Supplicio afficeret*] Aiunt Cæsarem jugulandos jussisse piratas illos, et cruci deinde suffigendos, quoniam dum in eorum potestate foret, suffixurum se juraverat, infra c. 74.

^k *Mithridate*] Ponti rex erat a Sylla, Lucullo, Pompeio, aliisque Romanis ducibus toties victus.

^l *Tribunatu militum*] Legunt alii *Tribunus militum*; quod melius videtur. Tribunorum autem ejusmodi duo genera: alterum eorum qui comitiis designabantur a populo, qua ratione creatus Cæsar hic dicitur; alterum eorum qui ab imperatore in exercitu Rufuli a Consule quodam, nomine Rufus appellati, quod eos primus ita creandos instituisset: de

mam reverso per suffragia populi honor obtigit, auctores ^{10 m} restituendæ tribuniciaë potestatis, ⁿ cujus vim ¹ Sylla deminuerat, ² enixissime juvit. L. etiam ³ Cinnæ, ^o uxoris fratri, et qui cum eo civili discordia ^p Lepidum secuti, post necem Consulis ad Sertorium ^q confugerant, reditum in civitatem rogatione ^r Plotia ⁴ confecit, ^b habuitque et ipse super ea ^s re

^b Per legem Plotiam obtinuit quoque reditum in urbem Lucio Cinnæ fratri uxoris, et aliis qui, in dissensionē civili stantes cum eo a partibus Lepidi, se receperant ad Sertorium post mortem consulis ejusdem Lepidi.

//////////

Memm. Copes. quam lect. defendit Turnebus. *auctoresque* Med. 2. Vind. 2. Fouc. Cort. Pin. Camp. Viterb. Lislæi, unde conj. Grævius *actores auctoresque r. t. p.* Oud. corrigit *auctores quoque*, sed encliticam que respuunt meliores Edd. recent. Tum in Fouc. scribitur *restituendo*.—1 Tum Fouc.—2 Memm. *diminuerat*. 'Recte Græv. Burm. Ernest. monitu Casaub. quem alii male spreverunt, recepere *deminuerat*; licet Mss. mei omnes, et Edd. Vett. præter Torrent. retineant *dimin.*' Oud.—3 Deest in Copes. Bonon. Ven. 2. 3. et aliis. Deinde *Letio Cinnæ*, Venet. 1. In marg. Ed. Steph. vir doct. notaverat, *L. enim Cinnæ*.—4 *Plotia* Memm. Venet. 2. 3. Bon. et Edd. alia. Mox *fecit* in libro una, testante Torrent.—5 *Ipsa re* Harlem. Copes. Edd. Ven. tres, Paris. Bon. et alia antiquiores ante Juntam et Aldum.—

NOTE

illo gradu militari, qui etiam ad Senatorium ordinem gradus erat, ut patet ex Senec. Epist. 47. plura videsis apud Sigonium lib. 1. de Antiq. jure provinciarum cap. 2. et Lipsium lib. de militia 1. Dialog. 9.

^m *Auctores*] Pompeium præsertim, ut tradit lib. 11. Velleius, quo nomine postea multum tribunos criminatus est. Infestiorum enim illis habuit propemodum neminem, ut infra patebit.

ⁿ *Tribunicia potestatis*] Hoc est tribunorum plebis. Cautum enim a Sylla fuerat, ne, qui tribunus plebis fuisset, ad magistratum amplius illum admitteretur, ne legum ferendarum vim haberet, &c.

^o *L. etiam Cinnæ*] Ejus qui quater Consul fuerat, filio atque ideo Corneliæ fratri, ut patet ex cap. 1.

^p *Civili discordia*] Catulum inter et Lepidum Consules, de qua modo supra.

^q *Ad Sertorium*] Is fuit Marianarum partium, de quibus cap. 1. propugnator, quoad vixit, acerrimus, qui mortuo Mario, desperatisque factionis rebus, in Hispaniam, ubi jam tum in honore habebatur, se recepit, ibique eam adeptus est auctoritatem, qua multis postmodum Romanis ducibus a Sylla missis, aliisque post Syllæ mortem restitit fortissime, donec Perpennæ prodicione interfectus est, de quo Plutarch. in Sertorio.

^r *Rogatione*] Rogatio pro ipsa lege hic et alibi sæpe accipitur; quamquam exacte distinguuntur rogationem inter et legem discriminis illud esset, quod rogatio nil foret aliud, quam rei quæ sancienda petebatur propositio, his verbis, 'velitis jubeatis, Quirites,' &c. quæ si juberetur, lex fiebat: ejus est ut plurimum appellata nomine qui proposuerat; ut patet ex hoc loco. Plotius enim tribunus plebis impellente Cæsare tulle-

concionem.⁵ [6.] Quæstor⁴ Juliam amitam, uxoremque Corneliã, defunctas laudavit e more⁶ pro Rostris.^u Sed⁷ in amitæ quidem laudatione, de ejus ac patris sui utraque origine⁸ sic refert: ‘Amitæ meæ Juliæ maternum genus ab⁹ regibus ortum, paternum cum Diis¹⁰ immortalibus conjunctum est. Nam ab Anco¹ Marcio^v sunt Marcii Reges, quo nomine² fuit mater: a Venere Julii,^w cujus



6 Profert Torrent. ex libro quodam, *ex more*.—7 Ita Memm. et R. Steph. nec aliter Periz. Pal. tres, et Edd. fere omnes. Et Casauboni conjecturæ debetur, probante Ernest. pro qua bene *sed* Græv. et seqq. Edd. restituerunt.—8 *Orig. utraq.* Copes. Huls. Ed. Steph.—9 *A reg.* Med. duo, Periz. Copes. Fouc.—10 Sic multi codd. et aliquot Edd. Vett. cum Bip. Ern. Pitisc. non *Dis* ut in Burm. et Oud.—1 *Aretho* Fouc. item *Martio*, et *Martii*, Med. duo, Periz. et Edd. multæ.—2 *Voculam ei h. l. excidisse* censuit Casaub. et *patris* Burmannus, sed neutro opus esse judicat Oud.—

NOTÆ

rat hanc legem de iis qui ad Sertorium confugerant revocandis.

⁵ *Concionem*] Cujus exiguum fragmentum extat apud A. Gellium lib. XIII. cap. 3.

¹ *Quæstor*] Quæstura primus erat magistratus Urbanus; qui petebatur postquam quis annua stipendia decem fecisset, nec ante annum ætatis 24. vel 27. Quæstorum tria fuere distincta genera: alii quæstores Urbani seu Ærarii, alii quæstores parricidii seu rerum capitalium, alii denique provinciales, qui una cum prætoribus aut proconsulibus in provincias exibant; in singulas enim provincias singuli quæstores mittebantur, quorum cura erat vectigalem pecuniam colligere, et in ærarium publicum referre, conventus provinciales ad jus dicendam adire, &c. hujus postremi generis quæstor fuit Cæsar.

^u *E more pro Rostris*] Romæ in foro exstructus erat suggestus, quem rostris debellatorum Antiatium navibus detractis adornatum appellavere Rostra: ex eo loco solebant concionari, ibique conjugem et amitam fato func-

tas oratione funebri prosecutus est Cæsar. Moris enim erat apud Romanos non illustres modo viros, sed et ipsas matronas laudare post mortem. Ex eo quod, deficiente pecunia ad numerandam ex pacto Gallis summam, ut captam urbem obsessumque capitolium relinquerent, matronarum aurum contulerint, inde Senatusconsultum de illis laudandis, &c.

^v *Nam ab Anco Marcio*] Romæ familia fuit Marciorum, qui, quod ab Anco Marcio IV. Romanorum rege ducerent originem, cognominati sunt Reges: ejus vero familiæ erat Marcia, Juliæ et C. Cæsaris mater, proindeque nostri Cæsaris avia.

^w *A Venere Julii*] Venuus ex Anchise filium habuit Æneam, patrem Ascanii, qui Æneæ patri successit, et Albam condidit. Ascanio successit frater ejus consanguineus Sylvius Æneæ et Lavinia filius posthumus, non vero filius ejus Iulus, penes quem nonnisi sola cura religionis et sacrorum remansit, et penes Iuli sobolem, ex qua Julii. Hos Tullus Hostilius Romanorum rex cum nobilissimis quibusdam Latii familiis Alba diruta

gentis³ familia est nostra. Est ergo in genere et sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, et cærimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges.⁷ In Cornelizæ autem locum Pompeiam duxit,† Q. Pompeii filiam, L.⁴ Syl-læ neptem: cum qua deinde divortium fecit, adulteratam opinatus a P. Clodio; quem inter publicas cærimonias^x penetrasse ad eam muliebri veste,⁵ tam constans fama erat, ut Senatus quæstionem de pollutis sacris decreverit.⁶ [7.] Quæstori ulterior Hispania^y obvenit: ubi cum mandatu Prætoris^{7z} jure dicundo^{c8} conventus^a circumiret,⁹ Gades-que^{10b} venisset, animadversa apud Herculis templum

^c *Ad jus dicendum.*



3 *Generis Copes.* Manns docta ad Ed. Steph. ascripserat in genere nostro, sed nullius exstantis cod. freta auctoritate.—4 *L. dee-t* Harlem.—5 *In. m. v.* Huls. Copes. Medic. 1. Bern. 1. quod Oud. et Ruhkenio placebat.—6 *Quidam malebant decerneret*, inepte ut Wolfio videtur, sicut et *fuit pro erat.*—7 *Mandatu P. R.* Memm. Par. omnes et Ursiniani; item *P. R.* in Vind. 2. Mediceis, et Cort. *Populi Romani* Pal. tres, Copes. et Ed. Rom. *Reipublicæ* Vind. 1. Ed. Mediol. utraque, Cald. Junt. Ald. aliaque, *Pr.* Steph. Camp. Hinc Car. Sigonius restituit *Prætoris*, probantibus Torrent. Urs. Casaub. Wolf. Sed Barthius Adv. XLV. 1. suspicatur viri nomen proprium h. l. latere. Deinde *pro mandatu* habent Copes. Junt. Ald. Steph. ac alia *mandato*, sed illud restituunt Oud. Burm. Bannig. accedentibus Med. 2. Voss. et Obsop.—8 *Dicendo* Med. duo, Obsop. Vind. 1. Periz. Copes. Harlem. Ven. tres, Steph. Junt. Ald. Cald. Mediol.—9 *Circuiret* Medic. 2. uti edidit Burm.

NOTE

Romam transtulit, ac in patres co-optavit.

† A. U. C. 687.

^x *Publicas cærimonias*] Intelligit sacra bonæ Dææ, quoniam a matronis pro populo celebrari dicebantur: ritus autem illarum præcipuus erat ut inde omnes viri cura magna summo-verentur, quin et ipsæ masculorum animalium imagines tegerentur. Cum autem fierent in domo Pontificis Maximi, Clodius Psaltriæ veste occultatus deprensus est in cubiculo unius ex Pompeiæ quam deperibat ancillis. Plutarchus non in cubiculo, sed alibi, et ab ipsa deprensus puella dicit. Qua de causa violatarum cærimoniarum accusatus est.

^y *Uterior Hispania*] Bætica seu illæ sunt Hispaniæ regiones quæ Granatensi et Lusitaniz regnis hodie continentur.

^z *Mandatu Prætoris* [*P. R.*] Legunt alii *populi Romani*, alii vero *prætoris*: hoc pluribus arridet, maxime cum sub Antistio prætore quæsturam exercuisse constet ex Velleio.

^a *Conventus*] Ea nempe loca in quæ litium causa populi conveniebant et Juridici magistratus ad jus dicendum.

^b *Gadesque, &c.*] Urbs primaria ejusdem nominis insulæ 700. non amplius pedibus a continenti sejuncta, extra freti Herculei angustias, unde dicta est illa civitas itinerum ac labo-

Magni Alexandri imagine, ingemuit: et quasi pertæsus^c ignaviam^d suam, quod nihildum^e a se memorabile^f actum esset in ætate,^d qua jam Alexander orbem terrarum subegisset, missionem^e continuo efflagitavit, ad captandas quam primum majorum rerum occasiones in Urbe.^{3 f} Etiam confusum⁴ eum somnio proximæ noctis (nam visus⁵ erat per quietem matri stuprum⁶ intulisse) conjectores^{7 g} ad amplissimam spem⁸ incitaverunt,^{e g} † arbitrium orbis terrarum por-

^d *Tarditatem.* ^e *Somniorum interpretes ad amplissimam spem incitaverunt etiam cum turbatum somnio, &c.*

—10 Memm. *Gadisque*.—1 *Nihil tum* Periz. Copes. Harlem. Vind. 2. Cort. Camp. Mediol. Cald. Ven. tres, Ald. et Edd. aliæ, *quam n. d.* Fouc. mox a se omittit Rhed. 2.—2 Lislæi cod. *memoriale*. In Huls. *actum esset non conspicitur*. Porro ita scribitur locus in Pithæi libro, *q. n. tum admodum a se memorabile a. e.* minus recte, uti Casaub. videtur.—3 Memb. Viterb. *in urbem*. † Inter voces *urbem* et *etiam* quidam libri interponant vocem *venit*, aut *venit*, quam lect. omnes libri meliores refutant. Distinctionem restituumus ex Ed. prima, et Ms. Lisl. pessime enim in vulgg. Edd. distinctum est post *occasiones*. Casaub. Ita etiam corrigit Torrent. ex duob. codd. suis, cum Pal. 3. a m. pr. 1. 2. a sec. Post *occasiones* distinguunt Cop. Ven. 1. Bon. Junt. Ald. et al.—4 *Confusum* Ed. Ven. 1471. Delendum putat Burm. τὸ εὖμ, sed agnoscunt Mss. omni. et vendicant Oud. Ern. Baumg.—5 Boxhorn. ex corrupta Ed. *navi*, conj. legendum *nam ibi*. Med. 3. et Camp. *vis. cr. ci.*—6 Inverso ordine *st. mat.* Med. tres, Fouc. Cort. Edd. Rom.—7 Copes. *conjectatores*.—8 *Rem.* Fouc.—9 *Concenerunt* Med. 1. *concitaverunt* Huls. et Cop.

NOTÆ

rum Herculis terminus, ubi templum sibi constituit, adorarique se jussit. Hodie parum immutato nomine dicitur *Cadis* vel *Caliz*. Eo loci duæ sunt ejusdem nominis insulæ stadio uno ab invicem remotæ.

^c *Pertæsus*] Participium est sine verbi origine, saltem usitata, cum apud Gellium solum reperiatur ‘pertæduissent.’

^d *In atate*] 33. annorum, qua obiit Alexander.

^e *Missionem*] Hoc est discedendi veniam. Triplex missio: honesta, quæ stipendiis emeritis ab imperatore indulgetur; causaria, quæ propter valetudinem a militiæ laboribus liberat, et ignominiosa, qua propter delictum sacramento quis solvitur. Præter has missiones erat et alia quæ extra

ordinem, et gratiæ causa, a Senatu vel ab imperatore concedebatur: hancque verisimile est impetratam a Cæsare.

^f *In Urbe*] Varia est hujus loci lectio: alii enim legunt *in urbe etiam confusum*, &c. ut sensus sit, reducem Cæsarem in urbe somniasse: alii vero legunt *ad captandas majorum rerum occasiones in urbe*, &c. ut sensus sit, Gadibus etiamnum degentem somniasse: quod postremum, præterquam quod a Dione narratur, etiam vero videtur esse similis: Cæsarem nempe eodem tempore ab Alexandri stimulatam exemplo atque somnio suo maturasse reditum.

^g *Conjectores*] Somniorum interpretes, teste Festo.

† A. U. C. 688.

tendi¹⁰ interpretantes: ^f ‘quando mater, quam subjectam¹ sibi vidisset, non alia esset, quam terra, quæ omnium parens haberetur.’ [8.] *Decedens*² ergo ante tempus, colonias Latinas,^b de petenda civitate agitantes,^g adiit: et³ ad audendum aliquid concitasset, nisi Consules conscriptas in Ciliciam⁴ legiones¹ paulisper ob id ipsum retinissent: nec eo secius⁵ majora mox in Urbe molitus est. [9.] Siquidem ante paucos dies, quam ædilitatem iniret, venit in suspicionem,⁶ conspirasse cum M. Crasso consulari, item P. Sylla et Autronio,⁷^k post designationem¹ consulatus am-

^f *Explicantes dominium orbis terrarum prædici.*

^g *Cogitantes de petendo jure civitatis.*



Tum *terr. orb. Med. 3. Vind. 2. Cort. Fouc. Rom. Mediol.*—10 Pith. *potiendi*, unde reposuit Casaub. *orb. terr. potiundi portendi interp.* cui favet Med. 1. *potiundi*; at Wolfio valde hæc conjectura displicet.—1 *Subactam* Pith. *matrem q. s. Rhed. 2.*—2 Med. 1. *descendens*, Ald. Ed. *recedens*.—3 In cod. Cujac. voces *adiit et omisæ* sunt, et prior in Voss. coll.—4 *Siliciam* Periz. Edd. Rom. Mediol. Cald.—5 *Setius* Med. 2. Memm. ut semper alibi, *sequius* Cujac.—6 Med. 1. *suspicionem*, perpetua variatione.—7 Omnes libri tam scripti quam impressi legunt *L. Autronius*, cum ex fastis prænomen verum constet esse *Publium*, quare h. l. ipsum Suetonium erroris arguunt Torrent. Burm. quibus Oud. accedit. Pronomen itaque omittunt Edd. melioris notæ. - An-

NOTÆ

^b *Colonias Latinas*] *Coloniis* alia aliis jura dabantur. Summum beneficium erat civitas Romana, qua donatæ suffragii honorumque urbanorum participes erant non secus ac cives: secundo loco Latinitas, seu jus Latii, quo nempe Romani, Latinis aliisque deinceps vicinis suis perdomitis, ut imperio lubentius assuescerent, non militare modo in Romana legione, sed et honores in ea gerere permiserunt, quod jus Latii veteris appellatum est. Illis autem postea, si in sua civitate magistratum gessissent, concessum est jus civitatis et suffragii, ferendi tantum, non magistratus adipiscendi, ut existimant nonnulli: tertio denique loco jus Italiæ censebatur. Iis autem coloniis, quæ hoc duntaxat jure gaudebant, civitatis et suffragii hono-

rumque jus nullum, sed immunes erant, nec stipendium aut tributum pendere cogebantur. Jura autem hæc omnia non solis coloniis aut Romanis, aut Latinis, aut Italis, sed etiam populis aliquibus per privilegium concessa fuere, quemadmodum his de quibus hic agitur. *Coloniæ* enim illæ de petenda civitate agitantes fuere Galli Cisalpini Transpadani lege Pompeia post bellum Marsicum Latii jure donati, quo non contenti de petenda etiam civitate tunc temporis agitabant.

¹ *In Ciliciam legiones*] Ad bellum Piraticum duce Pompeio confectum, A. U. C. 687.

^k *P. Sylla et Autronio*] Utrum *P.* an *L. Autronio* legendum sit certant interpretes, quod cum in consularibus fastis legantur *P. Sylla et P. Au-*

bitus⁸ m condemnatis, ut principio anni Senaturn adorirentur, et trucidatis, quos placitum esset, dictaturamⁿ Crassus invaderet, ipse ab eo Magister equitum^o diceretur, constitutaque ad arbitrium Republica,^h Syllæ et Autronio consularatus restitueretur. Meminerunt hujus conjurationis Tanusius⁹ p Geminus in historia, M. Bibulus^q in edictis, C. Curio pater^r in orationibus.† De hac¹⁰ significare videtur¹ et Cicero in quadam ad Axium² s epistola, referens, ‘Cæsa-

^h *Compositisque Reipublicæ negotiis ad arbitrium.*



tonio Copes. Periz. Huls. Rom. Ven. 2. 3. *Autronio*, Ven. 1. Bon. Junt. et alia: quamplurimæ.—8 Copes. Vind. t. *ambitu*.—9 *Tanusius* Pal. 3. Copes. Fouc. Vind. 1. Camp. Bonon. *Tanusius* Pal. 1. 2. *Canusius* Giphon. T. *Amusius* Periz. In marg. Pinell. L. *Tanusius*, et in uno cod. Torrent. idem exstat prænomen.—10 Vind. 1. addit *re*.—1 *Viderent* Fouc.—2 *Ad Atticum* Periz. Harlem. Pal. 1. a m. sec. Camp. Venet. Bon. Junt. Ald. et omnes fere Vett. Edd. quam lectionem mallet Patinus. Boxhorn. legi jussit *Attium*, sed

NOTE

tronius eodem anno, qui Urbis 688. fuit, ambitus condemnati, in omnibus tamen Suetonii codicibus, qui ipsis fuerunt ad manum, extet L. *Autronio*: qua consensione Torrentius adductus est, ut suspicaretur errasse Suetonium, causamque erroris inde ortam quod 36. annis post, anno scilicet 724. alterius L. Autronii, qui ex Africa triumphavit, nomen legerat in fastis. Quæ sententia non minus, ut opinor, debet esse suspecta.

¹ *Post designationem*] Consules Prætoresque designati sub finem mensis Julii, vel initium Augusti, non nisi calendis Januariis magistratum inibant, præsertim ab anno U. C. 601. Tempore autem intermedio, quinque circiter mensium, privati manebant, perque competitores, aut alios, de ambitu inquirebatur, num suffragia redemissent, quomodo factum est in eos de quibus hic sermo.

^m *Ambitus*] Ambitus est suffragiorum corruptio pecunia data: primitus enim deferebantur honores tribuum suffragiis, sed quæ corrumpi

omnino vetabant leges, quarum alia ambitus convictum vel capite, vel pecunia, vel dignitate, vel denique futuris mulctabant honoribus.

ⁿ *Dictaturam*] Extraordinarius et summus fuit magistratus, qui idcirco non poterat servatis legibus ultra sextum mensem retineri.

^o *Magister equitum*] Secundam a dictatore dignitatem gerebat: et ab ipso eligebatur.

^p *Tanusius*] Legunt alii *Tamusius*, ejus (si idem utroque nomine designetur) historiam parvi factam ab antiquis ex Senecæ aliorumque sententia conjicere est.

^q *M. Bibulus*] Hujus edicta Cicero vocat ‘Archilochia edicta,’ hoc est maledica, obtreccationis plena, quemadmodum Archilochi versus: fuit autem ille Bibulus Cæsaris in ædilitate et consulatu collega.

^r *Curio pater*] Ad distinctionem filii, qui scripsisse quoque legitur.

† A. U. C. 689.

^s *Ad Axium*] Vulgati codices habent *Atticum*, sed cum Mss. vel *Aux-*

rem in consulatu confirmasse regnum, de quo Ædilis cogitabat.' Tanusius adjicit,³ Crassum, pœnitentia vel metu, diem cædi destinatum non obisse,⁴ et idcirco ne⁵ Cæsarem quidem signum, quod ab eo dari convenerat, dedisse. Convenisse autem, Curio ait, ut togam de humero dejiceret.⁶ Idem Curio, sed et M. Actorius Naso,⁷ auctores sunt, conspirasse eum etiam⁸ cum Cn. Pisone^u adolescente: cui,⁹ ob suspicionem urbanæ conjurationis, provincia¹⁰ Hispania ultro extra ordinem data sit; pactumque, ut simul foris ille, ipse Romæ, ad res novas consurgerent,¹ per Ambronas² et Transpadanos: destitutum³ utriusque consilium

ⁱ *Præsto non fuisse ad diem destinatum.*

*Axi*um præferunt Turneb. Barth. Oud. Baumg. cum Vind. 1. Memm. Obsop. Med. 2. 3. Voss. Pin. Lisl. et membr. Casaub. Huic emendationi favet etiam Torrent. conj. tamen scribendum potius *Arsium*, ut in vet. nummo. Alii codd. habent *Auxium*. Pal. 2. *Asium*, Pal. 3. *ad Lentulum*. Deinde, *Æd. cogitaret* Rhed. 1.—3 Fonc. *addicit*, ac paulo post Rhed. 2. *Crass. præmio v. m.*—4 'Liber opt. *adisse*. Alter quoque minime malus: *diem cædi non adisse*, apud Cic.' *Torrent*. Etiam *adisse*, vel *adiisse* in Pal. 1. Med. 2. a m. pr. et sine verbo *destinatum*. Malim tamen *diem c. n. obisse*, ut 'obire diem edicti,' Mss. quibusdam Casaub. quod mallet Gruterus, repugnantibus Græv. Burm. Oud. et Baumg. qui *obiisse* restituunt cum Huls. Med. 2. Vind. utroque, Periz. Harlem. Copes. et Edd. omnibus præcis.—5 *Nec*. Vind. 1. male.—6 Sic omnes codd. et Edd. nno Huls. excepto, qui *ejiceret* profert. Burm. conj. *rejiceret*, sed minus commode Ernest. et Baumg. judicio.—7 *Palin*. e vet. nummo legi jubet *Axius Naso*.—8 In Vind. 1. *etiam et eum cum Pis.* a Med. 1. 3. exulat quoque prænomen.—9 *Quoi* Copes. ut alibi.—10 *Vox provincia* deest Vind. 1. Cort. Pro *ultro* legit Boxh. *ulterior*.—1 *Consurgeret* Vind. 1. In Periz. legi *ipse ad r. n. Rom.* scribit Burm. qui *simul ac pro simul* vellet, sed iste cod. testante Oud. idem ac cæteri habet.—2 Mira varietas b. l. in codd. apparet, nec minus diversæ VV. DD. sententiæ. Vulgg. Edd. *Lambranos* præferunt, probante Cluverio, Ital. Ant. r. 36. quas sine mutatione secuti sunt *Torrent*. Casaub. Pitisc. Var. Bip. Legitur *Ambranos* in Pal. tribus, Memm. Periz. Copes. Pin. Huls. ac aliis, cum Edd. Rom. Mediol. 1. et hanc lect. (nisi forte a glossatore ascripta essent verba *per . . . Transp.* uti ipse suspicatur) unice

NOTÆ

ium habeant vel *Axi*um et etiam *Axium* mavult *Torrentius* hanc lectionem servare, cum et hujus *Axii* meminert Cicero.

¹ *Actorius Naso*] De hoc sibi nihil occurrere *Torrentius* ait.

^u *Cn. Pisone*] *Piso* hic, adolescens nobilis, summæ audaciæ, factiosus, con-

juravit cum *Catilina* et *Antonione* perseverantibus post pœnitentiam *P. Syllæ* et *Crassi*: sed missus in *Hispaniam*, ab equitibus *Hispanis*, *Pompeii* clientibus, interfectus, non invito, ut creditum est, *Pompeio*.

^v *Ambronas* [*Lambranos*] Legunt alii *Ambranos*, per quos *Casaubonus*

morte Pisonis. [10.] Ædilis,^w præter comitium ac forum,^x basilicasque,^y etiam Capitolium ornavit porticibus ad tempus exstructis, in quibus, abundante⁴ rerum copia, pars⁵ apparatus^z exponeretur. Venationes^a autem ludosque^b et



commendat Wolf. astipulante Ruhn. *Ambrones* Mss. aliquot Torr. et Ed. Bon. quod probat Barthius. Literis paulo immutatis, *Ambronus* corrigit Oud. laudante Baumg. sed per *Umbrus* malit Burn. *Ambianos* Viterb. a m. sec. et libri regii Paris. *Umbranos* Ven. 1. Cald. *Lubranos* Cujac. Lisl. *Umbranes* Rbed. 1.—3 *Destitut. est* Huls.—4 *Abundanter* Junt. repetita bis litera r.

NOTE

suspiciatur intelligi citerioris Hispaniæ barbarum aliquem populum, cuius opibus ad res novandas abuteretur Piso, sicut et Cæsar Transpadanorum: quo posito sic foret contextenda phrasis: ‘Pactumque esse ut Piso extra urbem per Lambranos, Cæsar in urbe per Transpadanos, res novas simul molirentur.’ Verum cum ignorentur Hispani isti Lambrani, malunt alii, Lambranos hic intelligi accolas Lambri fluminis, quod non longe a Mediolano in Padum influit.

^w Ædilis] Ædiles ab ædibus nomen sortiti; illas enim, sicut et vias publicas, aquæductus, ludos, et similia, curabant. Sex fuere variis creati temporibus. Curules quatuor usque ad J. Cæsarem, qui Cereales dnos addidit: priores sic dicti vel a sella curvos pedes habente, vel a solio eburneo altius elato, quo tanquam curru jus dicturi sedentes uterentur: posteriores vero a Cerere, quod frumenti curam gererent et annonæ, cuius copiæ, cibariis, mensuris, et nequa fraus fieret, invigilare tenebantur; ut eorum jurisdictio dici queat non longe abfuisse ab ea quam dicunt vulgo *la Policee*. De ædilibus infra Vespas. cap. 2.

^x Comitium ac forum] Comitium inter et forum discriminis illud erat, quod partem inter et totum: forum

enim Romanum locus erat amplissimus, in quo judicia fieri, cum populo agi, concionesque haberi solebant. Comitium vero pars fori superior ubi erant rostra. De quibus sup. ad cap. 6. De more comitii ac fori ornandi vide Livium.

^y Basilicasque] Amplissima ædificia, circa forum ita construi solita, ut in altera parte judicia, in altera negotia possent exerceri. In his et Senatores deliberare, et Judices causas cognoscere, et periti homines de jure clientibus respondere solebant.

^z Pars apparatus] Sensus est, Cæsarem, utpote rerum magnificentiæ pompæque Ædilitiæ congruentium copia abundantem, in illis porticibus populo proposuisse, quod forum capere non potuerat et comitium. Est et alia hujus loci lectio, *scilicet, par apparatus, &c.* qua recepta, sensus esset, in illis porticibus expositum parum apparatus ac in foro: quod potius videtur.

^a Venationes] Quibus feræ conficiebantur in theatro.

^b Ludosque] Hoc loco ita ludi sunt accipiendi, ut sint publicæ celebritates, vel placandæ deorum iræ, vel pro salute populi, vel ejus gratiæ promerendæ causa editæ: quales erant hominum certationes, luctationes, cursus, tam peditum, quam equitum, et curricularum, &c.

cum collega, et separatim, edidit: quo⁶ factum est, ut communium quoque impensarum⁷ solus gratiam caperet; nec dissimularet collega ejus M. Bibulus, evenisse sibi, quod Polluci;^c ut enim geminis fratribus ædes⁸ in foro constituta⁹ tantum Castoris vocaretur,¹⁰ ita suam Cæsarisque munificentiam unius Cæsaris dici. Adjecit insuper Cæsar etiam gladiatorium¹ munus,^d sed aliquanto paucioribus, quam destinaverat, paribus.² Nam³ cum multiplici undique familia^e comparata inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum,^f quo ne majorem cuiquam habere Romæ⁴ liceret. [II.] Conciliato populi favore, tentavit per partem⁵ Tribunorum,^h ut sibi Ægyptus provinciaⁱ ple-



Mox Guj. *munerum pro rerum volebat.*—5 Jacobus Bononiensis in Thes. Critic. 1. 689. olim rescribi jussit *par app.* et ita Viterb. Med. 3. Pal. tres, Copes. Huls. probantibus Beroaldo, Berneggero, aliisque, et hanc lect. tentat tueri Barth. Adv. XLV. 1. contra Pitisci sententiam. Alia conjectura locum sic constituit Barth. r. c. *pars exponeretur.* *App. ven. adversante Burm.* Deinde *venationesque Fouc. et Cort. ludosque c. col. omisso τὸ ct.*—6 Quod Fouc.—7 Vind. 1. *expensarum.*—8 *Æde in foro Rhed. 2.*—9 *Constituti Pincl.*—10 *Continentur Vind. 1.*—1 *Gladiatorum Harlem. Med. 1. Vind. 2. Cort. Ven. 1. Lugd. Junt. Ald. Gryph. Bas. perpetua variatione.*—2 *Manus docta in ora Ed. Steph. partibus.*—3 *Nam deest in Med. 1.*—4 *Romæ exultat e Memm.*—5 Barth. ex suo cod. profert *per arte.*—6 *Plebis scito, duabus vo-*

NOTÆ

^c *Polluci]* Nota fabula de Castore et Polluce, fratribus geminis, Jovis et Lædæ filijs.

^d *Gladiatorum munus]* Illorum exhibuit paria 320. in honorem, auctore Plutarcho in Cæsare, fato functi patris, ut moris erat apud antiquos. Gladiatorias autem illas decertationes populo exhibitas ‘munus gladiatorium’ dixit, ideo quod illis, tanquam muneribus et largitionibus, Romani popularem auram ambirent.

^e *Familia]* Ad gladiatoriam artem sub uno lanista plures instituebantur, quæ multitudo familia dicta est: familiæ enim nomine apud antiquos præsertim Jureconsultos servi sæpius intelligendi veniunt.

^f *De numero gladiat.]* Auctor est Dio lib. LIV. in actis anni 732. cau-

tum ab Augusto ne plusquam 60. paria, sæpius quam bis anno, darentur. Tib. cap. 34.

^g *Habere Romæ]* Notat Torrentius dictionem *Romæ* in exemplari Tornacensi non extare; quæ tamen in aliis additur, nec immerito, cum idem alibi quod *Romæ* periculum non subesset.

^h *Per partem tribunorum]* Tribuni plebis 10. erant; ideo autem per aliquos ex ipsis consequi non potuit optata, quod ea sit lex tribunitiæ potestatis, ut cæteris omnibus collegis volentibus unus qui adversetur plus possit: quippe quorum potestas magis ad impediendum foret quam ad agendum, maxime ab initio, ut ait Plutarchus.

ⁱ *Provincia]* Provincia in univer-

biscito^{6k} daretur, † nactus⁷ extraordinarii imperii^{8l} occasionem, quod Alexandrini^m regem suum,ⁿ socium atque⁹ amicum a Senatu appellatum, expulerant,^{1o} resque vulgo¹ improbabatur.^{2o} Nec obtinuit, adversante optimatum³ factione: ^p quorum auctoritatem ut, quibus posset modis, invicem deminueret,⁴ tropæa C. Marii^q de Jugurtha,^r deque

//////////

cibus, Voss. et Edd. quædam.—7 *Nactus* Memm. Hanc antiquam fuisse scripturam putat Burm.—8 *Pro imperii* Vind. 1. *temporis*.—9 *Sociumque atq. a.* Harlem. Periz. Ven. tres, Bon. Bas. Lugd. et al. mult.—10 *Cujac. pulerunt.*—1 *Vulgo* deest Ven. 1. Junt. Ald. Steph.—2 *Improbatur* Huls. Copes. quod et cum in suis reperisset Barth. ille legit *vulgo jam probatur. improbat* Med. 1. 3. *improbaretur* Vind. 1. et *probatur* conjecit Burmannus. Mox *neque* pro *nec* Ed. Torr.—3 *Optimatium* omnes Medic. Vind. Cort. Voss. Edd. Vett. quod semel et iterum monuisse sat est.—4 *Alii dim. et trophau.*

NOTÆ

sum accipitur pro quacumque munere publici procuratione, atque etiam pro quolibet gerendo negotio, etiam domestico, ut apud Terentium⁶ provinciam cepisti duram, &c.

^k *Plebiscito*] Quasi plebis statuto: sciscere enim statuere est; plebis autem statuta seu plebiscita ea erant quæ sine patribus proprio suffragio plebs jubebat, interrogante plebeio magistratu, verbi gratia Tribuno.

† A. U. C. 690.

^l *Extraordinarii imperii*] Imperium duplex, militare et civile. Hoc plerumque dicitur potestas, et in judiciis præsertim consistebat; illud vero proprie dicebatur imperium, et bellicis rebus agendis exercebatur. Extraordinarium autem imperium illud intellige, quod nec annuum est, nec singulis annis defertur, sed tantum ut improvisi rerum eventus exigebant.

^m *Alexandrini*] Nota Ægypti civitas Alexandria.

ⁿ *Regem suum*] Fuit is Ptolemæus cognomento Anletes, Cleopatrarum pater, qui, ut partum inique Ægypti regnum tueretur, populi Romani societatem et amicitiam ingenti pecunia sibi conciliavit: qua de causa tributis atrocioribus Ægyptum onc-

rans pulsus Romam se recepit, unde reductus est in regnum.

^o *Resque vulgo improbabatur*] Utrum per rem illam facinus Alexandrinorum intelligitur, an vero Cæsaris petitio, posset ambigi; prior tamen sensus præferendus videtur.

^p *Optimatium factione*] Ratio, vel saltem prætextus optimatum hic esse poterat, quod magistratibus urbanis et provincialibus tribui deberet imperium lege Curiatis, (id est lata Curiatis Comitibus, de quibus paulo infra cap. 13.) non plebiscito, quo modo illud Cæsar contendebat obtinere.

^q *Tropæa C. Marii*] Ex instituto Græcorum, qui τρόπαια scribunt, plures sunt qui legant *tropæa* quam *trophæa*: quippe cui lectioni repugnet analogia nominis a verbo τρέπω, id est, *verto*, deducti; sunt autem tropæa monumenta et insignia bellicæ laudis atque victoriæ, quæ erigebantur defixis in stipite victorum hostium spoliis; ea semel dedicata moveri, aut vetustate, vel quovis pacto, diruta et consumpta, refici religio erat. Unde perspicuum fit, neque Syllam ea exturbare jure potuisse, neque Cæsarem exturbata restituere.

Cimbris atque Teutonis,⁵ olim a Sylla disjecta,¹ restituit; atque in exercenda de sicariis quæstione,^u eos quoque sicariorum^v numero habuit, qui, proscriptione,⁶ ^w ob relata⁷ civium Romanorum capita, pecunias ex ærario acceperant, quamquam exceptos Corneliis legibus.⁸ ^x [12.]

—5 *Theutonius* Vind. et Med. duo cum Edd. Vett. *Theuthonis* Fouc. *Teutonius* Edd. Rom. Paulo post, *in sic. num.* Fouc.—6 *Copes. proscriptionem.*—7 Baumg. mavult legi *delata.*—8 Fouc. *Corn. leg. condemnavit.*—

NOTÆ

¹ *De Jugurtha*] Nota ex Sallustio Jugurthæ Numidarum regis historia.

^u *Cimbris atque Teutonis*] Quæ vera fuerit illorum origo non convenit inter omnes: plerumque existimantur illas habitasse regiones quæ Daniæ et Holsatiæ partem efficiunt. Hi anno U. C. 645. ante Chr. 109. tantis in Italiam copiis irruperant, ut, fuis Romanorum quatuor ducibus et exercitibus, actum esset de imperio Romano, nisi Marius huic sæculo contigisset: hic enim quartum Consul variis eos præliis omnino profligavit, anno postquam venerant septimo.

¹ *A Sylla disjecta*] In vindictam et odium Marii: de his factionibus supra cap. 1.

^u *De sicariis quæstione*] Ex his verbis colligunt aliqui Prætorem tunc fuisse Cæsarem, quod ejusmodi quæstiones non nisi Prætoribus demandatas existiment. Verum præterquam quod parum verisimile sit inversum ab auctore nostro temporum ordinem, cum ei ceteroqui tam constanter adhæserit; ex multis etiam antiquorum monumentis elici potest iudices, qui et principes quæstionum, et quæsitores dicti sunt, id munus exercuisse, quod medium foret ædilitatem inter et præturam, et ad hanc veluti gradus, ac ædilitiorum hominum ferme proprium munus. Hi erant quasi Prætoris vicarii;

cum enim ab anno U. C. 604. sua singulis Prætoribus demandaretur quæstio, v. g. ambitus, repetundarum, inter sicarios, &c. Principes seu iudices quæstionum dicti sunt: ideo sortiebantur, ut si eos quidem quorum opera in exercendis quæstionibus uterentur, tabulis videlicet suscipiendis, testibus audiendis, iudicibus legendis, aliisque id genus a Jndice præstandis.

^v *Sicariorum*] Sicarius est qui telo aut ferro cædem facit, dictus a sica brevior quodam Romanorum gladio seu cultro, quo in turba præsertim utebantur.

^w *Proscriptione*] Proscribere aliquando per scripturam venale proponere publice, aliquando relegare aut etiam damnare; hic autem proscripcio sumitur pro teterrima illa licentia qua adversariorum licet civium Romanorum nomina palam Sylla victor exponebat in foro descripta, ut ad necem quærentur; duorum talentorum præmio percussori proposito, extremoque occultatori supplicio.

^x *Exceptos Corneliis legibus*] Ex promulgatis a Cornelio Sylla variis legibus una fuit, quæ penas Sicariis irrogabat, a qua fuerunt immunes quos hic recenset. Cautum enim illud fuerat Senatus-consulto illo forte quod contra Lepidum Consulem latum est, de quo supra cap. 3. Sa-

Subornavit etiam, qui C. Rabirio^y perduellionis^z diem diceret:^k quo præcipuo adjutore,⁹ aliquot ante annos L. Saturnini seditiosum tribunatum Senatus coërcuerat: ac sorte judex^a in reum ductus, tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil¹⁰ æque ac judicis acerbitas profuerit. [13.] Deposita¹ provinciæ spe, pontificatum maximum^b petiit,² non sine profusissima largitione.† In qua reputans magnitudinem æris alieni,^c cum mane ad

^k C. Rabirium læsæ majestatis accusaret.



⁹ Auctore Copes. Huls. Med. duo, et Ed. Camp. quod cum invenisset in duobus suis codd. Torrent. auctore malebat. Defendit vulgat. Burn.—10 Nihil deest in Copes.—1 Harlem. Reposita.—2 Petit Med. duo, Copes. ut sæpe

NOTÆ

bellicus addit, una e Corneliis legibus cautum fuisse ne quis a Senatu legibus solveretur ni cum 200. Senatores affuissent, hacque de lege intelligendum Tranquillum.

^y Qui C. Rabirio] Dum L. Saturninus Trib. Pl. seditiosas leges asserere contenderet, a suis in tumultu Rex fuerat appellatus. Verum nobiles sumtis armis illum oppressere, quo in facinore vel præcipuam navaverat operam C. Rabirius Senator, qui et illud aliorum vindictæ superaddidit, quod Saturnini caput in ludibrium per convivia circumtulit. Hunc, ut Tribuni, cujus sancta erat persona, violatorem et interfectorem, Cæsar odio Senatorum ductus curavit accusari per T. Labienum, &c.

^z Perduellionis] Hujus criminis reus est, qui hostili animo adversum Principem aut Republicam animatus est. Perduellionis et majestatis crimina idem sonant apud plerosque, licet aliorum judicio discrepent.

^a Sorte judex] Intellige de sortitione illa de qua cap. proxime præcedenti. Vide infra in Aug. cap. 29.

^b Pontificatum maximum] Numa Pompilius instituit collegium Pontificum, qui omnibus de causis ad sacra

pertinentibus judicarent, et novarum legum, sicubi scriptæ deficerent, condendarum auctoritatem haberent: quatuor duntaxat, iique non nisi ex patribus legi consueverunt, a Numæ temporibus ad annum U. C. 654. quo tempore, plebi communicatus quoque fuit honos ille, et quatuor ex plebeis additi, nec ita multo post a L. Sylla iterum septem, qui minores, ad differentiam priorum, qui majores appellati. Ex quindecim his Pontificibus, unus Pontifex Maximus, qui toti collegio præset, eligebatur; cujus scitis omnia publica privataque sacra erant subjecta; tantaque pollens auctoritate, ut nullius potestati obnoxius, humanarum multarum æque ac divinarum omnium rerum judex foret et arbiter.

† A. U. C. 691.

^c Magnitudinem æris alieni] Auctor est Plutarchus debitorem Cæsarem fuisse 1300. talentorum, juxta supputationem supra cap. 4. ex Budæi principiis factam 1,365,000 l. Hac æris alieni tanta magnitudine non immerito poterat in spem obtinendarum dignitatum adduci: hoc siquidem pacto divites pariter et egenos obstrinxerat; illos metu ne repulsam

comitia^d descenderet, prædixisse matri^e osculanti fertur, domum se nisi³ Pontificem^f non reversurum.⁴ Atque ita⁵ potentissimos⁶ duos competitores,⁸ multumque et⁷ ætate et dignitate antecedentes, superavit, ut plura ipse in eorum tribubus^h suffragia, quam uterque in omnibus, tulerit. [14.] Prætorⁱ creatus, detecta conjuratione Catilinæ,^k Sena-

alias. Mox in quo Edd. nonnullæ.—3 Nisi se Periz. Harlem. et ita Edd. Camp. Ven. 2. 3. Cald. Junt. Lugd. Ald. et aliæ multæ. Se commodius induci posse putat Burm. 'Non haud comparet in utroque Vind. ac Cort. quam locutionem viri quidam docti probam censent, ut nisi pro nonnisi ponatur.' Oud.—4 Edd. Rom. rediturum.—5 Ita non legitur in Med. 1. Vind. 1. —6 Potentissimus Steph. et d. c. transposuit Copes.—7 Et ignorant Basilenses, et earum traduces Gryph. Col. Plant. Edd. Ex quatuor libris

NOTÆ

passus solvendo non esset, hos vero tot ac tantis largitionibus.

^d Comitia] Conventus fuerunt universi populi ad ferendum aliqua de re suffragium: triplicis ea fœre generis, pro triplici populi distributione; Romulus enim divisa multitudine universa in tres partes, quas ideo Tribus appellari voluit, singulas partitus est in curias 10. quibus sua erant separatim in urbe regio, sacra, cærimonîæ. Servius Tullius duplicem iterum populi divisionem excogitavit, alteram attendens uniuscujusque bona in quinque classes, has vero in centurias; alteram ad urbis, et agri circum urbem, regiones, quas a tributo dando Tribus quoque appellavit, 4. scilicet urbanas, et 15. rusticas, ab iis locis ubi habitaverunt, nominibus indictis. Hinc Curiata dum per Curias, Centuriata dum per Centurias, Tributa denique Comititia dicta sunt, dum per Tribus suffragia colligerentur. De Comititiis Gellius lib. xv. cap. 27.

^e Matri] De jure osculorum in Claud. cap. 26.

^f Nisi Pontificem] Videbat enim non obtenta dignitate creditorum metu sibi cedendum esse urbe.

⁸ Competitores] Scilicet P. Servi-

lium Isauricum, sub quo militaverat in Cilicia, et Catulum Luctatium ætatis provectæ et auctoritatis in Senatu maximæ, virum ipsi Cæsari, ut ex Sallustio et Plutarcho patet, infensissimum.

^h Tribubus] Insoliti favoris, aut corruptelæ magnæ summum indicium: tribulibus enim suis naturali propensione magis favebant. Tribus (ut ex supradictis colligere est) erant populi Romani partes distinctæ locis in urbe diversis et regionibus circum urbem per Italiam dispersis, quæ, licet initio pauciores, ad 35. successu temporis excreverunt.

ⁱ Prætor] Cum consules avocarentur bellis finitimis, neque esset, qui in civitate jus reddere posset, factum est ut prætor quoque crearetur, qui Urbanus appellatus est, eo quod in urbe jus redderet. Sic Pomponius cap. 24. unus ergo tantum ab initio fuit prætor, sed, advenientibus indies ad jus petendum peregrinis plurimis; creatus est illorum causa et alter, qui Peregrinus ideo dictus est; ad differentiam prioris, quem, quia nonnisi urbis incolis jus redderet, Urbanum placuit appellari. Verum crescente cum imperio Romano negotiorum multitudine plures identidem additi

tuque universo in socios facinoris ultimam statuente pœnam, solus¹ municipatim^m dividendos,ⁿ custodiendosque publicatis bonis, censuit. Quin et⁸ tantum metum injecit⁹ asperiora suadentibus, identidem ostentans, quanta eos in posterum a plebe Romana maneret invidia, ut Decimum¹⁰ Silanum, Consulem designatum, non piguerit, sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut gravius, atque ipse sensisset, exceptam: obtinissetque adeo,¹ transductis ad se jam² pluribus, et in his Cicerone,³ Consulis fratre, nisi labantem⁴ ordinem confirmasset M. Catonis oratio.^o Ac ne sic quidem impedire rem destitit,^l

¹ Nec ideo cessavit obstare damnationi conjuratorum.

//////////

Torrent. et at. et dig. Fouc. habet dig. et at.—8 Quin tantum, Rhed. 2. omisso et.—9 Adjecit Harlem. Vind. 1. cum Edd. Med. Cald. Mox quanta eorum Vind. 2. Cort. qu. in eos Huls.—10 Ita Memm. Vind. 2. Cort. Fouc. Voss. Edd. Camp. Steph. Ald. cum edatur D. In Periz. et plerisque Edd. Vett. Decium. Deinde vitiose Syllanum, vel Sillanum, Copes. Harlem. Voss. Fouc. et omnes Mss. Oud. cum Edd. antiquis.—1 Obtinisset adeo, copula omissa, Memm. Cujac. Copes. Medic. tres, Vind. 1. Fouc. Camp. obtinuisse. Adeo, Huls. Quædam etiam distinguunt Edd. obtinissetque, adeo, ut Colinæi, et alia. Paulo ante excepta Vind. 1. et aliquot codd. hic periodum exhibent.—2 Jam ad se Memm. Periz. Medicei, Cort. Voss. Cujac. Camp. jam deest in Copes.—3 Cicerone Memm. Cujac. Bern. 2. et codd. Barthii, probantibus Torr. Græv. aliis. Vulgo Ciceronis.—4 Edd. Rom. et Junt. laben-

NOTE

sunt, ita ut octodecim fuisse reperiantur, quorum sua singulis erat jurisdictio: de qua vide cap. 11. supra.

^k *Catilinæ*] Inter seditiosos ut perditissimus, sic et notissimus.

^l *Solus*] De hujus opinionis auctore inter historicos alios non convenit: sunt enim qui Cæsarem non modo non solum, sed ne quidem primum fuisse referant; utpote quo prior Domitius Nero primum discessisset a sententia, quæ præsens supplicium decernebat teste Sallustio.

^m *Municipatim*] Per municipia, quæ erant oppida nonnullis donata privilegiis: duplicis ea fuere generis; ea nempe quibus cum suffragio data fuerat civitas, et ea quæ sine suffra-

gio solum civitatis honorem obtinebant: hæc suis, illa Romanorum legibus utebantur. De his Gellius lib. xvi. cap. 13. ubi docet quid differant a Coloniis.

ⁿ *Dividendos*] Idque juxta legem Porciam, quæ vetabat ne quis magistratus civem Romanum verberaret, necaretque; sed damnato permetteret exilium, cum antea vivorum cervix insereretur furcæ, corpusque virgis ad necem caderetur.

^o *Catonis oratio*] Ejus qui Uticensis postea dictus est: extat utraque hæc et Cæsaris et Catonis apud Sallustium oratio, quam Cicero, inventis tunc primum notis, excipendam ab iis quos in id occultaverat notariis curavit, de quo in Galb. cap. 5. et

quoad usque ⁵ manus Equitum Romanorum, quæ armata præsidii causa circumstabat, immoderatus perseveranti necem comminata est: etiam ⁶ strictos gladios usque eo intentans, ut sedentem una ^v proximi deseruerint, vix pauci complexu togaque objecta protexerint.⁷ ^q Tunc plane deterritus, non modo cessit, sed ⁸ in reliquum anni tempus curia abstinuit. [15.] Primo præturæ die ^r † Q. Catulum ^s de refectione Capitolii ^t ad disquisitionem populi ^u vocavit,⁹ rogatione promulgata,^v qua curationem eam in alium ^{io} ^w transferebat. Verum impar optimatum ^x conspirationi, quos, relicto ^r statim novorum Consulum officio,^y frequentes



tem, alia a Cortio visa, laborantem.—5 Usque omittunt Memm. Pal. 3. Fouc. Cujac. Vind. 2. Cort. Barth. memb. et Periz. linea subducta, cum Edd. Rom. et damnant Casaub. Burm. Oud. Solus Wolfius nihil mutandum censuit: quousque manus Rhed. 2. Supra, nec sic Med. duo, Cort. Vind. uterque.—6 Et jam, duabus vocibus, Periz. Edd. Rom. Ven. Bon. Ald. Lugd. Bas. et aliæ plurimæ, ut alias sæpe factum.—7 Texerint Vind. 1. qui ante encliticam que omittit. protexerunt Rhed. 2.—8 Habent Medic. tres, Vind. 2. Copes. cum Edd. Camp. Junt. Lugd. sed et. Vulg. sed etiam. Verum Vind. 1. et Corsondencensis, quo Pulm. est usus, cum Cujac. non agnoscunt *et etiam*, quorum auctoritate delendum putant Burm. Oud. et e textu ejecit Baumg.—9 ^c In Pin. Vind. 2. ac Cort. *provocavit*; quæ lectio nata est ex aliorum librorum scriptura *P. Ro. sive Populi Romani*; et supra pro *præturæ* in Ed. Mediol. 1. margiue habetur: al. *præfecturæ*.⁹ Oud.—10 *In alterum* Fouc.

NOTÆ

Tito cap. 3.

^v *Sedentem una, &c.*] Nec mirum; leviori enim de causa cavebant Senatores ne homini obnoxio assiderent.

^q *Protexerint*] Plutarchus auctor est Cæsarem a Curione objectu togæ servatum.

^r *Præturæ die*] Calendis nempe Januariis, quo die designati comitiis Consules et Prætores magistratum inibant.

^s *Catulum*] Eum de quo supra cap. 13.

† A. U. C. 692.

^t *De refectione Capitolii*] Quod bello Civili deflagraverat.

^u *Disquisitionem populi*] Utrum eam curam alii vellet quam Catulo demandari.

^v *Rogatione promulgata*] Promulga-

ri dicebantur leges, cum trinundino toto in vulgus edebantur, quo præterito tempore non licebat eas tolli nec intercedere, si latæ fuissent: de rogatione supra cap. 5.

^w *In alium*] Scilicet Pompeium, in quem voluit Cæsar non tam curationem illam quam inscriptionis honorem ambitiose transferre, et Catulo eripere.

^x *Optimatum*] Horum appellatione eos intellige, qui nobilitati sive, quod idem est, Syllanæ factioni faventes, popularibus, id est Marianis, a quibus stabat Cæsar, adversabantur.

^y *Consulium officio*] Quod nempe novis Consulibus ab amicis præstabitur: calendis enim Januariis, quibus magistratum inibant, stipati amicis,

obstinososque ² ad resistendum concucurrissse ³ cernebat, hanc quidem actionem deposuit. [16.] Ceterum Cæcilio Metello, ² Tribuno plebis, turbulentissimas leges adversus collegarum ^a intercessionem ferenti, auctorem propugnatorumque se pertinacissime præstitit; donec ambo ⁴ administratione Reipublicæ ^b decreto Patrum summoventur. Ac ⁵ nihilo minus permanere in magistratu, et jus dicere ausus, ut comperit paratos, qui vi ac per arma prohiberent, dimissis lictoribus, ^c abjectaque prætexta, ^d domum clam refugit, pro conditione temporum quieturus. Multitudinem quoque, biduo post sponte et ultro confluentem, operamque sibi in asserenda dignitate ^e tumultuosius pollicentem, compercuit. Quod cum præter opinionem evenisset, Senatus,



—1 *Relictos Voss.*—2 *Ferr. legit, frequentes destinatos ad, quod probat Torrent. Deinde desistendum, pro res. Vind. 1.*—3 *Ita Memm. Med. 2. cucurrisse, Vind. 2. Cort. Vulg. concurrisse, quam secuti sunt Burm. Bip.*—4 *Cum in tribus Med. æque ac Copes. et Voss. exaretur ab ministracione, et Camp. quoque a ministr. omnino recipiendam censuit Oud. scripturam Cort. ab ministracione, ut legi posse jam monuit Burm. et ut in Bern. 1. Guelph. utroque postea invenit Wolf.*—5 *At Junt. Ald: Arg.*—6 *Ad eundem cætum Rhed. 1.*

NOTÆ

qui frequentes pro more aderant, ipsosque sæpe populo, Capitolium sacrificaturi conscendebant.

² *Cæcilio Metello*] Catilinæ conjurationis occasione plures excitati tunc temporis ad novas res insurgabant, quapropter Metellus iste, cui Nepos cognomen fuit, petendi Tribunatus ergo reversus est ex Asia, ubi tunc degebat cum Pompeio. Dignitatem adeptus legem ferre nitentur, qua jubebat accersiri cum exercitu Pompeium ex Asia, hoc prætextu, ut videret, ne quid Respublica detrimenti caperet, sed revera, ut fretus exercitu Pompeius Rempub. arbitrato suo componeret. Metello autem ipsi Cæsar affuit, ut Pompeii aucuparetur benevolentiam.

^a *Collegarum*] Catonis præsertim, qui cum a tribunatu petendo, hortantibus licet amicis, se abstinuisset huc

usque, illum composito petierat, ut Metello, quem turbulentum, et a Pompeio super hac re suspicabatur edoctum, intercederet: tribunitia enim potestas ad impediendum magis est quam ad agendum.

^b *Administration Reipublicæ*] Prætura nempe Cæsar, et Metellus tribunatu.

^c *Dimissis lictoribus*] Quo posset ignotus evadere.

^d *Prætexta*] Magistratum Sacerdotumque, sicut et puerorum nobilium, vestis hæc erat; quorum tamen omnium prætextæ utrum discriminis inter se quidpiam haberent, haud comperio.

^e *Asserenda dignitate*] Hoc est, defendenda seu vindicanda dignitate; illam enim, si tumultuosius quid egerint, vulgo prætextunt optimates.

ob eundem cœtum⁶† festinato coactus, gratias ei per primos viros egit: accitumque in curiam, et amplissimis verbis collaudatum, in integrum restituit, inducto⁵ priore decreto. [17.] Recidit⁷ rursus in discrimen aliud, inter socios Catilinæ nominatus, et apud Novium⁸ Nigrum Quæstorem^h a L. Vettioⁱ Judice,⁹ et in Senatu a Q. Curio:¹⁰^k cui, quod primus consilia conjuratorum detexerat, constituta erant publice præmia. Curius,^l e Catilina se cognovisse, dicebat: Vettius etiam chirographum ejus,^l Catilinæ datum, pollicebatur. Id vero Cæsar nullo modo tolerandum existimans, cum, implorato Ciceronis testimonio,

//////////

Boxhorn. mutari voluit in *ad eandem causam*. Mox Fonc. *gratias et per.*—7 Periz. Ven. una, et Par. *decidit*. Al. *cecidit*.—8 Codex unus Torrent. *Nonius*, et supra Vind. 1. *inter Cat. soc.*—9 Pulm. edidit *Vettio*, cum antea *Vectio* legeretur. *Vetio* in exempl. Torr. *Veccio* Copes. Libri fere omnes habent *indice*, quod probant Torrent. Grut. Burm. et Ernest. Auctoritate nummorum ac Viterb. cum Ven. 1. contrarias partes tinentur Ursin. Casaub. Patin. Græv. Oud. Wolf. et Ruhn. qui *Judice* legi mallent.—10 *A Q. Curione*. Vind. 1. Copes. hic multum turbat, a *Q. Curio nominatus inter socios*; quos, quod *pr. c. c. d. c. e. p. præmia*, a *Curio quia per Catilinam se c. d.*—1 *Curio e Catilina se cognisse* Memm. *Curio* Vind. 1. *Curio quidem per Catilinam* Med. 1. 3. et Harlem. *Curius per Catilinam*, unde conj. Oud. *Et Curius quidem per Cat.* Particulam *quidem* addidit quoque Wolfius ex Longol. Bern. 1. et vestigiis aliorum, suadente hujus scriptoris consuetudine.

NOTE

† *Cœtum*] Hoc vocabulo peculiari-ter usi sunt auctores, ut multitudinem seditiose coeuntem indicarent, ut infra cap. 41. ‘ne qui novi cœtus re- censionis causa moveri quandoque possent.’ Et Livius, ‘cœtus nocturni plebis patribus suspecti,’ et alii pas- sim: quanquam non semper in malam partem acceptum reperias; Ang. cap. 64. et 85. et Calig. cap. 32.

5 *Inducto*] Hoc est, antiquato: inducere enim est verbum Jurisconsultis familiare; apud quos idem est ac delere seu cancellare, &c. ab inverso stylo, quo scribebant, deducta appella- tione.

h *Novium Nigrum Quæstorem*] Le- gunt alii *Nonium*; quæstorem autem hic intellige principem illum quæstio-

nis, qui et quæstor et quæstor dice- batur, de quo supra cap. 11.

i *L. Vettio*] Legunt alii *Vectio Ju- dice*, ut *Judex* cognomen ejus fuerit. Sed cum index, id est, Cæsaris accu- sator, fuerit ille Vettius, indicemque dicat illum ipse Cicero in literis ad Atticum (‘Vettius ille noster index’), locus dubio relinqui non videtur.

k *Q. Curio*] Curtius hic homo per- ditus, Catilinariæ conjurationis ipse conscius, adductus est a Cicerone per Fulviam, quacum ipsi Curio vetus erat consuetudo, ut conjuratos dete- geret.

l *Chirographum ejus*] Id est, cautio- nem; est enim Chirographus privata scriptura seu cautio manu alicujus scripta vel subscripta.

quædam² se de conjuratione ultro ad eum detulisse, docuisset, ne Curio præmia darentur, effecit: Vettium, pignori-
bus^m captis, et direpta³ supellectileⁿ male mulcatum,⁴ ac
pro Rostris in concione pæne discerptum, coniecit in car-
cerem: eodem⁵ Novium Quæstorem, quod compellari
apud se majorem potestatem^o passus esset.⁶ [18.] Ex
prætura ulteriorem⁷ sortitus^p Hispaniam,[†] ^q retinentes cre-
ditores interventu sponsorum^r removit: ac neque more,
neque jure, antequam provinciæ ornarentur,⁸ ^s profectus est:



A Catilina Bon. Gronov. faciebat cognosse ex Salm.—2 Sic Memm. et fere omnes libri. *quadam* Harlem. Mox *Curioni pr.* Turon.—3 Pin. Vind. 1. *directa*; et emendat Ranelinus, Var. Lect. lib. 1. c. 10. *dirupta*, sed nullorum codd. nisi auctoritate.—4 Ita Memm. et Polit. probantibus Græv. Ond. contra Torr. sententiam.—5 *Eodem modo Nov. eo quod* Periz. Vind. 1. Ferr. Edd. Ven; duæ. Par. Junt. Ald. Steph. Lugd. Mediol. Cald. et aliæ. Harlem. consentit, nisi quod *Notium* habeat. Elegantius in Mss. Casaub. *eodem et*, quod probat Ond. Ven. 1. Bon. legunt *eodem Nov. eo quod*. Fone. etiam *eo quod* exhibet. *Damnat modo* et expunxit Erasm. ex fide vetustissimi cod. ut ipse testatur.—6 Pin. *jussus esset*. Hag. addit *conjecit*, et Edd. quædam *necavit*, nondum alio libro prolatum.—7 Vind. 1. *majorem*. Mox alter cum Cort. *int. novorum sponsorum*.—8 Uno excepto Lambini libro et forte Medic. 1. si bene Gronov. enotaverit, omnes hucusque visi codd. et Edd. Vett. habent *ordinarentur*; nihilominus *ornarentur* esse rescribendum una voce ju-

NOTÆ

^m *Pignoriibus*] Sic et aliquando coëcebantur ii, qui in jus venire et respondere contemnebant.

ⁿ *Direpta supellectile*] Sensus est, Vettii supellectilem vel inter capienda pignora direptam, vel diripere volentibus in turba traditam aut asportatam. *Mulcatum*: alii *mulcatum*.

^o *Majorem potestatem*] Nam a minore imperio majus rogari jure non potest, ut habet Messala apud Gell. lib. XIII. cap. 12.*

^p *Ex prætura sortitus*] Post gestam enim in urbe præturam, decretas ipsis ante designationem provincias Prætores inter se sortiebantur.

† A. U. C. 693.

^q *Ulteriorem Hispaniam*] Vide supra cap. 7.

^r *Interventu sponsorum*] Auctore Plutarcho, 830. talentorum Crassus

pro Cæsare sponsor factus est: quanta vero fuerit hæc summa ex supradictis cap. 4. collige, nempe 871,500 l.

^s *Antequam provinciæ ornarentur*] Finito magistratu annuo Prætores proficisci non ante debebant in provincias, quam illarum termini, militum numerus, stipendium, aliaque ejusmodi definita Senatusconsulto forent. Quæ quia varie variis indulgebat Senatus, ideo provinciæ vel prætores ornari dicebantur: alii legunt *ordinarentur*, quod in eundem sensum, licet meo quidem judicio minus commode, recidere debet. Idem enim erit atque decernerentur quæ ad provincias spectarent, de quibus modo: quo sensu Horatius, lib. II. Od. 1. 'ubi publicas res ordinaris,' &c.

incertum, metune iudicii, quod privato parabatur,^t an quo maturius sociis implorantibus^u subveniret. Pacataque provincia,^v pari festinatione, non expectato successore,^w ad triumphum^x simul consulatumque decessit. Sed cum, edictis^{9y} jam comitiis, ratio ejus haberi non posset, nisi privatus introisset Urbem,¹⁰ et ambienti, ut legibus solveretur,^z multi contradicerent,^a coactus est, triumphum, nē consulatu excluderetur, dimittere. [19.] E duobus [consulatus]^t competitoribus, † L. Lucceio, Marcoque Bibulo, Lucceium sibi adjunxit: pactus, ut is, quoniam inferior gratia esset, pecuniaque polleret,^z nummos de suo, communi nomine, per centurias^b pronuntiaret.^c Qua cognita re, opti-



bent Torr. Casaub. Burm. Ern. Oud. Wolf. et Baumg.—9 Ex codice Lovan. sic restituit Torr. accedentibus Casaub. Oud. et Cruceo Syll. Crit. t. 1. p. 689. Ita etiam invenitur in Periz. Harlem. Pal. tribus, Voss. Camp. Bon. Ven. 1. Vulg. *editis*, ut etiam Vind. 1. Cort. Copes. Mediol. Cald. Edidit Junk. *indictis*, sed unde derivatum nescitur. *Cum jam edictis* Fouc.—10 *In urbem* Huls.—1 *Vox consulatus* non fuit in Ms. uno Torrentii, nec in Edd. pr. Rom. itaque ut supervacuum cum Oud. ejiciendum putat, et nōcīs inclusit Ern. quem secutus est Baumg.—2 *Pecunia poll.* Steph. Deinde *qua re*

NOTE

^t *Quod privato parabatur*] Delatum enim sibi magistratum non poterat exercere, nisi in provincia, quam ingressus utpote Reipublicæ causa absens, condemnari non poterat, privataque esse desinebat.

^u *Sociis implorantibus*] Infestabatur enim provincia latrociniiis, dissentionibus civitatum, et præsertim excitationis debitores inter et creditores controversiis.

^v *Pacata provincia*] Compressis armorum vi latrociniiis, et prudenti jurisdictione controversiis.

^w *Non expectato successore*] Neque more neque jure: quisquis enim provinciam præisset, discedere prius non debebat, quam successor accessisset. L. 'meminisse.' π. De officio proconsulis.

^x *Ad triumphum*] Debellatis enim Lusitanis ad oceanum usque cuncta

perdomuerat.

^y *Edictis*] Male quidam legunt *editis*, quis enim sensus?

^z *Ut legibus solveretur*] Quibus tantum erat ut triumphum petentes extra urbem manerent, consulatum vero, in urbe præsentis adessent: qua constitutus in ambiguitate Cæsar, triumpho consulatum anteposuit.

^a *Multi contradicerent*] Cato, præsertim Cæsar's consiliorum et industriæ severus idem et perspicax explorator.

† A. U. C. 693. -

^b *Per centurias*] Centuriatis enim Comitibus majores magistratus ordinarii creabantur. De comitiis cap. 15.

^c *Pronuntiaret*] Hoc est, palam promitteret: quo sensu usurpatum videbis infra cap. 26. in Galba cap. 16. et in Domitiano cap. 4. &c.

mates, quos metus ceperat, nihil non ausurum cum in summo magistratu, concordi et consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt, tantundem pollicendi: ³ ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente, ⁴ eam largitionem e Republica ^{5 d} fieri. Igitur cum Bibulo Consul creatur. ⁶ Eandem ob causam opera optimatibus ^{7 e} data est, ut provinciæ futuris Consulibus minimi negotii, id est, sylvæ callesque ^{8 f} decernerentur. ⁹ Qua maxime ¹⁰ injuria instinctus, ^{1 g} omnibus officiis Cn. Pompeium assectatus est, ² offensum Patribus, quod, Mithridate rege victo, cunctantius ³ confirmarentur acta sua: ^h Pompeioque M. Crassum



cogn. Cort.—3 *Pollicenti* Copes. Med. duo; *polliceri* Harlem.—4 Fouc. *ne Cat. q. obtinente*, sed correctus in marg.—5 *Ex Rep.* Copes. a *Rep.* Junk. cum explicatione *ex arario publico*; quo facit lectio Pin. Vind. 2. Fouc. et Cortiani, *larg. are publico*.—6 Ita Memm. Vind. uterque, Med. 3. Cort. Fouc. et tres Torrent. cum Ed. Mediol. probante Casaub. Mult. Edd. *creatus est*, et in pr. Rom. unoque libro Torr. *creatus sine τῶν est*.—7 *Ab opt.* præferunt Memm. omnes Vind. et Med. Cort. Copes. Cujac. Fouc. Edd. Camp. Junt. Ald. Lugd. et aliæ, quod placet Jac. Gronovio, sed præp. omittunt Græv. Oud. cum Voss. Periz. Huls. Ven. 1. Mediol.—8 Fouc. *collesque*, et sic Med. 1. a m. pr. Med. 2. Pin.—9 *Discernerentur* Harlem. Vind. 1. Edd. Mediol. Ven. 1. Cald.—10 *Maxima* Cort. ut Grævius in sec. et tert. Ed. repugnante Ernest.—1 *Instructus* Harlem. Edd. Ven. 2. 3. Junt. Ald. Lugd. Item Med. 1. sed correctus a Politiano.—2 *Pessime* Memm. ac Barthii *adsecutus est*. Deinde *infensum patr.* Cort. e glossa. Putat Torrent. vel hic præpositionem *a* deesse, vel *offensum* pro iratum dixisse auctorem.—3 Uterque Vind.

NOTÆ

⁴ *E Republica*] Id est, in bonum publicum esse, vel ipso Catone iudice, licet antiquitatis et morum severo vindice, quibus honorum nundinatio vetabatur. Unde Lucanus lib. 1. ‘Hinc rapti fasces pretio,’ &c.

^e *Optimatibus*] Frustra quidam hic requirunt *ab*: hujus enim præpositionis apud auctorem hunc et alios ommissio non infrequens est.

^f *Sylvæ callesque*] Turnebum secutus Torrentius existimat hunc locum intelligi de administratione sylvarum publicarum, saltumque: a pecuariis enim, ut in illis pecora pascerent, exigebatur in gregis vel armenti capita tributum, quod vectigalium par-

tem efficiebat. Verum Beroaldo et Sabellico satius arbitror assentiri: nempe sylvarum calliumque, hoc est, itinerum, securitas demandata consulibus intelligatur, eoque magis, quod sylvas Italiæ, saltem quasdam, publicis custodibus metu latronum fuisse occupatas ad securitatem viatorum, teste Juvenali constet Sat. 111. sub finem: ‘Armato quoties tutæ custode tenentur Et Pontina palus, et Gallinaria pius.’ Quod exactius mandatum ab Augusto. Aug. cap. 32.

^g *Instinctus*] Id est, exstimulatus, incitatus. Quidam legunt *instructus*, quasi ad declinandam cautius invidiam edoctus.

reconciliavit, veterem inimicum ex consulatu, quem summa discordia simul gesserant: ac societatemⁱ cum utroque iniit, ne quid ageretur in Republica, quod displicuisset ulli e tribus.⁴ [20.] Inito honore † primus omnium instituit, ut tam Senatus, quam populi diurna acta^k conficerent,⁵ et publicarentur. Antiquum etiam retulit morem, ut, quo mense fasces non haberet,^l accensus^{6m} ante eum iret, lictores pone sequerentur. Lege autem Agrariaⁿ promulgata, obnuntiantem⁷ collegam^o armis foro expulit. Ac postero die in Senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super



Cort. Periz. Huls. Camp. Bon. et pancæ aliæ *cunctatius*, omissa virgula. Membb. Torr. *contatius*.—4 *Ulli ex tr.* Vind. 1.—5 Sic e Memm. restituit Oud. suffragantibus Ern. Banmg. pro vulg. *conficerentur*. Hanc emendationem testantur quoque Barth. cod. lectio varia ad marg. Ed. Mediol. 1475. et Medic. 3. ac Vind. 2. quorum primus vitiose præbet *conficerentur*, alter a m. pr. *conficerent*.—6 Fouc. *accensus funis*. 'Copes. *ante eum iret funis*, quod quid velit nescio, nisi sit *iret unus: Lictores, &c.*' Burm.—7 *Abnuntiantem* Copes. Med. 2. et var. lect. Ed. Mediol. 1. Mox *conquestus* Edd.

NOTÆ

ⁿ *Acta sua*] Varia in Oriente constituerat: aliis regibus retinendum permiserat regnum, aliis ademerat, et similia.

ⁱ *Ac societatem*] Ex hac potentiae societate orta Reipub. pernicies est: unde eleganter Lucanus lib. 1. initio: 'Tu causa malorum Facta tribus dominis communis Roma,' &c.

† A. U. C. 695.

^k *Acta*] Populi Senatusque acta erant commentarii, in quos referebantur quæcumque singulis diebus fierent. Horum cura conficiendorum erat uni e patribus.

^l *Quo mense fasces non haberet*] Et alia regiae potestatis insignia consulibus post exactos reges concessa; fasces tamen non simul ambos, ne terror duplicatus videretur, sed alternis duntaxat mensibus habere voluerunt.

^m *Accensus*] Hic sumitur pro eo magistratu ministro qui vel Qui-

rites ad concionem, vel jus postulantes ad Prætozem acciret: alias accensus nomen est militiæ, (is nempe qui a tribuno militum centurioni dabatur adjutor.)

ⁿ *Lege autem Agraria*] Satis notum quid illæ sint Agrariæ leges quibus popularem auram ambientes, quosdam agros viritim plebi dividendo, acceptos se præbere nitebantur.

^o *Obnuntiantem collegam*] Ad hoc, ut agri dividerentur, Senatusconsulto vel aliqua ad populum rogatione fuit opus, quorum utrumque legis agrariæ nomine pariter appellabant. Cum ergo Cæsari ad Senatum hac de divisione referenti plures adversarentur, in forum ad populum confugit, ubi ipse, anxiliantibus Crasso et Pompeio, legem accipiendam curavit, Bibulumque, qui Senatus impulsu huc quoque resistendi causa se contulerat, extortis fascibus reliquisque consulatus insignibus, una cum Catone expu-

tali consternatione referre^p aut censere aliquid⁸ auderet, qualia multa sæpe in levioribus turbis⁹ decreta erant, in eam coëgit desperationem, ut, quoad potestate¹⁰ abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnuntiaret.^m ^q Unus ex eo tempore omnia in Republica, et^r ad arbitrium administravit: ut nonnulli urbanorum,^r cum quid per jocum² testandi gratia signarent, non 'Cæsare et Bibulo,'

^m *Postridie et Cæsar in tantam desperationem impulit Bibulum conquestum in Senatu, ut quoad consulatus finiret, domo occultatus solummodo per edicta intercederet; quia nemo repertus erat, qui auderet referre vel censere super tali perturbatione, quod frequenter idem contigerat in minoribus motibus.*



Rom.—8 Deest aliquid in Vind. 1.—9 *Culpis* Pal. 3. Periz. Barth. Voss. Medic. 2. Harlem. Vind. 2. Cort. plerique Mss. Torr. et Casaub. cum Edd. antiquis omnibus fere ad Basilienses, quæ turbis, sicut et Memm. ac var. lect. Mediol. habent. Conjecit Oud. antiquam script. fuisse *tumultibus*, unde fortasse potuerit enasci gemina lectio.—10 *Potestatem* Pin. *potestatem obiret* Fouc. *desperationem* Periz. sed in marg. emendatus.—1 Copula et abest a Græv. Casaub. Var. et Edd. aliis.—2 'Huc sane pertinent verba per jocum, non post signarent, ut visum Lipsio et Torrent. astipulante Ernestio.' Baumg.

NOTÆ

lit.

^p *Referre*] Senatusconsultum non fiebat nisi consul aut alius, cui id juris erat, ad Senatum referret, h. e. rem qua de agebatur in consultationem adduceret, patrumque super ea sententiam rogaret. Cur igitur Bibulus tunc non retulerit haud liquet. Suspiciatur quidem Casaubonus ejus forsitan illo mense non fuisse fasces, nec nisi ab eo consule, cujus essent, referri potuisse. Sed neutri astipulatur antiquitas. Dicit enim Appianus Bibulum extortis fascibus ejectum, et hos igitur habuisse debuit, sicque etiam Cæsar fasces non habens de his omnibus referebat: et sane mihi non apparet quid causæ fuerit, nisi tam ipsius Bibuli, quam Senatus universi consternatio.

^q *Per edicta obnuntiaret*] Ea sunt edicta de quibus supra cap. 9. quibus Cæsari multa molienti adversus auspicia obnuntiando resistebat: est enim obnuntiare verbum auguribus ferme

proprium, nempe mali ominis aliquid nuntiare, quo decreta publica et comitiorum eventus impediabantur. Bibuli autem, utpote consulis, erat, vel auspicia observare, vel iis non observatis obnuntiare.

^r *Nonnulli urbanorum*] Vel civium urbem habitantium sermones intellige, vel facietorum potius, hoc est, urbana et culta quadam dicacitate jocantium.

^s *Cum quid per jocum*] Torrentius hic ait inversum esse scripturæ ordinem, sicque reponendum censet; *cum quid testandi gratia signarent, per jocum, non Cæsare, &c.* ut sensus sit, non per jocum testificationem exhibitam, sed illa exhibita, scriptum fuisse per jocum *non Cæsare, &c.* verum cum dicacitates et joci parum congruant actibus quibus solennitates juris adhibentur, videntur illæ testationes intelligi tantum factæ inter jocosos illos urbanos, et non nisi jocandi gratia; sicque remanebit communis et re-

sed 'Julio et Cæsare' Consulibus' actum scriberent, bis eundem præponentes, nomine atque cognomine: utque⁴ vulgo mox ferrentur hi versus:

Non Bibulo quicquam⁵ nuper, sed Cæsare factum est:

Nam Bibulo fieri Consule nil memini.

Campum Stellatem,⁶ majoribus⁷ consecratum, agrumque Campanum, ad subsidia Reipublicæ vectigalem relictum, divisit extra sortem^u ad⁸ viginti millibus civium, quibus terni pluresve^v liberi essent. Publicanos,^w remis-



Lisl. Cujac. *testationis gratia*; Fouc. *per locum test.*—3 Med. 1. *Cæsare et Julio*, probante Oud. 'Verba seqq. *bis e. p. n. a. c.* Torr. edens contra Mss. *proponentes*, pro adulterinis habet, qui eam sententiam mutuasse videtur a Lipsio, qui illam margini alleverat: neque repugnat Casaub.' Oud.—4 *Uti-que* Memm.—5 Ferr. *quidquam*, laudante Torr. *quiddam* Vind. 2. Cort. Barth. Voss. marg. Periz. Camp. Ven. 1. inque textum recepit Burm.—6 *Stellatum* Harlem. Med. 1. Fouc. Camp. Ven. 1.—7 Ita codd. et Edd. fere omnes præter Steph. quæ præpositionem *a maj.* addidit.—8 Vulgo *ac.* Emendationem Casaub. ad recipiunt Græv. Gronov. Grut. Oud. quod etiam firmant Memm. Steph. Lugd. Exulat particula ab uno Torr. a Periz. Lys. Cort. Ed. Rom. Andrea; ; probantibus ipso Torr. et Ernest. *ac XX. milium civibus* Vind.

NOTÆ

ceptissima lectio, *per jocum testandi gratia*, &c.

¹ *Campum Stellatem*] Campum inter et agrum differentia est: campus enim agri pars, quo etiam sensu Cicero adversus Rullum: 'atque his colonis agrum Campanum et Stellatem Campum dividi jubet;' Stellæ enim Campus pars est agri Campani, qui hodie *Terra di Lavoro*: causam autem, cur consecratum illum dicat Suetonius, obscuram reddit Ciceronis auctoritas: loco enim supra laudato, in agrariis adversus Rullum, illius, tanquam de campo qui tunc temporis coleretur, mentionem facit, dum appellat 'horreum regionum, solatium annonæ,' &c. cum tamen consecratum agrum coli non licuisse constet. Unde sequeretur, non primum violatam a Cæsare illius agri religionem. Videtur ergo ager consecratus hic alio sensu intelligendus, pro eo nempe qui a majoribus esset Reip. addictus ad

copiam annonæ promovendam: quo sensu in lege 3. Cod. de bonis vacantibus et de incorporatione, 'nostris consecranda substantiis,' id est, addenda fisco: vel intellige secundum partem tantum forte consecratum.

^u *Extra sortem*] Sic interpretare: Divisit millibus civium ad viginti, h. e. circiter. Sensus est, viginti millia civium circiter in hac agri Campani et Stellatis Campi assignatione prælatos a Cæsare, et absque sorte in partem vocatos. Vulgo enim, si plures vel pauciores, quam lege præscriptum erat, nomina in coloniam professi fuissent, tunc ad sortem confugiebant, ut ex omnibus educerentur qui agrum acciperent.

^v *Quibus terni pluresve*] Antiqui præmiis et honoribus multis invitabantur ad matrimonia frequentanda, ut infra in Aug. cap. 34. et 44.

^w *Publicanos*] Notum est fuisse vectigalium conductores qui ordinis erant

sionem petentes, tertia mercedum parte relevavit, ac, ne in locatione novorum vectigalium immoderatus liceretur,⁹ propalam monuit.² Cetera item,¹⁰ quæ cuique libuissent, dilargitus¹ est, contradicente nullo, ac, si conaretur quis, absterrito. M. Catonem^x interpellantem extrahi curia per lictorem, ducique in carcerem iussit. L. Lucullo, liberius resistenti, tantum calumniarum metum injecit, ut ad genua ultro sibi accideret.² Cicerone in iudicio quodam deplorante temporum statum, P. Clodium, inimicum ejus, frustra jam pridem a Patribus^{3y} ad plebem transire nitentem, eodem die,⁴ horaque nona, transduxit.⁶ Postremo in universos diversæ factionis induxit Vettium præmiis,⁵ ut se de inferenda Pompeio nece sollicitatum a quibusdam profiteretur, productusque pro Rostris auctores ex com-

ⁿ *Ac interdum et publice admonuit ne deferrent nimium pretium in conductione novorum vectigalium.*

^o *Cum Cicero deplorasset in quodam iudicio temporum statum, P. Clodium inimicum ejus, qui jam diu inutiliter conabatur transire a patricia familia in plebeiam, Cæsar transtulit eodem die horaque nona.*



1.—9 *Licitarentur* Edd. quædam; *ducerentur* Copes. Huls. Harlem. Med. duo, et Camp. *Mox propalam* Fouc.—10 *Autem* Vind. 1.—1 *Dilargitus* Rhed. 1. *elargitus* Rhed. 2.—2 Ferr. Vind. uterque, Camp. et al. *accederet*, solita variatione pro *accid.* quod emendavit primus Cruceus. Rhed. 1. *ultro accid.* omisso sibi.—3 *A pluribus* ad Fouc.—4 Ferr. *eo denique die.* Legebat Torr. *codemque*, et ita Copes. Med. 1. Deinde vulgo *traduxit*, contra fidem codd. antiquor.—5 Hanc emendationem Ursini receperunt Græv. Casaub. Burn. et Ern. ‘Vulg. *inductum præmiis*, ut, ubi esset suppl. *quendam*, quod addit Guelph. 1. haud dubie e glossa, omnisque constructio regeatur a *creditur* in fin. cap. durissima sane ratione, quæ tamen non obstat, quo minus Gronov. et Oud. vulgatam tuerentur.’ Baumg. Gruterum autem placet, *index inductus* primo a Casaub. propositum; Steph. *induxit pr.* Mox *productoque* Vind. 1. et

NOTÆ

equestris. Remissionem autem ideo petentes, quod vastata Mithridaticis bellis Asia solvendo non esset, sicque lege Censoria tegebantur, qua ascriptum erat ut ‘si qui frui publico publicanus non posset, ne ei fraudi id esset.’

^x *M. Catonem*] Qui cum Cæsaris optata non posset impedire, ne tamen quicquam decerneretur dicendo

diem eximebat, eo quod senatori jus esset ut sententiam rogatus prius diceret quid vellet et quoad vellet.

^y *A patribus*] E plebe enim facilius creabantur tribuni plebis, quam ex patribus. Vide Lipsium lib. 11. Electorum cap. 13. De Vettio indice lege epistolam Ciceronis 24. lib. 11. ad Atticum.

pacto nominaret: sed uno atque altero frustra nec sine suspitione fraudis nominatis, desperans tam præcipitis consilii eventum, intercepisse veneno indicem⁶ creditur. [21.] Sub idem tempus Calpurniam,⁷ L. Pisonis filiam, successuri sibi in consulatu,⁸ duxit uxorem: suamque,⁹ Juliam, Cn. Pompeio collocavit, repudiato priore sponso Servilio^z Cæpione, cujus vel præcipua opera paulo¹⁰ ante Bibulum impugnaverat.¹ Ac post novam affinitatem Pompeium primum rogare sententiam cœpit,² cum Crassum^a soleret,³ essetque consuetudo, ut, quem ordinem^b interrogandi sententias Consul Kalendis Januariis^c instituisset, eum toto anno conservaret.⁴ [22.] Socero igitur⁵ generoque suffragantibus, ex omni provinciarum copia Gallias potissimum elegit, cujus emolumento et opportunitate idonea sit materia^d triumphorum.⁶ Et initio quidem Galliam Cisal-



in Rhed. 1. *e compacto*.—6 Græv. scribit *Judicem* hic, ut c. 17. astipulantibus codd. nonnullis.—7 *Calpurniam* Periz. Copes. Voss. et alii multi.—8 *Consulatum* Copes. Med. 1. 3. quod præplacuit Ond. et Ruhn.—9 *Filiamque Jul.* Cujac. Fouc. Pin. Vind. 1. unde conj. Schefferus *suamque filiam Jul.*—10 *Paululum ante* Fouc.—1 *Oppugnaverat* Vind. 1. Dein corrupte ac primo *nova affinitate* Ed. Rom. utraque.—2 *Viterb. habet Pomp. pr. rog. sent. dicereque cœpit*; inde conj. Burm. *dicereque cœgit*. Tunc primo rog. Vind. 2. Cort.—3 *Sileret* Med. 1. et Barthii. Etiam, in marg. Ed. Mediol. *Crassus*.—4 *Viterb. observaret*, et ita Pal. 1. ac Guj. Paulo supra *Kal. Jan. Cons. Med. 1. 3.*—5 Fouc. *ergo*.—6 Emendat Casaub. *Gallias pot. el. cujus emolumenta et opportunitates idonea sint materia tr.* Grnt. *Gallias pot. elegit: emolumento et opportunitate idoneam materiam tr.* omissis *cujus et sit*; J. F. Gronov. *Gallias pot. el. tunc et emolumento et opportunitate idoneas materiae tr.* Deinde Burm.

NOTÆ

^z *Servilio*] Cui Pompeii filiam ut duceret effecturum se promisit.

^a *Cum Crassum*] Ejus rei rationem reddidisse eum Senatui, Tiro Tullius Ciceronis libertus scriptum reliquit: itaque se a patrono suo audivisse scribit, teste Gellio lib. iv. cap. 10.

^b *Quem ordinem*] De hoc ordine ibidem sic habet Gellius: ordo rogandi sententias varius fuit: alias primum rogabatur qui a censoribus princeps in Senatu lectus fuerat, alias qui designati consules erant, quidam

et consules, studio aut necessitudine aliqua adducti, quem iis visum erat extra ordinem sententiam primum rogabant. Observatum tamen est ne quis quenquam ex alio quam ex consulari loco sententiam primum rogaret.

^c *Kalendis Januariis*] Qui primus inenni magistratus dies.

^d *Idonea sit materia*] Tot enim ac tantos vincenti populos divitiarum cumulus et honoris certo erat expectandus.

pinam,^{7 e} Illyrico^f adjecto, lege Vatinia^g accepit:†^h mox³ per Senatam, Comatam quoque;ⁱ veritis Patribus, ne, si ipsi negassent, populus et hanc daret. Quo gaudio elatus, non temperavit, quin paucos post dies frequenti curia jactaret, invitis et gementibus adversariis adeptum se, quæ⁹ concupisset; proinde¹⁰ ex eo insultaturum^k omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam, 'Facile hoc ulli¹ fœminæ¹ fore,' respondit,² quasi alludens,^m 'In Sy-

//////////

Galliam pot. el. in cuj. emol. et opp. idonea sit mat. tr. vel audacius, cujus emolumentum et opportunitas idonea sit mat. tr. et in. q. Cis. Tuetur Galliam quoque Ern. qui cum Burm. contra sententias Sanctii et Perizonii, servari existimat, quia *cujus* sequitur. Contra Wolf. lectionem Jac. Gronov. *Gallias pot. el. cuivis emolumento et opportunitate idoneas, et materia tr. proxime ad verum accedere censebat, eamque recepit Oud. qui idoneas tamen post emol. positum malebat.* Acquievi tandem in vulg. lect. postquam summos viros in refingendo loco frustra laborasse vidi. Ceterum facit fere mecum Waltherus in Obs. nisi quod durius verba ita jungit: *cujus sit materia triumphor. idonea emolumento, et opp.* Facilius certe auctor scripsisset: *cuj. materia sit tr. et emol. et opp. idonea.* Stat mihi sententia, jungenda *cuj. emol. seqq. et pudet fere addere suspicionem, legendum: sibi esset pro sit.* Baumg. Nulla est varietas in Mss. nisi *fit* pro *sit* in duob. codd. Grut. Med. 1. 3. Copes.—*7 Transalpinum* Vind. 1.—*8 Moxque* Edd. Rom. Paulo post *pop. ei hanc* Rhed. 1.—*9 Quod* Rhed. 2. *concupivisset* Vind. 1.—*10 Edd. Mediol. Cald. deinde.* *Mox conj. Guj. inlurum.* Vind. 1. *se insult.*—*1 Uni fœm.* Vind. 1. probante

NOTÆ

^e *Galliam Cisalpinam*] Hæc inter Alpes et Apenninum Anconam usque porrigebatur. Hodie sunt eæ ferme regiones quæ Longobardiæ et Pedemontii nomine censentur.

^f *Illyrico*] Regio quæ olim in duas partes, Liburniam ac Dalmatiam, divisa, nunc uno nomine *Dalmatia* appellatur. Tiber. cap. 16.

^g *Lege Vatinia*] Vatinii, quem Cæsar Tribunum plebis fecerat rogatione lata.

† A. U. C. 696.

^h *Accepit*] A populo scilicet, idque quemadmodum et alia multa quæ Cæsar obtinuit: extraordinarium et contra leges fuit, omnimodo enim discernendæ erant a Senatu provinciæ.

ⁱ *Comatam quoque*] Scilicet Galliam: hæc vero, si ex Narbonensi provincia, quæ braccata Gallia dice-

batur, Sabaudiam detraxeris, Belgicæque Galliæ paucas partes, Francicam in Gallis imperium hodie constituit: tribus enim partibus Comata Gallia constabat, Aquitania nempe, Celtica sive Lugdunensi, et Belgica, quæ omnes Comatæ nomen a capillitii jam inde cultu sortitæ fuerant.

^k *Insultaturum*] Hoc vocabulo obscœnum latere quidpiam Torrentius bene, ut opinor, suspicatur. Tale enim quid jactare solebant in eos, quos infensiore contentu afficerent, patet ex aliis hujus auctoris locis, infra Tiber. cap. 45. quo tamen obscœno sensu acceptum concludi solummodo potest ex eo quod negavit quidam ille, 'facile hoc ulli fœminæ fore,' non vero dictum a Cæsare, ut constare videtur ex eo quod reposuit.

¹ *Ulli fœminæ*] Refertur ad id quod

ria³ quoque regnasse Semiramis, magnamque Asiæ partem Amazonas^o tenuisse quondam.⁴ [23.] Functus consulatu,† C. Memmio Lucioque Domitio^p Prætoribus de superioris⁵ anni actis¹ referentibus, cognitionem Senatui detulit: nec illo⁶ suscipiente, triduoque per irritas altercationes absumto, in provinciam abiit;^p et statim Quæstor ejus^r in præjudicium^s aliquot⁷ criminibus arreptus est. Mox et

^p *Post gestum consulatum a Cæsare cum C. Memmii Luciusque Domitius Prætores referrent ad Senatum ut fieret disquisitio eorum quæ facta fuerant a Cæsare anno præcedenti, Cæsar consensus ut Senatus cognosceret de illis. Verum Senatu non admittente illam cognitionem, et tribus diebus elapsis per vanas disceptationes, discessit in provinciam.*

Oud.—2 Vulgo responderit, etiam in Ed. Burm. Melius edidit Torr. responderet, sed ex Vind. 1. 2. Cort. Edd. Mediol. utraque, ac Cald. quibus accedunt Periz. Harlem. Bern. 1. Ven. Bon. Ald. Junt. Lugd. Steph. et al. restituit Oud. respondit, eumque secuti sunt Ern. Bip. Baumg.—3 Ita Vatic. Memm. Copes. Al. Assyria, quod quasi e sciolo substitutum sentiunt Græv. Ern. Oud.—4 Deest hæc vox Ed. Ven. 1. et otiosum Burm. Oud. putant. Amazones Copes. Ven. 1. Junt. Lugd. Steph.—5 Superioribus Voss. et statim cognitione Harlem.—6 Boxhorn. legi voluit nec ullo susc. pro illo quod servant libri omnes. Deinde Vind. 2. Cort. assumpto.—7 Barthius ex suis

NOTÆ

supra cap. 2. de Nicomede dictum.

^m *Alludens*] Vel serio vel per jocum innuens se de regno loqui: de utroque enim *alludere* potest intelligi.

ⁿ *In Syria* [*Assyria*] Asiæ regio est.

^o *Semiramis ... Amazonas*] Notæ ex multorum monumentis fœminæ, illa quod Babylone in Assyria, hæc quod in Pontica regione et in Asia Minore regnaverint. Neque hic existimari debet Cæsar historiæ ignorantia lapsus, cum dixit ‘magnam Asiæ partem tenuisse.’ Siquidem Justinus lib. 11. num. 4. de Orithya Amazonum regina suas adversus Græcos exstimulante, sic ait: ‘frustraque et Pontinum et Asiam edomitam, si Græcorum non tam bellis quam rapinis pateant,’ &c.

† A. U. C. 697.

^p *Domitio*] Domitius hic Neronis fuit atavus; de quo plura infra, in

Nerone cap. 2.

^q *Actis*] An eorum simpliciter quæ facta fuerant a Cæsare mentio fiat, an vero eorum quæ ejus auctoritate relata fuerant in acta publica, subobscurum est: de illius tantum actis videtur intelligere.

^r *Quæstor ejus*] An ille quem secum ducebat in provinciam, an vero quem consul habuerat, immerito, ni fallor, dubitatur ab aliquibus; quo enim pacto posset reus fieri novus quæstor?

^s *In præjudicium*] Id est, magno ardore accusatus est, quasi in spem et exemplum futuri ejusdem de Cæsare iudicii, quod de ejus quæstore fuisset, propter eam animorum consensionem quæ magistratui vulgo inerat suo cum quæstore. Apud Jurisconsultos varia significat præjudicium: sed hoc loco videtur definiendum cum Ascenio in divinatione Cicer. in Verrem, id quod cum statum fuerit, iudica-

ipse a L. Antistio, Tribuno plebis, postulatus,^t appellato demum collegio,^u obtinuit, cum Reipublicæ causa abesset, reus ne fieret.^v Ad securitatem ergo posteriori temporis, in magno negotio^{8 w} habuit, obligare semper annuos magistratus, et e petitoribus⁹ non alios adjuvare, aut¹⁰ ad honorem pati pervenire, quam qui sibi recepissent,^{1 x} propugnatos² absentiam suam; cujus pacti non dubitavit a quibusdam jusjurandum atque etiam syngrapham^{3 y} exigere. [24.] Sed cum L. Domitius, consulatus⁴ candidatus, palam minaretur, Consulem se effecturum, quod Prætor^z nequisset,⁵ ademturumque ei exercitus; Crassum Pompeiumque,^a

⁹ *Statim ipse quoque accusatus a L. Antistio Trib. plebis, cum provocasset ad collegium Tribunorum, impetravit ne accusaretur, siquidem aberat publicorum negotiorum causa.*



profert in præj. aliquod, crim. Memm. de crim.—8 Delendum videtur negotio Casaub. et Guj. sed nil variant libri.—9 Hanc lect. testantur quatuor Mss. Torr. Memm. Lisl. Pal. tres, Voss. Cujac. Medicei, Pin. Vind. uterque, Harlem. Cort. Fouc. Camp. nisi quod vitio typhothetarum *petioribus* in Ed. Rom. Aliæ Edd. inepte *competitoribus*. Item *alios non* Vind. 2. Cort.—10 *Et ad Rhed. 2.*—1 Ita Memm. Vatic. Lisl. Pal. 1. a m. pr. Med. 2. Pin. Voss. Fouc. et alii, probantib. Græv. Burn. cum antea *pegigissent* e glossemate vulgo legeretur.—2 *Pugnatorios* Cort.—3 *Syngraphum* exhibent Lys. Bern. 1. 2. Memm. Pal. 1. 2. Copes. Med. 1. 2. Vind. uterque, Cort. Periz. *ciographum* Hag. Guelph. 1. Viterb. Pal. 1. Nostrum firmant Pal. 3. Rhed. 2.—4 *Vitiose consularis* Periz. Med. duo, Vind. 1. Edd. Rom. Ven. 1. *consulatu* Voss. Vind. 2. Cort.—5 *Nequivisset* Vind. 1. Fouc.—6 *Cons. alt. peteret* Memm.

NOTE

turis affert exemplum, quod sequantur.

^t *Postulatus*] In publico crimine postulatio fit proprie cum postulatur a prætore nominis deferendi, h. e. accusandi venia: hic et apud historicos passim postulatus idem est atque accusatus.

^u *Appellato collegio*] Ut Antistii rogationem intercessione reliqui tribuni summovent. Ubi nota, appellare collegium, et, ad collegium, principem, et, ad principem, promiscue usurpari posse.

^v *Reus ne fieret*] Hoc est, obtinuit ne quis sibi litem intenderet, quod absentibus Reipublicæ causa ne mo-

veretur, lege Memmia cavebatur.

^w *In magno negotio*] Mallet Casaubonus *in magno habuit*.

^x *Recepissent*] In quibusdam codicibus legitur *pegigissent*.

^y *Syngrapham*] Legunt alii *Syngraphum*. Utrumque dicitur. Plantus in Captivis act. II. sc. 3. sub fin. a Prætore 'sumam Syngraphum:' est autem Syngrapha schedula conscripta in alicujus rei fidem, a *σύν* et *γράφω*, *simul scribo*.

^z *Quod prætor*] Ut scilicet Cæsar vocaretur ad disquisitionem eorum quæ in consulatu gesserat.

^a *Crassum Pompeiumque*] Non hos modo, sed et alios complures prima-

in urbem provinciæ suæ Lucam extractos, compulit, ut detrudendi Domitii causa consulatum alterum peterent,⁶ et ut in quinquennium sibi imperium prorogaretur: [perfecitque^b utrumque.⁷] Qua fiducia ad legiones, quas a Republica acceperat, alias privato⁸ sumtu addidit:⁹ unam etiam ex Transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico: Alauda^c enim appellabatur:¹⁰ quam disciplina cultuque Romano institutam et ornatam, postea universam



unde conj. Salmas. *cons. alter eorum peteret*, sed nihil mutandum censent Burm. Oud. Inverso ordine Periz. Copes. *cons. peterent alt.*—7 In omnibus fere libris tam scriptis quam editis hæc verba *perfecitque utrumque* ponuntur ante *et ut in*, sed cum videntur suo loco amota, primus Torr. ex admonitione Lips. Ant. Lect. lib. v. c. 8. et cod. Vatic. post *prorogaretur* collocavit, id etiam jubentibus Grut. Burm. Ern. Idem Torr. corrigi, sine transpositione, *perfecitque utrumque, etiam ut in quinq.* Casaub. locum ita constituit, *fecitque per utrumque, ut in qu.* et sic se habet in Rhed. 2. sed cum voces *perf. utr.* deessent in Fouc. Cujac. Lisl. Pin. et Cortiano, potius visum est Oud. Wolf. et Baumg. eas quasi otiosas uncis includere. Præterea copula *et* exulat a Memm. Periz. Edd. Ven. 2. 3. Bon. Junt. Ald. Lugd. et aliis. Rhed. 1. *utrinque ut in*, et Ed. Camp. *perf. utr.* post *caus.* inserebat. Item, *propagaretur* Memm. pluresque impressi. *prorogarent* Fouc. Viterb. Pal. 1. —8 In Edd. vulg. irrepserunt verba *alias publico*, ante *alias privato*, sed eas ejecerunt Torr. Casaub. Burm. Oud. nec agnoscunt Medicei, Vatic. Polit. Vin. Vind. Cort. Viterb. Pith. Lisl. Memm. Pal. 3. Barth. Cujac. Præbet Pal. 1. *aliis priv.* et Med. duo. Pal. 2. *aliis p. s. additis*, deinde Periz. cum Edd. quibusdam ordine inverso, *alias priv. alias publ.*—9 *Addit jam etiam* Memm. *nam etiam* Voss. *jam nam* Gronov. quidam. Inde proposuit Oud. *alias p. s. addit: in his unam.*—10 *Appellatur* Rhed. 1. Mendam subo-

NOTE

riæ nobilitatis viros etiam e magistratum numero, ita ut Plutarchus referat tunc temporis, simul visos fuisse circa Cæsarem centum et viginti lictores cum fascibus et securibus; Senatoresque plusquam 200. omnes, illius vel largitionibus, vel favore devinctos, quorum communi consilio decretum est, ut Crassus Pompeiusque iterum consulatum peterent: ubi nota urbem Lucam Cisalpinæ Galliæ a Suetonio sicut et a Plutarcho assignari, quam tamen Etruriæ Plinius attribuit.

^b *Perfecit*] Sic emendandum censuit Torrentius ex Vaticano codice.

Propagaretur: legunt alii *prorogaretur*: posteriorem hanc lectionem sequitur Casaubonus.

^c *Alauda*] Et ipsi milites ‘Alauda’ dicti a Galearum quibus utebantur forma: erat enim illarum summitas in quandam veluti cristam erecta, ad similitudinem illius apicis qui in capite ejus aviculæ conspicitur, quam Latini ‘galeritam’ appellant: alauda enim vocabulum omnino Gallicum est, etiamnum hodie *une alouette*. Casaubonus ad galearum ornamenta refert veluti cristas, quas Romanis pinnatas fuisse Polybius ait.

civitate donavit.^d Nec deinde ulla belli occasione, ne^e injusti quidem ac periculosi, abstinuit, tam fœderatis,^e quam infestis ac feris gentibus ultro lacessitis:² adeo ut Senatus quondam,³ legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos, decreverit, ac nonnulli, dedendum eum hostibus, censuerint.⁴ Sed prospere decedentibus^{5 f} rebus, et sæpius, et plurimum,⁶ quam quisquam unquam, dierum supplicationes^g impetravit. [25.] Gessit autem novem annis, quibus in⁷ imperio fuit, hæc fere. Omnem Galliam,[†] quæ saltu⁸ Pyrenæo^h Alpibusque et monte Gebenna, fluminibusque⁹ Rheno et¹⁰ Rhodano continetur, patetque circuitu¹ ad bis et tricies² centum milia passuum,³ præter socias ac bene

~~~~~

doratus est Berneccerus, et rescribere voluit *Alandarum app.*—1 *Ne desideratur in Med. 3. Cort. Copes. Harlem. Periz. Edd. Rom. Mediol. Ven. trib. Junt. Ald. Basilienses, earumque sequaces, restitunt.*—2 *Arcessitis Huls.*—3 *Quosdam leg. Fouc. ac Wolfii. legatos quond.* Vind. 1. Tum ac non apparet in Ferr.—4 *Consulerint, Huls.*—5 Omnes libri habent *decedentibus*, quod retinendum censuit Bernecc. Legit Casaub. *ei cedentib. vel cadentib.* ac Græv. propius ad vulg. *dein cedentibus.* Burm. Grut. Wolf. aliis placet *cedentibus.*—6 *Ac plurimum Vind. 1. et plurimum Fouc.*—7 *In abest Periz. Harlem. Huls. Edd. Ven. 2. 3. Bon. Cald. Aptius putat Ern. cum imp. Iidem codd. et Edd. quædam hoc modo distinguunt; fuit, hæc. Fere omnem.*—8 Vulg. præmittitur *a*, quod delent Lips. Burm. Ern. Ond. Baumg. nec agnoscunt Copes. Huls. Med. 1. 3. Steph.—9 Al. omittunt *que*, improbantib. Ern. Ond.—10 *Ac Rhod.* Med. 1. 3. Cort. Voss. Deinde *continentur* Huls.—1 Ita cum Med. 1. 3. Vind. 1. Edd. Cald. Mediol. edidit Ond. astipulante Burm. In aliis *circumitu.*—2 Liber unus Torrentii *bis tricies.*—3 *Passum* Memm. et paulo post *socios* cum Voss. Vind. 2. Cort. et Ed. Rom. Item ad

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Civitate donavit*] Vide supra c. 8.

<sup>e</sup> *Fœderatis*] Fœderatæ gentes eæ erant quæ populo Romano debebant aliquid ex fœdere, quo soluto gaudebant sua libertate.

<sup>f</sup> *Decedentibus*] ‘Prospere decedere’ pro ‘prospere cedere’ usurpatum raro reperire est.

<sup>g</sup> *Supplicationes*] Qui feliciter imperium administraverunt, iis præsentibus triumphus, absentibus vero Imperatoris nomen et supplicationes decernebantur. Hæ autem erant dies festi quos toti populo Senatus indicebat, per quos pompa solenni in templa proficiscebatur, sacrisque

peractis populo dabatur esculum. Quæ pompa modo plurimum modo pauciorum fuit dierum, pro hominum dignitate aut victoriæ magnitudine. Verum ad Cæsaris usque tempora longe pauciorum fuerat quam postea, quapropter hæc verba ‘plurimum quam quisquam unquam dierum’ restringe ad tempora ante Cæsarem.

† A. U. C. 700.

<sup>h</sup> [*A*] *salto Pyrenæo*] Satis noti sunt hi montes. Gebenna vero, hodie *Les Cevennes*, mons est in longum maxime extensus inter Rhodanum et Garunnam flumina.

meritas civitates, in provinciæ formam<sup>i</sup> redegit, eique quadringenties<sup>k</sup> in singulos annos stipendii nomine imposuit.<sup>4</sup> Germanos, qui trans Rhenum<sup>5</sup> incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. Aggressus est<sup>6</sup> et Britannos, ignotos<sup>7</sup> antea, superatisque pe-

prov. f. præbent Huls. Harlem.—4 Uti Lips. Ant. Lect. lib. v. c. 18. ex Ursini cod. Vatic. et Entropio hunc loc. restituit, sic eum protulit quoque P. Pithæus, receperuntque omnes recentiores Edd. Mallet Torr. eique CCCC. HS. in s. a. st. nomine impos. et Lips. in Adm. l. II. c. 3. substituit quater millies, adversante Burm. Exemplaria vulgg. carent numero, ac nomen exhibent, quomodo et Pal. duo, Fonc. codd. Wolfii, nisi quod Med. 1. 3. Vind. 1. cum uno Torrentiano, et Pal. 2. exaratum ostendant nomina. Utraque vox quadrig. et nomen deest in Copes. Periz. Harlem. Huls. ac nonnullis Edd. tam veteribus quam recentioribus.—5 Locus suspectus Ern. et Cellerario, qui conjecit q. ripas Rh. inc. Vulg. defendit Ond. et postea Wolf.—6 Verbum est non habetur in Med. 1. Periz. Ven. 1. Junt. Ald. Lugd. Gryph. contra et ignorant Harlem. Cald. Ven. 2. 3. Bon. Bas. et aliæ.—7 Ig-

## NOTE

<sup>i</sup> In provinciæ formam] Legibus magistratibusque Romanis administrandam subjecit.

<sup>k</sup> Quadringenties] Quid sint sestertii supra dictum est cap. 4. Ut autem illorum ratio numerandorum clarius fiat, notandum est: modo numerorum ordinem simplici via ab antiquis observatum in numerando; modo, brevitate gratia, multa legentibus intelligenda reliquisse. Nam ab unitate ad millenarium usque numerum simplici via procedebant hoc modo: sestertii 10. 20. 500. 1000. a millenario numero ad eum quem lingua vernacula dicimus million. Tribus modis. Primo, vel adhuc simpliciter, ut mille sestertii, bis mille sestertii, &c. Secundo, neutro plurali, sestertia ut duo, tria sestertia, &c. Intelligendo millia: aut potius, secundum Budæum, nihil intelligendo quicquam. Sestertia enim singula in neutro plurali mille nummos sestertios valent: eaque sunt, quæ magna vocantur ab aliquibus: hi vero sestertii nempe dicuntur parvi, quod bis mille sestertii duo tantum sestertia valeant. Tertio

denique modo per genitivum pluralem contractum, v. g. sestertium pro sestertiorum additis numeralibus, ut octo millia sestertium, centena millia sestertium, &c. Et a milione indefinite procedendo utuntur adverbis, ut decies, centies, millies, ubi semper intelligenda veniunt centena millia nummum, vel sestertium nummum. Nam sive separata, sive conjuncta, idem sonant hæc tria. Postrema autem hæc numerandi ratio auctori nostro familiaris est, raroque ipsum quoties de ingentibus summis agitur, aliter locutum invenias. Ut HS. millies intulit, quadringenties stipendii nomine imposuit, &c. Lipsius aliter censet Suetonium scripsisse nimirum hoc modo, id est, quater millies ea summa decem milliones reddit: sed prior lectio videtur melior. Nec enim voluit Cæsar nimiis tributis statim exasperare Gallos subjectos. Adde et illud indicium, quod plures codices, ommissa tributii quantitate, simpliciter habeant stipendii nomen, alii nomina imposuit.

cunias et obsides imperavit: per tot successus ter,<sup>8</sup> nec amplius, adversum<sup>9</sup> casum expertus: in Britannia, classe vi tempestatis<sup>10</sup> prope absumta; et in Gallia, ad Gergoviam<sup>11</sup> legione fusa; et in Germanorum finibus, Titurio et Aurunculeio<sup>2</sup> legatis per insidias cæsis. [26.] Eodem temporis spatio † matrem primo,<sup>m</sup> deinde filiam,<sup>n</sup> nec multo post nepotem<sup>3</sup> amisit. Inter quæ<sup>4</sup> consternata P. Clodii cæde<sup>p</sup>



noras Huls. forte pro *ignaros* ait Burm.—8 *Ter*, et mox *prope*, deest Vind. 1.—9 *Aversum* Fouc.—10 *In tempestate* Harlem. a m. pr. Dein *assumpta* Med. 1. Fouc. Vind. 2. Cort.—1 *Et Gergov.* Edd. Rom. apud Gergov. Rled. 1. *Gergoniam* Vind. 1. Edd. Ven. tres, Mediol. Bon. Lugd. Junt. Ald. Cald. *Orgoviam* Copes. *Gorgoniam* Fouc.—2 *Arunculeio* Periz. Harlem. Med. 1. Edd. Bon. Ven. 2. Junt. Mediol. Cald. Lugd. Ald. Bas. pro solita ubivis aberratione.—3 Ita Memm. Vatic. Viterb. Pal. 1. 2. Voss. Cujac. Lisl. Med. tres, faventibus Lipsio, Græv. Burm. Oud. Wolf. ex auctoritate Lucani ac Vellei. Contra vulg. *neptem* defendit Torr. et Grut. ad Vell. astipulantibus Dione, Plutarcho.—4 Sic ex optimorum codd. tam suorum quam Torrent. fide, reposuit Casaub. probante Oud. cum Memm. Pal. 2. Med. 1. 3. et marg. Ed. Mediol. pr. Nihilominus Burm. motus numero recentiorum membb. inter quas Pal. 1. 3. Fouc. et Edd. Vett. revocavit earum lectionem *interimque*.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Ad Gergoviam*] Arvernorum urbs fuit, quam aliqui asserunt esse hodie *Clermont en Auvergne*. Alii vero paululum distasse ab hac urbe affirmant. Obsidio illius fuse describitur in Commentariis Cæsaris, et quæ sequitur legatorum cædes.

† A. U. C. 702.

<sup>m</sup> *Matrem primo*] Aureliam insigni pudicitia mulierem, apud quam Cæsar educatus mirabilem illam Latini sermonis elegantiam non parum excoluit; pure enim et eleganter Romane loquebatur Aurelia, utpote cuius e familia, Cottarum scilicet, tot illustres prodierant Oratores.

<sup>n</sup> *Filiam*] Juliam scilicet, quæ Pompeio collocata, partus doloribus expiravit. ‘Atque omnia’ (inquit Velleius) ‘inter destinatos tanto discrimini duces dirimente fortuna, filius quoque Pompeii Julia natus intra breve spatium obiit.’ Hoc enim una mutux socerum inter et generum concordix pignus erat potissimum;

unde Lucanus lib. i. ‘Nam pignora juncti Sanguinis, et diro ferales omne tædas Abstulit ad Manes, Parcarum Julia sæva Interecepta manu,’ &c.

<sup>o</sup> *Nepotem* [*Neptem*] Ex filia scilicet et Pompeio, sed ab interitu Julix tam cito mortem obiit, ut cuiusnam sexus esset inter veteres non constiterit. Velleius enim, ut patet ex loco supra adducto, et Lucaus lib. v. nepotem Julio natum affirmant, nec etiam utriusque testimonium, Dionis lib. xxxix. et Plutarchi in Pompeii vita, testimonio posthabendum existimari, maxime cum Suetonius certo non adversetur, siquidem in Vaticano et Memmiano codicibus legit Casanbonus *nepotem*; quæ lectio ceteris quoque antepouitur a Lipsio Elect. II. c. 17.

<sup>p</sup> *P. Clodii cæde*] A Milone perpetrata, cui facinori excusando egregiam illam Cicero pro Milone orationem scripsit.

Republica, cum Senatus unum Consulem,<sup>¶</sup> nominatimque Cn. Pompeium, fieri censuisset, egit cum Tribunis plebis, collegam se Pompeio destinantibus, id potius ad populum ferrent, ut absenti sibi,<sup>r</sup> quandoque<sup>s</sup> imperii tempus<sup>s</sup> expleri cœpisset, petitio secundi consulatus daretur: ne<sup>6</sup> ea causa<sup>t</sup> maturius, et imperfecto adhuc bello, decederet. Quod ut adeptus est, altiora jam meditans,<sup>u</sup> et<sup>7</sup> spei plenus, nullum largitionis, aut officiorum in quenquam genus,<sup>8</sup> publice privatimque<sup>9</sup> omisit. Forum de manubiis<sup>10</sup> v inchoavit; cujus area super sestertium millies<sup>1</sup> x constitit.



Vind. 1. *interim quæ*.—5 Vulgo *quandocumque*, ut ex suis profert Torr. et *quandocumque* Periz. Harlem. Rom. Ven. duæ, et plures. et *quandoque* Copes. sed ex Memm. recte repositum *quandoque*, quod h. l. Ernestio videtur dici pro *et quando*, ut etiam habent Fone. Cujac. Ven. 1. Junt. Ald. Lugd.—6 *Et ne ea c.* Vind. 1. Fouc. Deinde conj. Casaub. *immaturius*, sed nihil tamen mutat.—7 *Sed spei* Memm. Ven. 1. ac *sp.* Vind. 2. Cort. quare non displicebat Oud. Med. 2. 3. lectio, *sed et sp. pl.*—8 *Gentis* Harlem.—9 *Privatumque* Periz. Mox *obmisit* Huls. *amisit* Pin. a m. pr.—10 *Diis manibus* Pin.—1 *Mille* legendum putaverunt Leonard. Portius, Egnatius, et Budæus. *millies* autem defendit Glareanus, quem secuti sunt Casaub. et Baumg.—

## NOTE

¶ *Unum Consulem*] Quod Romanorum nulli hucusque contigerat, ut consulatus nomine tota Dictaturæ potestas obtineretur; sed ideo tunc factum quod appareret percussam hoc motu Remp. nisi unius auctoritate, non posse stabiliri: quod Consuli potius uni quam Dictatori credere fortasse maluerint, quia collegam illi poterant salvis legibus adjungere, huic vero minime.

<sup>r</sup> *Ut absenti sibi, &c.*] Quamvis enim legibus id non liceret, Pompeii tamen exemplo præcedente facilius impetratum iri videbatur, Catone licet perpetuo repugnante.

<sup>s</sup> *Imperii tempus*] Secundi nempe quinquennii in quod Gallias obtinuerat.

<sup>t</sup> *Ne ea causa*] Ad petendum scilicet alterum consulatum.

<sup>u</sup> *Altiora jam meditans*] Propter spem continuandæ tantæ auctoritatis.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>v</sup> *Forum de manubiis*] Vocis illius significationes variæ sunt. Hic nil aliud est quam locus tractandis civilibus negotiis comparatus; basilicis insignibus tabernisque circumdatus ad Cæsaris usque tempora solum fuerat Romanum forum, cui et illud addidit, de quo hic agitur. Sed crescente postea negotiorum multitudine, tertium extrui jussit Augustus. Et hæc tria sunt fora ab auctoribus præcipue celebrata, de quibus adhuc infra Aug. 29. 31. 56. 72. Claud. 33. &c. *Manubiis*] Manubiæ sunt pecunia ex præda, per Quæstores Pop. Rom. vendita, contracta auctore Gellio lib. XIII. c. 23.

<sup>x</sup> *Super sestertium millies, &c.*] Hoc est, nostro ritu quatuor, ut aiunt, *milliones* cum trecentis et 75. librarum nostratum millibus; quanta summa merito deterritus mihi videretur Egnatius, nisi tenuiorem ipse et minus

*Sueton.*

E

Munus<sup>y</sup> populo epulumque<sup>z</sup> pronuntiavit in filiæ memoriã,<sup>2</sup> quod ante eum nemo.<sup>3 a</sup> Quorum ut quam maxima<sup>4</sup> expectatio esset, ea, quæ ad epulum pertinerent,<sup>5</sup> quamvis macellariis<sup>b</sup> oblocata,<sup>6</sup> etiam domesticatim<sup>7 c</sup> apparabat. Gladiatores notos,<sup>d</sup> sicubi infestis spectatoribus<sup>e</sup> dimica-



2 Memm. *memoria*—3 Vulgo legitur *nemo fecit*, sed verbum deleri iussit Torr. nec agnoscunt codd. aliquot Grut. Pin. et Medicei duo, sed sec. in marg. exhibet, et habent Harlem. Lys. Cujac. Copes. Periz. Voss. et Edd. omnes ad Steph. usque. In Vind. 1. *quod nemo ante f. Fouc. quo ante nemo.*—4 Medicei male *maxime*, cum Fouc. Periz. Barth. Voss. Edd. Camp. Mediol. utraque, Ven. tribus, Lugd. Junt. sed Ald. Bas. et seqq. *maximia.*—5 Vind. 1. *pertinent*, hand improbante Oud.—6 *Ablocata* Memm. Pith. Lisl. Med. 1. 3. Pal. 2. Camp. Cujac. *adlocata* Viterb.—7 *Domesticanti* Fouc. Addit cod. Barth. *de rebus propriis*, quod ex veteri libro quoque notavit man. doct. ad

#### NOTÆ

etiam ex contraria ratione credibilem substitueret: vult enim loco *milles* legendum esse *mille*, sestertios scilicet, quorum cum singuli non pluribus quam decem cum dimidio denariis nostratibus æquivalent, ut supra cap. 4. fieret tantum 43 l. 15 s. summa, qua quid potuisset ad tantum opus, quale fuit Julium forum, soli comparari? Quod si lectionem immutare liceat, longe tolerabilius fuerit legere *mille sestertia*, quæ circiter 43,750 l. efficiunt. Cum ergo doctissimi viri Torrentius et Casaubonus satis perspectam nolint Romanorum magnificentiam ei, cui credibilis non sit hic Suetonii locus, iis assentiri dubio procul satius est, cum præsertim omnium codicum auctoritate nitatur vulgata lectio. Cui accedit etiam quod in tanta urbis frequentia multorum domus privatorum cœmendæ verosimiliter fuerint, idque non nisi magno pretio: invitis quippe tunc temporis adimere consiliorum ejus non erat.

<sup>y</sup> *Munus*] Hoc est, spectaculum gladiatorum, de quo supra cap. 10.

<sup>z</sup> *Epulum*] Convivium publicum

quod in propatulo civibus exhibebatur, idque vulgo in dedicatione templorum, in honorem Deorum, in pompis triumphantium, ludorumque solennitatibus, &c.

<sup>a</sup> *Quod ante eum nemo*] De fœminis duntaxat intelligit; viris enim id honoris jam ante tributum. Sed sexum illum inusitatis honoribus, consulto, utpote qui a Venere ortus esset, illustrabat.

<sup>b</sup> *Macellariis*] Ii sunt obsoniorum omnis generis venditores, quibuscum Cæsar de epulo instituendo pepigerat.

<sup>c</sup> *Domesticatim*] Non definiunt an per domos varias, an per domesticos proprios. Prius videtur intelligendum.

<sup>d</sup> *Gladiatores notos*] Quorum in tractandis armis peritia decertationibus multis inclaruisset.

<sup>e</sup> *Infestis spectatoribus*] Si pugnares in arena gladiatores populo non placerent, ii, licet fortissimi, spectantis et infesti populi jussu trucidabantur. Quod verso pollice faciendum indicabatur. Juvenal. Sat. VIII. 'Munera nunc edunt, et verso pollice

rent, vi rapiendos reservandosque<sup>8</sup> mandabat.<sup>7</sup> Tirones neque in ludo,<sup>f</sup> neque per lanistas,<sup>g</sup> sed in domibus<sup>h</sup> per Equites Romanos, atque<sup>9</sup> etiam per Senatores armorum peritos erudiebat; precibus enitens, quod epistolis<sup>10</sup> ejus ostenditur, ut disciplinam singulorum susciperent, ipsisque dictata exercentibus darent.<sup>i</sup> Legionibus stipendium<sup>i</sup> in perpetuum duplicavit. Frumentum, quoties copia<sup>l</sup> esset,

<sup>7</sup> Si gladiatores peritiæ cognita decertarent alicubi cum offensione spectatorum, ne occiderentur, jubebat ut eriperentur per vim, et reservarentur sibi.

<sup>8</sup> Ut instruerent singulos tirones, et documenta illis traderent ore proprio.



marg. Steph. Ed. sed Burmanno videtur glossam sapere.—8 *Servandosque* Vind. 1.—9 Sic recte reposuit Burm. ex Copes. et Ed. Rom. Andreae, quibus accedunt Mæd. tres, Vind. 2. Cort. consentientibus Ern. Ond. Olim erat *ac ct.*—10 *Epulis* Copes. Ven. 1. Dein *disciplina* Vind. 2.—1 Legit Burm. ex Periz. *qu. inopia esset, repugnanti- bus.* Ern.

#### NOTÆ

vulgi Quemlibet occidunt populariter.<sup>7</sup> Et Prudentius in Vestales, quod talia spectarent: 'Consurgit ad ictus, Et, quoties victor ferrum iungulo inserit, illa Delicias ait esse suas, pectusque jacentis Virgo modesta jubet converso pollice rumpi.' Illos autem, de quibus hic, vi rapiendos, servandosque sibi Cæsar jubebat, quo suum munus etiam gladiatorum peritiâ commendaret.

<sup>f</sup> *Ludo*] Gladiatorio nempe, ubi tirones ad gladiaturam instituebantur: sic enim appellavere locum omnem discendi causa comparatum.

<sup>g</sup> *Lanistas*] Lanistæ sunt gladiatoris artis magistri, qui domi gladiatores instituebant, quos deinde munerariis elocarent, aut venderent.

<sup>h</sup> *In domibus*] Privatis nempe, vel ut peritiores fierent, vel ut doctissimi nobilitate major esset expectatio spectaculi, aut etiam magnificentia.

<sup>i</sup> *Stipendium*] Notum est ex Livii lib. iv. decad. 1. stipendium per 300. et amplius annos militibus Romanis non concessum. Et ex Polybii lib.

vi. Illud, cum dari cœptum est, fuisse perexiguum; hujus siquidem auctoris tempore, hoc est, trecentis circiter post annis, diurnus peditis quæstus oboli duo, centurionis duplex, equitis vero drachma seu denarius fuisse reperiuntur. Oboli autem illi duo ex Lipsii supputatione lib. 1. Elect. cap. 2. tribus tantum Romanis assibus et fortasse paulo amplius æquivalabant. Cum igitur auctum ab eo tempore ad Julium usque Cæsarem non reperiatur, conjicere est duplicatum illud de quo hic agitur stipendium, non nisi sex aut septem ut plurimum Romanorum assium fuisse in singulos pedites. Quod reliquæ urbis magnificentis meo quidem iudicio parum congruit; nisi tamen de bellatorum tot hostium spoliis tantisque triumphantium imperatorum largitionibus querimonias de stipendii vilitate ceteroqui futuras, atque seditiones etiam, retardatas fuisse suspiceris. De stipendii incremento et aliis circa hoc infra. August. cap. 49. et Domit. cap. 7.

etiam sine modo mensuraque<sup>k</sup> præbuit; ac singula interdum mancipia ex præda<sup>2</sup> viritim dedit.<sup>4</sup> [27.] Ad retinendam autem Pompeii necessitudinem ac voluntatem, Octaviam,<sup>1</sup> sororis suæ neptem,<sup>m</sup> quæ C. Marcello<sup>n</sup> nupta erat, conditionem<sup>3</sup> ei detulit, sibique filiam<sup>p</sup> ejus in matrimonium petiit,<sup>4</sup> Fausto Syllæ destinatam.<sup>†</sup> Omnibus<sup>u</sup> vero circa eum, atque etiam parte magna Senatus, gratuito,<sup>5</sup> aut levi fœnore, obstrictis, ex reliquo quoque<sup>6</sup> ordinum genere,<sup>q</sup> vel invitatos, vel sponte ad se commeantes, uberrimo

<sup>1</sup> *Et largitus est identidem unicuique militi unum servum, et unum fundum.*



Oud. Baumg.—2 Hanc correctionem Ursini recipiunt ac probant Græv. Græv. Casaub. Bernecc. Wolf. Oud. Baumg. Malit Burn. *pecora*, quod nec displicet Ernestio. Vulg. *prædia*. Ven. 1. *prandia exprandia*. Fouc. et marg. Vind. 2. *et prandia*. Bremi denique corrigendum censuit *et pretiosa*.—3 *Conditione* Pal. 2. Med. 2. quod probant Græv. Burn. Oud.—4 *Petit* Med. duo.—5 *Gratis* Memm. *gratis ac levi* Copes. Vind. 1. *Mox abstrictis* Periz. Harlem. et Edd. Mediol. Cald.—6 Burn. legendum putat *quem-*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Sine modo mensuraque*] Stipendio militibus concessio, aliquot post annos concessus est et certus frumenti modus, qui annona dicebatur. Erantque in Romana legione milites, quibus duplex ob virtutem annona dabatur. Cæsar autem, ut efficacius omnes sibi devinciret, nullum in distribuendo militibus frumento modum servari voluit, sed quantum habuit sine mensuræ parsimonia dilargitus est.

<sup>1</sup> *Octaviam, &c.*] Cæsar Augusti soror hæc fuit, de qua plura in Aug. cap. 4. et alibi.

<sup>m</sup> *Sororis neptem, &c.*] Julia enim Julii Cæsaris soror ex Attio Balbo genuerat Attiam, quæ Octavio nupta Augusti mater fuit et Octaviæ minoris. Aug. cap. 4.

<sup>n</sup> *Marcello*] De ejus filio tam præclara Virgilit carmina lib. vi. *Æneid.* et infra Aug. cap. 63. 66. et Tib. cap. 6.

<sup>o</sup> *Conditionem [conditione]* Sumi videtur pro nuptiarum sponsaliorumve

pactione: quo sensu vox illa familiaris est Jureconsultis. Sic Caius in renuntiatione nuptiarum hæc verba fuisse solennia auctor est: 'conditione tua non utar,' &c. Claud. cap. 26. et pro ipso quoque matrimonio apud Plin. lib. i. Ep. 14. 'in conditionibus deligendis hic quoque ponendas est calculus, ut sensus hominum spectetur.' Sed et pro stupris etiam, ut Aug. cap. 69. Sed hæc loquendi ratio 'conditione deferre' nova Berneccero visa est: unde *conditionem* scribendum existimat, ut pro ipsa nupta accipiatur, quod novum non minus esse videtur, et firmata consensu codicum lectio servanda, ut pirasibus quæ nostro auctori peculiare sunt annumeretur.

<sup>p</sup> *Sibique filiam*] Eam de qua supr. cap. 21.

† A. U. C. 703.

<sup>q</sup> *Ex reliquo quoque ordinum genere*] Equestris et plebeii, de quibus adhuc non semel infra.



congiario<sup>r</sup> prosequabatur: <sup>7</sup> liberos insuper <sup>8</sup> servulosque cujusque, prout domino patronove<sup>9</sup> gratus quis esset. Tum <sup>10</sup> reorum, aut obæeratorum,<sup>t</sup> aut prodigæ juventutis, subsidium unicum ac promptissimum erat: nisi quos gravior criminum, vel inopiæ luxuriæve vis urgeret, quam ut subveniri posset a se: his plane<sup>u</sup> palam,<sup>v</sup> ‘bello civili opus esse,’ dicebat. [28.] Nec minore studio reges atque provincias per terrarum orbem alliciebat: aliis captivorum millia dono offerens; aliis citra Senatus populique auctoritatem, quo

<sup>u</sup> *Cum autem Cæsar pecuniis creditis, vel sine usura, vel cum exigua, obligasset sibi omnes, quibus utebatur familiariter, et etiam magnam partem Senatus, afficiebat quoque maximis donis alios ex ceteris ordinibus qui vel invitati, vel ultro ad illum se conferebant.*



que ord. pro quoque, quæ vox abest Edd. Rom.—7 Memm. *commeantis* u. c. *persequebatur*. Etiam *perseq.* habent Cujac. Medicei, Vind. 1. Camp. Fouc.—8 *Lib. etiam scrv.* Rhed. 2. Dein *cujusque* exnlut a Med. 1. Copes. et *cujus* est in Vind. 1.—9 Harlem. *patronoque*.—10 *Tam* Memm. Med. duo. *jam* Copes.—1 *Plane* abest a Copes. *palam* a Viterb. et haud aptum Ern. videtur. Servant reliqui impressi vel scripti. Rhed. 1. *pal. plane*.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Congiario*] Congiarium commune est liberalitatis atque mensuræ, ut ait lib. vi. Quintilianus. Congius enim sex sextariorum capax erat. Hic vero significat munera quæ Cæsar commeantibus ad se largiebatur. Cum autem congiarium proprie sit munus illud quod a viris magnificis populo præstabatur universo, minus proprie locutus videri potuerit Suetonius, nisi hac voce de industria usum dixeris, ut privatorum subornationes tantas vocabulo, quo vel ipsius populi subornatio posset exprimi, melius indicaret. Numquid enim congiarium dici potuerit uberimum, quod, auctore Valerio Maximo l. ix. c. 1. uni Curioni HS. sexcentis, hoc est, 2,580,000 l. ad dissolvendum, ut innuit cap. 29. æs alienum, dederit Paulo Æmilio 1500. talenta, referente Platarch. in Cæs. ac tot aliis, de quibus Appianus et Plu-

tarch.

<sup>s</sup> *Patronove*] Ad liberos refertur, sicuti ‘Domino’ ad servulos: notum enim est patronum eum esse qui libertate donavit servum, huncque mutato nomine dici libertum.

<sup>t</sup> *Obæeratorum*] Hoc est, ære alieno obstrictorum sive oppressorum, hoc enim etiam nomine dicebantur, qui apud creditores suos erant in servitute, usque dum solvissent.

<sup>v</sup> *His plane palam*] Hoc est, obæratitis et luxuriosis. Duplex esse potest hujus loci sensus, vel necessarios esse ejusmodi viros in bellis civilibus, utpote semper novandis rebus acerrimos; vel necessarium eis esse bellum civile, utpote quorum fortunæ sic erant profligatæ, crimina tot, vel tam atrocia, ut illæ restaurari, hæc aboleri sine summa rerum perturbatione non possent, quod postremum videtur esse longe vero similis.

vellent, et quoties vellent, auxilia summittens: superque<sup>2</sup> Italiæ, Galliarumque et Hispaniarum, Asiæ quoque et Græciæ potentissimas<sup>3</sup> urbes præcipuis operibus exornans: donec, attonitis jam omnibus, et, quorsum illa tenderent, reputantibus, M. Claudius Marcellus Consul,<sup>†</sup> edicto præfatus,<sup>4</sup> de summa se Republica acturum, retulit ad Senatam, ut ei succederetur ante tempus;<sup>v</sup> quoniam bello confecto pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: et ne absentis ratio comitiis<sup>w</sup> haberetur, quando et plebiscito<sup>x</sup>

<sup>v</sup> Quousque cum omnes jam obstupescerent, et considerarent scopum ejusmodi consiliorum, Claudius Marcellus per edictum præfatus, se tractaturum cum Senatu de maximo negotio Reipublicæ, adduxit in consultationem ut successor mitteretur Cæsari ante tempus concessum illi a populo, siquidem, bello peracto, pax erat, et dimitti debebat exercitus victor; nec absentis meminissent in comitiis, quandoquidem Pompeius ipse postea non antiquaverat plebiscitum.

//////////

—2 *Similiterque* Periz. Harlem. (qui et *Italia*) Edd. Camp. Bon. Ven. 2. Lugd. Junt. Ald. *insuperque* Cort. *simul et* in marg. Rhed. 1. a m. sec. Rhed. 2. *super quoque*.—3 *Potissimas* legit Lips. Ad. 11. c. 12. *Tum opibus* Vind. uterque.—4 *Ed. factus præf.* Vind. 1. *Mox se deficit* in Huls.—5 *Vulg.*

#### NOTÆ

† A. U. C. 703.

<sup>v</sup> *Ante tempus*] Alterum nempe quinquennium, de quo supra c. 26.

<sup>w</sup> *Comitiis*] Quæ de creandis consilibus habenda erant, quibus ut petere posset consulatum, licet absens, biennio ante per Tribunos obtinuerat, sed a populo, unde Marcellus a Senatu volebat id immutari.

<sup>x</sup> *Quando et [nec] plebiscito, &c.*] Sic in Mss. omnibus Casanbonus. Ita in tribus e suis Torrentinus. Adversar. tamen lib. xxiv. cap. 14. Turnebus præfert *ne*; sed utramque lectionem obscuram faciunt hæc particula *nec* vel *ne*, ut Torrentinus neutram admitti debere censeat, vel earum loco substituendum *ei*, quo sane difficultas evanesceret; <sup>7</sup>apertus enim hic sensus, plebiscitum illud quo Cæsari, licet absenti, permissa fuerat consularis petitio, abrogatur per subsequentem Pompeii legem, &c. Dicitur

enim ‘abrogare legi,’ et ‘legem;’ quanquam illud usitatum sit minus: sed repugnat codicum auctoritas, quorum tamen plures *nec* habent, quam *ne*: hoc sensu removendum a consulari petitione Cæsarem, siquidem Pompeius non abrogasset plebiscito, hoc est, per plebiscitum, illam legis suæ partem qua absentes a magistratum petitione summovebat, sed tantum auctoritate propria, cum lex illa sua foret jam in ærarium relata; quapropter censi non debebat id abrogasse Pompeius, quod abrogare non potuerat, cum æque intervenire populi debuit auctoritas ut legi Pompeianæ derogari posset, quam ante, cum factum est in gratiam Cæsaris plebiscitum. Cui tamen legi locum fuisse colligas ex Cicerone in literis ad Atticum, ubi auctum a Pompeio Cæsarem conquestus hæc habet: ‘ille’ (Pompeius) ‘provinciae propagator’

Pompeius postea obrogasset.<sup>v 5</sup> Acciderat autem, ut is, legem de jure magistratum ferens, eo capite,<sup>6</sup> quo a petitione honorum absentes summovebat, ne Cæsarem quidem exciperet, per oblivionem; ac mox, lege jam in æs incisa,<sup>7 y</sup> et in ærarium condita,<sup>8</sup> corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus, provincias<sup>z</sup> Cæsari et privilegium<sup>a</sup> eripere, retulit etiam, ut colonis, quos rogatione Vatinia<sup>9 b</sup> Novumcomum<sup>c</sup> deduxisset, civitas adimeretur, quod per ambitionem et ultra præscriptum<sup>d</sup> data esset. [29.] Commotus his Cæ-



quando nec pl. P. p. abrog. in omnibus fere codd. extat, defenditque Casanb. et recentius Walth. *Ne pleb.* Harlem. Ven. 2. 3. Bon. Juut. Lugd. Arg. Bas. Cald. Mediol. Turneb. Adv. xxiv. c. 14. partic. retinet, et distinguit, quando ne pleb. P. p. abr. sed Torr. displicet, qui vel rejiciendam partic. ne seu nec, vel pro alterutra scribendum ei conj. quod etiam Giphano placuisse monuit. Sabellicus dubitat an *næ* pro certo scribi debeat; nonnulli, inter quos Lipsius, voculam omnino otiosam putant, et Oud. corrigit *nunc*. Sed nostrum e Jac. Gronov. emendatione legentis et pro *nec*, et Brissonii auctoritate, quosdam codd. habere *abrogasset* affirmantis, quomodo edidit etiam Steph. probante Burm. prorsus recipiendum statnunt Ern. Wolf. Baumg. nisi quod Ern. pro et mallet legi *vel*. Tum Pompeii Ven. 1.—6 *Capitulo* Cujac. Mox præpositionem a non agnoscunt Medic. 2. Vind. 1. Cort. *absentis* in Memm.—7 *Casus* Barthii liber *causa*, et deest *jam* Rhed. 1.—8 Post *condita* relictum spatium in Fouc. et marg. ascriptum *cognosceret*.—9 *Vathinio*

## NOTÆ

(Galliæ scilicet pro Cæsare)<sup>4</sup> absentis in omnibus adjutor, idem etiam tertio consulatu postquam esse defensor Reipub. cœpit, contendit ut decem Tribuni ferrent, ut absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit lege quadam sua.<sup>7</sup> Unde sic intelligendum videtur, ut in nostra interpretatione.

<sup>y</sup> *In æs incisa, &c.*] Ænea scilicet tabula, aut etiam columna, pro more populi Romani: sic enim aliæ leges publice exponebantur, ut de lege 12. tab. apud Livium lib. III. aliæ in ærario, quod in Saturni templo erat, recondebantur asservandæ. Quo facto nil ex illis absque nova ad populum rogatione mutari poterat.

<sup>z</sup> *Provincias*] Gallias, Togatam et Comatam ac Illyricum, de quibus supra cap. 22.

<sup>a</sup> *Privilegium*] Illud enim plebiscitum in unius gratiam Cæsaris emissum fuerat, ut iis nempe solveretur legibus, quibus absentis petere consulatum non licebat.

<sup>b</sup> *Rogatione Vatinia*] Hoc est, lege quæ Vatinio Tribuno plebis, de quo supra cap. 22. rogante lata erat.

<sup>c</sup> *Novumcomum*] Civitas est Galliæ Comatæ, h. e. Cisalpinæ Transpadanæ, hodie *Come*, prope lacum ejusdem nominis; quinque illuc millia colonorum lege Vatinia deduxerat, ac civitatis jure donaverat.

<sup>d</sup> *Ultra præscriptum*] Legis agrariæ, qua et agri limites, et colonorum numerus, &c. definiabantur, quæ tamen Cæsar suo disposerat arbitrio, non autem juxta legis præscriptum.

sar,<sup>†</sup> ac judicans, quod sæpe ex eo auditum ferunt, difficilius se <sup>1o</sup> principem civitatis a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores Tribunos,<sup>e</sup> partim per Servium Sulpicium,<sup>f</sup> alterum Consulem. Insequenti quoque anno, C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco <sup>5</sup> in consulatu <sup>1</sup> successerat,<sup>w</sup> eadem tentante,<sup>2</sup> collegam ejus Æmilium Paulum, Caiumque Curionem,<sup>b</sup> violentissimum Tribunorum, ingenti mercede defensores paravit. Sed cum obstinatius <sup>3</sup> omnia agi videret, et designatos etiam Consules <sup>i</sup> e parte diversa,

<sup>w</sup> Cum etiam anno sequente eadem moliretur C. Marcellus qui in consulatu successerat M. Marcello filio patruï sui, &c.

\*\*\*\*\*

Novicomum Vind. 1. Vaticinia Med. duo, Copes.—10 Deest sc Vind. 1.—1 In consulatum Huls. probante Oud. Voces omittit Vind. 1.—2 End. tempestate vitiose Copes. Harlem. Fouc. Periz. Pin. et Edd. plurimæ. tentanti Græv. in pr. Edit. quod laudat Burn.—3 Cort. cum Edd. quibusdam obst. cum; Periz. Harlem. obstinatus. Mox et ignorat Rhed. 1. Deinde a parte

#### NOTÆ

† A. U. C. 704.

<sup>e</sup> Intercessores Tribunos] Hoc est, sese Marcelli conatibus opposcentes, propria enim Tribunorum est intercessio, utpote ad quam unam, non ad jus dicendum, quod tamen postea factum est, creati videantur antiquitus, auctore Gellio lib. vii. cap. 19. Colligas et ex Plutarch. in Cæsare.

<sup>f</sup> Per Servium Sulpicium] Creatus lic fuerat consul propter eximiam, qua pollebat, juris scientiam, de quo Cicero Philippica ix. numero 11. ait omnes qui ex omni ætate in civitate Romana intelligentiam juris haberint, si unum in locum conferantur, cum Servio Sulpicio non esse comparandos. Illius opiniones non paucæ sparsæ sunt in libris digestorum.

<sup>5</sup> Patrueli suo Marco] De quo cap. proxime præcedenti.

<sup>b</sup> Æmilium Paulum, Caiumque Curionem, &c.] Ii ipsi sunt de quibus

capite præcedenti. Æmilium accepta a Cæsare pecunia egregiam illam basilicam exstruxit, quæ inter præstantissima urbis opera postmodum numerata est: ejus nomine basilica Pauli appellata est. Curio autem Cæsaris quondam inimicus acerrimus, et ut ait Lucanus lib. 1. 'Vox quondam populi, libertatemque tueri Ausus,' &c. Tunc vero in servitium accepta pecunia etiam præceps, 'qui,' ut ait lib. 11. Paterculus, 'saluberrimas coalescentis conditiones pacis discussit ac rupit, homo malo publico facundus,' et de cujus vitiiis plura ibidem.

<sup>i</sup> Designatos etiam Consules] Hi erant M. Marcellus et Lentulus, ubi notatu dignum videtur tribus annis continuis cum tribus Marcellis Consulibus disceptationem fuisse Cæsari.

Senatum <sup>4</sup> literis deprecatus est, ne sibi beneficium <sup>5</sup> populi <sup>k</sup> adimeretur; aut ut ceteri quoque imperatores <sup>1</sup> ab exercitiis discederent: confisus, ut putant, facilius se, simul atque <sup>6</sup> libuisset, veteranos <sup>m</sup> convocaturum, quam Pompeium novos milites. Cum adversariis autem pepigit, <sup>n</sup> ut, dimissis octo legionibus, Transalpinaque Gallia, duæ sibi legiones, et Cisalpina provincia, vel etiam una legio cum Illyrico concederetur, quoad Consul fieret. [30.] Verum neque Senatu interveniente, et adversariis negantibus, ullam se de Republica facturos pactionem, <sup>r</sup> transiit <sup>7</sup> in citeriorem Galliam; <sup>o</sup> conventibusque <sup>p</sup> peractis, Ravennæ substitit, bello vindicaturus, si quid de Tribunis plebis, <sup>q</sup> intercedentibus

<sup>x</sup> Sed cum Senatus non veniret in partem negotii, et inimici Cæsaris dicerent se non audituros ullam conditionem de eo quod spectaret ad Rempublicam.

//////////

Periz. Junk.—4 *Senatus Copes.*—5 *Judicium Pal. tres, et adimeret liber unus Torrent.* Tum *ceterique Fouc.*—6 Male Periz. Vind. 1. *adque*, ac inde irrepsisse videtur *ad quæ* in Edd. Ven. tres, Bon. Lugd. Par. Junt. Gryph.—7 *Transit* Edd. Ald. Steph. Mediol. Cald. Tum *conventisque* Vind. 1. Har-

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Beneficium populi*] Intellige de hoc plebiscito, quo permissa fuerat ei absentis consularis petitio, sup. c. 26.

<sup>1</sup> *Ceteri imperatores*] Pompeium in primis innuit.

<sup>m</sup> *Veteranos*] Cæsaris inter et Pompeii milites discriminis id fuit, quod ille paucos quidem, sed usu diuturno et continuo armorum peritissimos et laboris omnis tolerantissimos haberet; hic vero, Pompeius nempe, multos quidem, sed tirones ut plurimum et armorum tam rudes quam laboris parum patientes. Unde apud Lucanum lib. VII. ver. 270. Cæsar ad suos: 'Grais delecta juvenus Gymnasiis aderit, studioque ignava palæstræ.' Et paulo post: 'Civilia paucæ Bella manus facient,' &c. ac tandem: 'Ite per ignavas gentes, famosaque regna, Et primo ferri motu prosternite mundum.'

<sup>n</sup> *Pepigit*] Hoc est, pactionem ob-

tulit, vel tentavit, ubi nota a Suetonio etiam alibi adhibitum hoc verbum pro pactione oblata duntaxat, non accepta, ut Vitell. cap. 15.

† A. U. C. 705.

<sup>o</sup> *Citeriorem Galliam*] Togatam sive Cisalpinam. *Lombardie* hodie.

<sup>p</sup> *Conventibusque*] Quid ii sint supra cap. 7. Legionibus in hyberna deductis, Transalpina relicta Gallia, in Cisalpinam se conferebat, hoc quidem prætextu, sed ut majora moliretur, patet ex eo quod Ravennæ commoratus sit, quæ provinciæ suæ ab illa parte terminus erat, et omnium minime ab urbe dissita, ejusdem hodie nominis, et ejus regionis quæ *Romagna* nuncupatur.

<sup>q</sup> *Tribunis plebis*] Hi diu cum Cæsaris inimicis, intercessionibus luctati, urbe demum cedere coacti sunt, acerbissime in ipsos decernente Senatu. Hanc Tribunorum ejectionem specio-

pro se, gravius a Senatu constitutum esset. Et prætextum<sup>8</sup> quidem illi civilium armorum hoc fuit: causas autem alias<sup>9</sup> fuisse, opinantur. Cn. Pompeius ita dicitabat,<sup>10</sup> quod neque opera<sup>r</sup> consummare,<sup>1</sup> quæ instituerat, neque populi expectationem,<sup>5</sup> quam de adventu suo<sup>2</sup> fecerat, privatis opibus explere posset, turbare omnia ac permiscere voluisse.<sup>y</sup> Alii timuisse dicunt, ne eorum, quæ primo consulatu adversus auspicia<sup>t</sup> legesque et intercessionem gessisset, rationem reddere cogeretur: cum M. Cato identidem, nec sine jurejurando, denuntiaret, delaturum<sup>3</sup> se nomen ejus,<sup>u</sup> simul<sup>4</sup> ac primum exercitum dimisisset; cumque vulgo fore prædicarent, ut, si privatus redisset, Milonis exemplo<sup>v</sup> circum-

*y* Cn. Pompeius frequenter sic dicebat, Cæsarem voluisse perturbare et permiscere omnia, quia non poterat propriis divitiis conficere aedificia quæ destinaverat, neque præstare quæ expectabantur de adventu ejus.



lem. Periz. cum Edd. Ven. et aliis.—8 In Viterb. locus est correctus, *prætextus hic*.—9 Burm. ante *aliis* insertum vellet *alii*, sed non necessarium putant Ern. Wolf. Ond. Baumg. Pro autem habet Fouc. *ante*, vitio compendiosæ scripturæ.—10 *Dictabat* Edd. Græv. ac Burm. incuria forte typhotetarum.—1 *Consummare* Copes. Cort. Edd. Ald. Bas. Bon. et ex hoc vitiosius *consumere* Harlem. Cald. Ven. 1. Mediol. 1. 2. Dein verba *quæ inst.* deerant Fouc.—2 *Sui* Memm. et Edit. pr. Græv. quod etiam non displicet Ond. Ruhnk. *fec. suo* Vind. 1. *faceret* Ed. Camp. Mox *leges et int.* Cort.—3 *Delaturum* fuisse etiam lectum, docet Sabellicus, ac *se desideratur* in Vind. 1.—4 *Simul cum* Huls. tum *prædicaret* exhibent Ald. Steph. Gryph. ac *rediis-*

#### NOTÆ

sum Cæsari prætextum fuisse notat Plutarchus: eis quippe nunquam ablata fuerat intercedendi libertas, quin et eo usque eis licebat intercedere, ut consules ipsos intercessionibus reluctantes mittere possent in carcerem. Qua occasione Lucanus lib. 1. ‘Justos fortuna laborat Esse ducis motus, et causas invenit armis.’ Et Cæsar ipse lib. 1. de bello civili.

<sup>r</sup> *Opera*] Forum inchoatum, &c. de quibus cap. 26.

<sup>5</sup> *Expectationem*] Epuli, muneris gladiatorii, &c. de quibus omnibus ibid.

<sup>t</sup> *Adversus auspicia*] Ea omnia enumerantur supra cap. 20.

<sup>u</sup> *Delaturum se nomen ejus*] Alicujus nomen deferre et accusare distinguunt Jureconsulti: prius enim est apud magistratum de aliquo crimine denuntiari, posterius vero est adducto in judicium reo causam agere. Quæ ceteri auctores usurpant promiscue.

<sup>v</sup> *Milonis exemplo*] Notæ judicii Miloniani turbæ, quod, cum fieret, clausæ tota urbe tabernæ, milites in foro et in omni fori aditu circumpositi fuerint, &c.

positis armatis causam apud iudices diceret. Quod probabilius facit Asinius Pollio,<sup>w</sup> Pharsalica acie<sup>x</sup> cæsos profligatosque<sup>y</sup> adversarios prospicientem hæc eum ad<sup>6</sup> verbum dixisse referens: ‘Hoc<sup>7</sup> voluerunt: tantis rebus<sup>8</sup> gestis C. Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.’<sup>9</sup> Quidam putant, captum imperii consuetudine,<sup>y</sup> pensitatisque<sup>10</sup> suis et inimicorum viribus, usum occasione rapiendæ dominationis, quam ætate<sup>1</sup> prima concupisset. Quod existimasse videbatur et Cicero, scribens de officiis tertio libro,<sup>2</sup> semper Cæsarem in ore habuisse Euripidis versus,<sup>3</sup><sup>z</sup> quos sic ipse<sup>a</sup> convertit:

set Periz. Harlem. Ed. Mediol. redimisset Cald.—5 Rhed. 1. profugatosque, ac Memm. prospiciente solita virgulæ superpositæ omissione.—6 Deest ad in Rhed. 1. hoc eum ad Rhed. 2.—7 Hæc vol. Harlem. Periz. Ven. tres, Bon. Bas.—8 Bellis gest. habet Periz. ut apud Plutarch. Delent quoque prænomen C. Torrent. ac Lipsius.—9 Sic ex Mss. Burm. Ond. pro vulg. petissem. Vox omnino abest a Copes.—10 Erasmi marg. pensatisque, et ita cod. Alvari Non. attestante Burm.—1 Dukerus ad Liv. XLII. cap. 34. addendum putat ab vel jam, probante Ern. Favet etiam sententiæ Ond. nisi quod copulam et potius excidisse suspicetur.—2 Tert. lib. glossesema videtur Broukhusio, Wolf. Baumg.—3 Locus vexatissimus tam ex codd. variatione, quam ex glossis marginalibus. Multi Græca addunt, vel spatium relictum exhibent. Ita se habent Memm. Viterb. Medicei, Copes. Cort. Cæs. in ore habuisse: est vel et est in Phanissis εἴρεπ... Eurip. vers. Vind. 1. ut est in Ph. εἴρεπ... Eur. vers. Edd. Rom. et in Ph. εἴρεπ... Eur. vers. Cod.

## NOTÆ

<sup>w</sup> Asinius Pollio] Orator idem, et Historiarum, civilis præsertim belli, scriptor, ut patet ex Horatio Ode 1. lib. II. ‘Motum ex Metello consule civicum.’ Illustribus ætatis suæ viris commendatus: Virgilius Ecl. III. 84. sqq. ‘Pollio amat nostram, quamvis est rustica, musam... Pollio et ipse facit nova carmina... Qui te, Pollio, amat, veniat, quo te quoque gaudet: Mella fluant illi,’ &c. Ac præsertim egregia illa Ecloga cui nomen ‘Pollio,’ quæ est quarta. Horatius lib. II. Ode 1. ‘Insigne mæstis præsidium reis Et consulenti Pollio curiæ,’ &c. de quo adhuc infra cap. 55. et 56.

<sup>x</sup> Pharsalica acie, &c.] Pharsalici

iidem et Philippici Thessaliæ campi Romanorum cladibus notissimi, de quibus adhuc infra in Aug. cap. 9. 13. 22. 29.

<sup>y</sup> Captum imperii consuetudine, &c.] Decem enim paulo minus annis continuis perpetuum obtinuerat in bellissimos populos imperium, ut de ipso non injuria dici queat quod de Miltiade propter occupatam Chersonesum Athenienses: ‘Miltiades multum in imperiis magistratibusque versatus videbatur non posse esse privatus, cum consuetudine ad imperii consuetudinem trahi videretur.’ Ait in Miltiade Æmilinus Probus.

<sup>z</sup> Euripidis versus, &c.] In Euripidis poëtæ Græci tragœdia, cui nomen

Nam si violandum est jus, regnandi<sup>4</sup> gratia

Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

[31.] Cum ergo, sublatam Tribunorum<sup>b</sup> intercessionem, ipsosque Urbe cessisse,<sup>c</sup> nuntiatum est,<sup>5</sup> præmissis confestim clam cohortibus,<sup>d</sup> ne qua suspicio moveretur, et<sup>6</sup>

//////////

Pulm. eos in Ph. εἶπερ . . . Eur. vers. quomodo Venett. Medioll. alique multi. quod in Ph. Periz. eos in Ph. versus Harlem. omissis Græcis, et ita Lugd. Junt. Ald. et aliæ. esse in Ph. Cujac. Ex Mss. ac R. Steph. Edit. scribit Græv. semp. Cas. in o. h. eos in Ph. Eurip. versus: Εἶπερ γὰρ ἀδικεῖν χρῆ, τυραννίδος περί Κάλλιστον ἀδικεῖν (ἀδικημα Memm. Medic.) ἄλλα δ' εὐσεβείν χρεών (χρεώ Med. 1. 3.) quos sic ips. con. Turnebus, Adv. xxiv. c. 14. in Phæn. expungendum censuit, et Seriv. nihil mutandum, vel intra limites Turneb. subsistendum. Græcos versus etiam addi voluit Jac. Gronov. et ita edidit, quod est in Ph. Eurip. εἶπερ . . . quod sic ipse vertit. Corrigit Pulm. istos Eur. versus; sed Torr. probante J. Voss. cum Casanb. Græca pariter et voces in Ph. delevit, ac locum sic constituit, in o. h. eos Eur. vers. quos s. i. c. Huic emendationi accedunt Oud. Ern. Burm. Wolf, et Baumg. tamen eos, quasi e marg. in textum irreperit, cum aliis inducendum judicaverunt.—4 Imperii gr. Copes. Periz. Harlem. Græph. 1. Vind. 1. Edd. Ven. tres, Bon. Junt. Lugd. Ald. Steph. et omnes fere, etiam Basilienses et sequentes, adeo ut primus regnandi ediderit Rapheleng. 1596. Propter librorum consensum, placet Oud. imperii, tanquam lapsus memoriæ ipsius scriptoris, nam Ciceronis Mss. regn. constanter habent. In Vind. 2. Cort. Edd. Rom. regni. In Bonhier. dominandi, quæ varietas inde orta, quod multi codd. vocem omittunt, ut tres Medic. et Exc. Voss. Seq. versu est exulata Vind. 1.—5 Verb. subs. non conspicitur in Med. 3.—6 Etiam spec. Huls.—

#### NOTÆ

Phœnissæ. Græcos autem versus ab erudito quodam margini ascriptos tractu temporis in textum irrepsisse, interpretum omnium una consensio est, quare Casanbonus illos eodem rejecit, nec immerito; parum enim Suetonii brevitati convenit ut bis idem dicatur. Vulgati codices legunt in Phænissis, cujus eadem est causa quæ Græcos versus textui miscuerat.

<sup>a</sup> Quos sic ipse] Cicero nempe Offic. lib. III. quos ad verbum sic exponas: 'Nam si injustum esse opus est, regni causa pulcherrimum est injustum esse: quoad alia pium esse oportet.'

<sup>b</sup> Tribunorum, &c.] Curionis, Antonii et Cassii.

<sup>c</sup> Ipsosque Urbe cessisse] A Coss. ejectos. Quam injuriam eximie verbis extulit Cæsar, dum concionabundus conquereretur apud milites inter-

cedendi libertatem Tribunis ademptam, quam ne ipse quidem Sylla sustulerat Tribunitiæ dignitati, licet omnium retro infestissimus, ut supra cap. 5. notatum est.

<sup>d</sup> Cohortibus] Cohors, Romanæ legionis pars decima, quadringentorum et 20. hominum ab initio: quod si quandoque pleniore manipuli, (tribus enim constabat,) tum plenior et ipsa, inde quinguearias et sexcenarias etiam legere est. Vegetius quidem lib. II. cap. 6. primæ cohorti mille centum quinque pedites, equites vero 135. assignat; unde milliaria dicebatur; reliquis autem 555. sed hæc recentioris militiæ fuerunt procul a prisca illa, quemadmodum et cohortes Prætoriæ, de quibus infra. De his quoque fuse Lipsius de militia lib. II. Dialogo 4.



spectaculo publico per dissimulationem interfuit, et formam,<sup>e</sup> qua ludum<sup>f</sup> gladiatorium<sup>7</sup> erat ædificaturus, consideravit, et ex consuetudine convivio se frequenti dedit. Dein post solis occasum, mulis e<sup>8</sup> proximo pistrino<sup>g</sup> ad vehiculum junctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est: et cum luminibus extinctis<sup>h</sup> decessisset via, diu errabundus, tandem ad<sup>9</sup> lucem, duce reperto, per angustissimos tramites pedibus evasit; consecutusque cohortes<sup>10</sup> ad Rubiconem<sup>i</sup> flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paulum constitit,<sup>1</sup> ac reputans, quantum moliretur, conversus ad proximos, 'Etiam nunc,' inquit, 'regredi possumus:



7 *Gladiatorum* Vind. 1. Harlem. Copes. cum omnibus fere Edd. Vett. usque ad Basil.—8 *E* deest Harlem.—9 Ern. *sub luc.* legendum judicat.—10 *Cohortis* Memm. *Dein quo prov.* Vind. 1. et *pr. et finis* Vind. 2. item *paululum.*—1 Pal. 3. et Copes. accedunt Med. 1. et Celsus, in quibus *subsistit.* Tum *sic rep.* Vind. 1. *aut rep.* Med. 1. *Mox et nunc* Ed. Camp. *et etiam nunc* Periz. Harlem. Ven. tres, Lugd. Ald. Junt. Sed Steph. Bas. et

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Formam*] Quam delineandam jusserrat. *le plan, le dessein.*

<sup>f</sup> *Ludum*] Locum erudiendis gladiatoribus: de hac voce jam supra cap. 26.

<sup>g</sup> *E proximo pistrino*] Mulos enim non exportandæ duntaxat farinæ habebant in pistrinis, sed et molæ versandæ: nec enim ejusdem apud antiquos artificii, quo apud nos, fuere pistrina: mola siquidem servis aut equis vel mulis circumagebatur, quod cum operosissimi laboris esset, huc pœnæ loco trudebantur servi. Terentius in *Andria* Act. 1. Sc. 2. 'Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem.' Et *Heautontim.* Act. III. Scena 2. 'Hominem pistrino dignum.' De mulis pistrinensibus adhuc Sueton. in *Calig.* cap. 39.

<sup>h</sup> *Luminibus extinctis, &c.*] Nocturnis enim itineribus lumina deferebant, ut alio lujus anctoris loco patet. Aug.

cap. 29. et Ovidii IV. *Fast.* diluculum describentis: 'Semustamque facem vigilata nocte viator Ponet, et ad solitum rusticus ibit opus.' Et *Metamorph.* I. 'Ut facibus sepes ardent, cum forte viator Vel nimis admovit vel jam sub luce reliquit.' Quod multis antiquorum testimoniis hic pererudite confirmat Casaubonus, ac laternarum etiam, quibus prælata sibi lumina tuebantur a ventis, (hæc enim præcipua cura, alioqui periculum erat ne via decederent, ut ex hoc loco patet,) laternarum, inquam, artificium ex Plutarcho, Julio Africano, &c. graphice prorsus exprimit.

<sup>i</sup> *Ad Rubiconem*] Hodie *Pisatello*, Cisalpinæ Galliæ terminus est. Lucanus lib. I. 'Fonte cadit modico parvisque impellitur undis Puniceus Rubicon,' &c. Paulo post: 'Gallica certus Limes ab Ausoniis disterminat arva colonis.'

quod si ponticulum transierimus, omnia armis<sup>k</sup> agenda erunt.<sup>2</sup> [32.] Cunctanti ostentum<sup>l</sup> tale factum est.<sup>3</sup> Quidam eximia magnitudine et forma in proximo sedens repente apparuit, arundine<sup>m</sup> canens: ad quem audiendum cum præter pastores plurimi etiam ex<sup>4</sup> stationibus<sup>n</sup> milites concurrissent, interque eos et æneatores,<sup>o</sup> rapta ab uno tuba prosiluit<sup>5</sup> ad flumen, et ingenti spiritu classicum exorsus,<sup>z</sup> pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæsar, 'Eatur,' inquit, 'quo Deorum ostenta<sup>p</sup> et inimicorum iniquitas<sup>q</sup> vocat. Jacta alea esto'<sup>r6</sup> [inquit]. [33.] Atque ita trajecto exer-

<sup>z</sup> *Et magno flatu canens signum bellicum, &c.*



sequentes etiam nunc, probante Burm.—2 *Sunt Vind.* 1.—3 *Est non legitur in Copes.*—4 *E stat.* Edd. Rom.—5 *Prosilivit* Memm. Periz. Edd. Rom. 'Male vero Boshorn. e Festo legi vult *acnatores*: ut illinc habeat scripti. Verum Codd. nostri, Frontini, Amm. Marc. et aliorum, constanter *æneat*.' Oud.—6 *Quanquam jact. al. est* habeant omnes codd. et libri editi, vel ordine paulum mutato *jact. est al.* (quod laudat Baumg.) tamen emendationi Erasmi, legentis *esto*, ex Plintarch. et Appiano, assensum præbent Torr. Gujet. Casaub. Oud. Wolf. et sic edidere Junk. Burm. ac Ern. Deinde *inquit* deest tribus codd. Torr. ac uni Ursini, et omisere Junk. Ern. Lips. sed defendunt Oud. et Wolf. et ideo uncis tantum includere Baumg. visum.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Omnia armis, &c.*] Decretam enim a populo provinciam ejusdem injussu egredienti vel subeundum judicium, vel salus non alia quam armorum opera defendenda.

<sup>l</sup> *Ostentum*] Quo sensu hic sumitur, illud omne est, quod præter naturam videtur.

<sup>m</sup> *Arundine*] Hoc est, tibia ex arundinibus compacta. Virgil. *Eclog.* vi. 10. 'Agrestem tenui meditaror arundine musam.' Vel etiam ex stipulæ calamis, ut *Eclog.* i. 'Sylvestrem tenui musam meditaris avena.'

<sup>n</sup> *Stationibus*] Stationes hic sunt militares custodiæ, *les corps de gardes, ou leurs postes.*

<sup>o</sup> *Æneatores*] Tubicines ab ænea tuba sic dicti, quanquam Festo æneatores proprie sint qui cornu, non ænea

tuba canunt; cornicines scilicet de classico. Vide in Vitellio c. 11.

<sup>p</sup> *Ostenta*] Vel vera, vel militibus excitandis conficta, quod probabilius est.

<sup>q</sup> *Inimicorum iniquitas*] Refertur ad prætextum illum de quo supra cap. 30.

<sup>r</sup> *Jacta alea esto* [*est*] Proverbialiter dictum, h. e. constitutum est, et fortunæ commissum, quemadmodum alea ubi primum jacta est, irrevocabiliter ad nutum fortunæ volvitur et cadit: Lucanus l. i. 'Credidimus factis; utendum est iudice bello.' Quod æque de transituro quam prætervecto Cæsare potest intelligi. Quod et Petronius in carmine de hoc bello civili, 'iudice fortuna cadat alea,' &c.

citu, adhibitis Tribunis plebis,<sup>7</sup> qui pulsi supervenerant, pro concione fidem militum, flets, ac veste a pectore discissa,<sup>8</sup> invocavit. Existimatur<sup>8</sup> etiam equestres census<sup>t</sup> pollicitus singulis: quod accidit opinione falsa. Nam, cum in alloquendo exhortandoque<sup>9</sup> sæpius digitum lævæ manus<sup>u</sup> ostentans affirmaret, se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, annulum quoque æquo animo detracturum sibi;<sup>v</sup> extrema concio, cui facilis erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod visu<sup>10</sup> suspicabatur: promissumque jus annulorum<sup>w</sup> cum millibus quadringenis,<sup>1x</sup> fama distulit. [34.]



est. Paulo supra *vocant* Rhed. 1.—7 *Plebis* abest a Vind. 1. ac ad oram Gryphii scribitur *qui et ipsi puls.* Tum *superaverant* Edd. Ven. 2. 3.—8 Müll. in Obs. mallet *existimabatur*, quod etiam probat Banmg.—9 Med. 1. 3. Pin. Copes. Cujac. Edd. Mediol. Bon. legunt *adhortandoque*, Huls. *coadhortandoque*. Mox Fouc. *suam dign.*—10 *Visui* Cort.—1 Duo libri Torr. cum Voss. Harlem. Periz. Med. tribus, Piu. utroque Vind. Cort. Edd. Camp.

## NOTE

\* *Veste a pect. discissa*] Hoc doloris et illatæ signum injuriæ frequenter usurpatum, ut Neron. cap. 42. et Vitell. cap. 17.

<sup>t</sup> *Equestres census*] H. e. tantam pecuniam quantam in bonis habere Romanum equitem oportebat: equites enim, Senatores, quin et ipsi milites censu legebantur, ut inf. August. cap. 41. Vespas. cap. 17.

<sup>u</sup> *Digitum lævæ manus*] Eum, qui minimo proximus est, utpote quem annulo insignire moris est.

<sup>v</sup> *Annulum q. æq. an. detracturum sibi*] Hoc est, ad extremam se potius egestatem redigendum; bonorum enim omnium novissimus vendebatur vel oppignerabatur annulus, ut in eos qui patrimonium decedere Juvenal. Sat. xi. 43. ‘Talibus a dominis post cuncta novissimus exit Annulus, et digito mendicat Pollio nudo.’

<sup>w</sup> *Promissum jus annulorum*] Hoc est, jus annulum aureum gerendi, in quatuordecim, de quibus infra cap. 39.

sedendi: quæ Romanorum equitum prærogativa fuit, ad quam quadringenta ut minimum in bonis habere oportebat, ut patet ex hoc loco, quæ qui dilapidaverant, hoc jure excidebant. Unde Martial. lib. viii. Epig. 5. in ganeonem ejusmodi perlepide: ‘Dum donas, Macer, annulos puellis; Desisti, Macer, annulos habere.’

<sup>x</sup> *Cum millibus quadringenis, &c.*] Quæ juxta institutum supputandi rationem 17,050 l. nostrates efficiunt, qui census erat equestris, de quo hujus initio capitis. Et innuit Juvenal. Sat. i. vs. 105. ‘Sed quinque tabernæ Quadringenta parant,’ &c. Et Sat. v. vs. 132. ‘Quadringenta tibi si quis Deus, aut similis Dis, Aut major fato donaret, homuncio, quantus Ex nihilo fieres, quantus Virronis amicus!’ Quæ de reditu annuo intelligenda evincit tum hic Juvenalis locus, tum Martialis Epig. 37. lib. v. Videsis et infra in Neron. cap. 44.

Ordo et<sup>†</sup> summa rerum, quas deinceps gessit, sic se habent.† Picenum,<sup>‡</sup> Umbriam,<sup>‡</sup> Etruriam<sup>‡</sup> occupavit: et L. Domitio,<sup>‡</sup> qui, per tumultum successor ei<sup>‡</sup> nominatus, Corfinium<sup>‡</sup> præsidio tenebat, in deditionem<sup>‡</sup> redacto, atque dimisso, secundum superum mare<sup>‡</sup> Brundisium<sup>‡</sup> tetendit, quo Consules<sup>‡</sup> Pompeiusque confugerant, quamprimum trans-



Cald. Mediol. Junt. Lugd. habent *quadragesis*, et multæ per notas CCCC. exprimere maluerunt. 'Recte etiam a Pulm. scribitur *fama dist.* sic enim libri Mss. omnes, quos vidi, at vulgati dictionem *fama omisere.*' Torr.—2 *Ordo ac Fouc.* Tum pro *deinceps* Copes. *deinde*, et se omisit codex unus Torr.—3 Rhed. 2. non agnoscit *ei.*—4 *In ditionem* Memm. Copes. Medic. 1. 2. quod commendat Ern. et Scheller in *Lex. improbantis* Oud. Wolf. Baumg. Eadem varietas est infra cap. 74.—5 Fouc. Cort. cum Edd. fere omnibus *Brundisium*, præter Steph. quæ ex cod. Memm. *Brundis.* dedit. Hanc ve-

#### NOTÆ

† A. U. C. 706.

‡ PICENUM.

‡ UMBRIAM.

‡ ETRURIAM.

1. *Marchia Anconitana*] Ad mare Superum.

2. *Ducatus Spoletinus*] Sed finibus, si Magino fides, angustioribus.

3. *Toscana.* De quibus Lucanus l. 11. 'Gens Etrusca fuga trepidi nudata Libonis, Jusque sui pulso jam perdidit Umbria Thermo.'

<sup>b</sup> *Domitio*] Eo de quo capitibus 24. et 25. de quo Paternus lib. 11. 'Cæsar Domitio legionibusque Corfinii quæ una cum eo fuerant potitus, duce aliisque qui voluerant abire ad Pompeium sine dilatione dimissis,' &c. Et Lucan. lib. 11. de hac venia, invito Domitio data: mortem enim præferbat: 'Scit Cæsar ferrumque peti, veniamque timeri Vive licet nolis, et nostro munere, dixit, Cerne diem, victis jam spes bona partibus esto Exemplumque mei,' &c. Et Cicero multis hac super re Epistolis ad Atticum.

<sup>c</sup> *Corfinium*] Oppidum erat in Pelignis, hodie pagus, cui nomen *S. Pelino*, in Aprutino, non longe a Sulmone ejusdem regionis urbe Ovidii natalibus celebranda, ut ipse Trist. iv. Eleg. ultima testatur: opem illuc Domitio ferre Pompeius non potuit, ut ipse testatur Epistola ad Coss. quæ apud

Ciceronem inter Epistolas ad Atticum est lib. VIII. 16. 'Nunc scitote me esse in summa solitudine, nam tot et tales viros periculo obsidionis liberare cupio, neque subsidio ire possum.'

<sup>d</sup> *Superum mare*] Adriaticum scilicet, *Golfe de Venise.*

<sup>e</sup> *Brundisium*] Sic ex Mss. et servato inibi marmore Torrentius et Casaubonus emendarunt, pro quo vulgo legebatur *Brundisium*: quibus adde Festum: antiqua Salentinorum, hodie *Terra d'Otranto*, civitas, quæ etiam *Brindes* vel *Brindizzo* nuncupatur; e cujus portu transitus erat in Græciam. Lucan. lib. 11. 'Hinc late patet omne fretum, seu vela ferantur In portus, Coryra, tuos, seu læva petatur Illyris,' &c.

'*Quo consules*] Marcellus et Lentulus, ut supra notatum c. 29. Hunc magna mercede Cæsar invitandum

fretaturi.<sup>g</sup> Hos<sup>6</sup> frustra per omnes moras exitu prohibere conatus,<sup>h</sup> Romam iter convertit:<sup>i</sup> appellatisque<sup>k</sup> de Republica Patribus, validissimas Pompeii copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, et L. Afranio,<sup>l</sup> et M. Varrone<sup>m</sup> in Hispania erant, invasit; professus ante inter suos, ‘ire se ad exercitum sine duce, et inde<sup>7</sup> reversurum ad ducem sine exercitu.’ Et quanquam obsidione Massiliæ,<sup>n</sup> quæ sibi in itinere portas clauserat, summaque<sup>s</sup> frumentariæ rei penuria retardante, brevi tamen omnia subegit. [35.] Hinc Urbe



ram esse lectionem testantur Forr. Merula, Burm. Oud.—6 *Has Fouc.* item cum *Copes. exitus*, Vind. 1. corrupte *p. o. mores ex abitu pro. c. R. i. vertit.*—7 *Et non rec.* Rhed. 2.—8 *Deest que* Rhed. 1. In fine cap. Pin. *subjecit*, sed

## NOTÆ

jusserat per occultos nuntios, sed qui occurrere illi ante non potuerunt quam Pompeio Brundisii conjungeretur. Senserat enim Cæsar offensum Pompeio Lentulum propter desertum Corfinii Domitium, teste ipso Cicerone Epist. ad Atticum 153. 155. 160. quæ libri VIII. sunt 8. 10. et 15.

<sup>g</sup> *Transfretaturi*] In Epirum scilicet, quo brevis trajectus Brundisio solventibus.

<sup>h</sup> *Exitu prohibere conatus, &c.*] Partu propemodum intercluso magnis variisque operibus quæ ipse lib. I. de Bello Civili describit, et de eo Florus lib. IV. cap. 2. ‘Peractum erat bellum sine sanguine, si Pompeium Brundisii opprimere potuisset ut cæperat, sed ille per obsessi claustra portus nocturna fuga evasit,’ &c.

<sup>i</sup> *Romam iter convertit*] 60. dierum spatio sine sanguine tota potitus Italia.

<sup>k</sup> *Appellatis*] Hoc est, in curiam vocatis, vel, ut censet Beroald. ‘imploratis:’ ipse enim ait in Commentariis lib. I. ‘Pro quibus rebus orat ac postulat Remp. suscipiant atque una secum administrent,’ &c. Eodem sensu Velleius lib. II. ‘In urbem re-

vertit, redditaque ratione consiliorum suorum in Senatu, et in concione ac miserrimæ necessitudinis, cum alienis armis ad arma compulsus esset,’ &c.

<sup>l</sup> *M. Petreio et L. Afranio*] Hos apud Ilerdam Citerioris Hispaniæ oppidum aquatione interclusa, ad deditionem adegit.

<sup>m</sup> *M. Varrone*] Hic Pompeii in Hispania ulteriore legatione functus Cæsarem convenit, eique legiones suas pecuniamque publicam dedit. Hunc ipsum esse vulgo sentiunt qui tantæ eruditioni totque scriptis bellicam laudem conjunxit, utpote qui jam ante in bellis piraticis corona rostrata donatus erat a Pompeio: de eo infra, cap. 44. et Plin. lib. VII. cap. 30. et lib. XVI. cap. 4.

<sup>n</sup> *Obsidione Massiliæ*] De qua et ipse fuse lib. I. de Bello Civili, et Velleius lib. II. ‘Festinationem itineris ejus aliquamdiu morata Massilia est, fide melior quam consilio prudentior, intempestive principalium armorum arbitria captans, quibus ei se debent interponere, qui non parentem coercere possunt.’

repetita, in<sup>9</sup> Macedoniam<sup>o</sup> transgressus,<sup>p</sup> Pompeium, per quatuor pæne menses maximis obsessum operibus,<sup>q</sup> ad extremum Pharsalico prælio<sup>r</sup> fudit: †<sup>10</sup> et fugientem Alexandriam persecutus, ut occisum<sup>s</sup> deprehendit, cum Ptolemæo rege,<sup>t</sup> a quo sibi quoque insidias<sup>1</sup> tendi<sup>u</sup> videbat, bellum



in marg. *subegit*.—9 Cum Harlem. Periz. Ven. tribus, Lugd. Jul. Ald. τφ in carent Edd. Cald. Mediol.—10 Edd. Plantin. et Casanb. *fundit*, contra priores ac codd. Tunc *effugientem* Medic. duo, Copes. Gryph. et sic Polit. ex suis membb. correxit ad marg. Ed. Mediol. 1. Porro *ad Alex.* Cujac.—1 Fouc.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Macedoniam*] Non quidem proprie dictam, (hujus enim nomen angustinus sumitur lib. III. de Bello Civili, postridie siquidem cum Brundisio solverat Cerauniorum terram attingit, qui montes sunt in Epiro,) sed Macedoniam dixit ex divisione Romanorum, qui, cum Græciam universam in duas partes divisissent, Macedoniam scilicet et Achaiam, Macedoniæ nomine Epirum aliasque regiones comprehenderunt. Epirus autem hodie Albaniam pars est, quam Cluverius lib. IV. cap. 7. alii enim aliter, appellat 'Canina.' Macedonia unum hodie nomen non habet: qua enim Epiro jungitur, reliquam efficit Albaniam, aliis regionibus alia nomina sortitur, de quibus geographi.

<sup>p</sup> *Transgressus*] Hoc verbo, quod in eodem significatu, nempe pro 'transfretari,' usus esse Sallustius arguebatur a Pollione; cujus reprehensionem multis diluit Gellius lib. X. cap. 26. hoc inter alia exemplo, quod sicuti cursus navium dici solet, ita et transgressus etiam navibus esse factus dici possit.

<sup>q</sup> *Maximis obs. operibus*] Ingentia illa opera, quibus Pompeium intercludere conatus est, vallo nempe 1200. stadiorum a mari ad mare circumducto, fusc describuntur lib. III. de Bello Civili, et a Lucano lib. VI. et propter eximias hinc et inde com-

missas oppugnationes, poëtice quidem, sed non vane.

<sup>r</sup> *Pharsalico prælio*] Vide cap. 30. n. X. hujus pugnae diem vix est qui certo assignarit; alii enim alium narrant, ut de industria factum dicas, quod Lucanus lib. VII. 'Tempora signavit leviorum Roma malorum; Hunc voluit nescire diem,' &c. Levi admodum narrationis transcursu multa perstringit hic auctor, quæ multis aliorum voluminibus enarrantur. Nam bellum civile tribus his capitibus 33. 34. et 35. exequitur; de quo fusc Cæsar ipse, Florus, Dio, Plutarch. Appianus, et Lucanus, &c.

† A. U. C. 707.

<sup>s</sup> *Occisum*] Nota est Historia de Septimio et Achilla Ptolemæi satellitibus, qui Pompeium scapham ingressum conjuge et filiis duobus, quibuscum fugerat, videntibus occiderunt. Lucanus lib. VIII. secundum Historiæ veritatem sic describit homicidium illud: 'Tum stringere ferrum Regia monstra parant: ut vidit eomminus enses Involvit vultus; atque indignatus apertum Fortunæ præbere caput, tunc lumina pressit, Continuitque animam, ne quas effundere voces Posset, et æternam moriens corrumpere famam.' 'In tantum,' ait lib. II. Velleius, 'in illo viro a se discordante fortuna, ut cui modo ad victoriam terra defuerat, deesset

sane difficillimum gessit, neque<sup>2</sup> loco, neque tempore æquo, sed hyeme<sup>v</sup> anni,<sup>3</sup> et intra mœnia<sup>w</sup> copiosissimi ac solertissimi hostis,<sup>x</sup> inops ipse rerum omnium,<sup>4</sup> atque imparatus. Regnum Ægypti victor Cleopatrar<sup>y</sup> fratricque ejus minori<sup>z</sup> permisit: veritus provinciam facere,<sup>a</sup> ne quandoque violentiorem præsidem nacta, novarum rerum materia esset.<sup>5</sup> Ab



inverso ordine *ins. t. quoq.*—2 *Nec loco* Vind. 1.—3 Ex codice suo Ursin. legi jubet *temp. anni æquo sed hieme*, adversantibus Casaub. Grut. cum Pal. tribus, Ern. Pitisc. Oud. et editis fere omnibus.—4 *Omn. rer.* Fouc. Med. dno, Cort. ac Edd. Rom.—5 Memm. *materiesset*, quod Gron. et Græv. pro

## NOTE

ad sepulturam.<sup>z</sup>

<sup>1</sup> *Ptolemæo rege*] Recensitis, qui cum Pompeio evaserant, Velleius addit: 'Aliis ut Parthos, aliis ut Africam peteret suadentibus, Ægyptum petere proposuit memor beneficiorum, quæ in patrem ejus Ptolemæi, qui tum puero quam juveni propior regnabat Alexandria, contulerat.' Illum, seditione pulsum, restituendum a Romanis curaverat, de quo supra cap. 11.

<sup>w</sup> *Insidias tendi, &c.*] De quo Velleius ibid. 'non fuit major in Cæsarem, quam in Pompeium fuerat, Regis, aliorumque quorum is auctoritate regebatur, fides, quippe cum venientem cum tentassent insidiis, ac deinde bello lacessere auderent; utrique summo Imperatorum, alteri superstiti, meritis pœnas luere supplicii.' De quo et Cæsar sub finem lib. III. de Bello Civili, et Hirtius, ut vulgo existimant, lib. de bello Alexandrino.

<sup>v</sup> *Hyeme*] Qua occasione Cæsarem ante sperabant opprimendum, quam transmarina recipere potuisset auxilia, ut Hirtius sub initium operis notat.

<sup>w</sup> *Intra mœnia*] Alexandria scilicet, ut patet ex libris modo laudatis.

<sup>x</sup> *Solertissimi hostis*] Idem Hirtius,

enumeratis Alexandrinorum operibus: 'Ipsi homines ingeniosissimi atque acutissimi, qui quæ a nobis fieri viderant, ea solertia efficiebant ut nostri illorum opera imitari viderentur, et sua sponte multa reperiebant,' &c.

<sup>y</sup> *Cleopatrar*] Regiæ multis rebus ab eo tempore notissimæ.

<sup>z</sup> *Fratricque ejus minori*] Major enim, de quo supra, in acie ceciderat.

<sup>a</sup> *Veritus provinciam facere*] Tacitus lib. 11. *Annal.* 'Nam Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis nisi permissu ingredi Senatoribus aut equitibus Romanis illustribus, seposuit Ægyptum: ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam claustraque terræ ac maris quamvis levi præsidio adversum ingentes exercitus insedisset.' Tamen Augustus præfecit Ægypto præsides, sed non valentes, ut ipse Tacitus lib. 1. *Histor.* ubi alias quasdam causas addit. Cujus cautionis exemplum ab Alexandro fuisse sumtum, videre est apud Arrianum lib. 111. Ægyptum enim Alexander in plures præfectos distribuit, miratus et naturam regionis et munita, neque tutum existimans unius imperio totam credi; quæ ipsa ferne sunt Arriani loco citato verba Latine facta.

Alexandria in <sup>6</sup> Syriam,<sup>b</sup> et inde Pontum <sup>c</sup> transiit, urgentibus de Pharnace<sup>7</sup> nuntiis: quem, Mithridatis Magni<sup>d</sup> filium, ac tunc occasione temporum bellantem,<sup>8</sup> jamque multiplici successu<sup>e</sup> præferocem, intra quintum, quam<sup>9</sup> affuerat, diem, quatuor, quibus in conspectum venit, horis, una profligavit <sup>10</sup> acie; <sup>f</sup> crebro commemorans <sup>g</sup> Pompeii felicitatem, cui præcipua militiæ laus <sup>h</sup> de tam imbelli genere



*materies esset capiunt.* Sed haud placet Burm.—6 *In* deest Harlem. Cald. Bon. Mediol. Burm. suffragante Oud. repetitum vellet, in *Syr. et inde in P.* sed nullus addicit codex. Præpositio *et* omissa est in Rhed. 2.—7 *Pro de Ph.* Fouc. *defrenare.*—8 Sic Memm. et omnes alii præter Pithæi, qui *propalantem* habet. Inde Heinsius *præpollentem*, sed malit Burm. *rebellantem.* Supra *ac* post *filium* negligentius additum esse suspicatur Wolf. *mox ferocem* Huls.—9 *Quem* Rhed. 1. Vitiose Cort. *abfuerat.* Ceterum Vind. 1. *venit in cons.* Med. 3. et Edd. Rom. *in conspectu v.* solenni variatione.—10 *Prostravit* Pal. 2. *acie* Harlem. Ven. 1. Mediol.—1 *Laus mil.* Rhed. 1. Deinde deest *contigisset* Huls.—2 *Africam* Memm. ‘Mox

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Syriam*] Asiæ regionem, hodie *Sourie*, sed jam inde ab illis temporibus longe arctior erat, quamvis Palestinam aliasque regiones non pauca includeret, quam antea priscis temporibus, Semiramidis nempe et Assyriorum.

<sup>c</sup> *Pontum*] Quæ ante fuerunt duæ regiones, Pontus ad ortum solis, ad occasum Bithynia, ut ait Cluverius lib. v. cap. 17. eæ unicam hodie constituunt, quam Magnus quibusdam *Bursia*, pluribus *Beccangial* testatur appellari.

<sup>d</sup> *Mithridatis Magni*] Qui quindecim ante annis undique profligatus a Pompeio, dum fugam in Gallias meditarietur, ipsius filii, hujus nempe de quo hic est sermo, Pharnacis prodicione in desperationem actus ipse sibi necem intulerat.

<sup>e</sup> *Multiplici successu*] Fuso enim Domitio Calvino, expugnatis ac direptis pluribus oppidis, Pontum paternum regnum, sed nullo defendente, recepisse gloriabatur.

<sup>f</sup> *Unu profligavit acie*] Florus lib.

iv. cap. 2. ‘Nec vana de se prædicatio est Cæsaris ante victum hostem esse quam visum:’ quod cum Hirtii narratione cohærere non videtur; nec enim opinantur et loci fiducia fretum Cæsarem aggressus Pharnaces prope perturbaverat; et vicit Cæsar ‘multum juvante natura loci; plurimum Deorum immortalium benignitate, qui cum omnibus casibus belli intersunt, tum præcipue eis quibus nihil ratione potuit administrari.’ Et eo modo rem narrat quo vix quatuor non amplius horis transactam credideris.

<sup>g</sup> *Crebro commemorans*] Ipsa Cæsaris verba refert Appianus: Ὁ μακάριε Πομπήϊε, τοιοῦτοις ἔρα, κατὰ Μηριδάτην τὸν τοῦδε πατέρα, πολεμῶν ἀνδράσι, μέγας τε ἐνομίσθησιν καὶ Μέγας ἐπεκλήθησιν. *O te beatum, Pompei, qui bello Mithridatico cum talibus hominibus decertans, Magni et existimationem et cognomen adeptus es.* Qua tamen appellatione Pompeium juvenem insignitum a Sylla Plutarchus auctor est in Pompeio.



hostium contigisset. Dehinc Scipionem<sup>h</sup> ac Jubam,<sup>i</sup> reliquias partium in Africa<sup>2</sup> refoventes, devicit: Pompeii liberos<sup>k</sup> in Hispania.<sup>†</sup> [36.] Omnibus civilibus bellis nullam cladem, nisi per legatos suos, passus est: quorum C. Curio in Africa periit; C. Antonius<sup>1</sup> in Illyrico in adversariorum devenit potestatem; P. Dolabella classem<sup>4</sup> in eodem Illyrico, Cn. Domitius Calvinus in Ponto exercitum<sup>5</sup> amiserunt. Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem unquam fortuna,<sup>6</sup> præterquam bis, dimicavit: semel ad Dyrrhachium,<sup>m</sup> ubi pulsus, non instante Pompeio, negavit, cum vincere scire: iterum<sup>7</sup> in Hispania ultimo prælio, cum, desperatis rebus, etiam de consciscenda<sup>8</sup> nece<sup>n</sup> cogitavit. [37.] Confectis bellis, quinquies<sup>9</sup> triumphavit,



Vind. 1. *Pomp. liberos secutus in Uspania*, quæ lectio nata videtur ex corrupta glossa *Sextum* et *Cneum*.<sup>7</sup> Ond.—3 Tornac. *C. Annus*, sed non bene, ut ex Floro, Lucano, et Dione patet.—4 *Classe* in Rhed. 1. Tum *Domit.* non apparet in Copes.—5 *Exercitus* Rhed. 1. *amisit* Vind. 1. *Dein ac nec* Edd. quædam.—6 *Fort. unq.* Rhed. 2. et item *puls. et non* Rhed. 1.—7 *Item* Harlem. Ven. tres, Bon. Lugd. Junt. Ald. Steph. *Dein* mutato ordine, *ult. pr. in Hisp.* Rhed. 2.—8 *Consistenda nece* Fouc. *morte* Periz. a m. pr.—9 Memm. una voce auctior *quinquies quinquenni*, et sic Voss. notavit ex suo codice. Barthii Ms. *quinquenni tantum*. Unde Burm. conj. *biennio* vel in

## NOTE

<sup>h</sup> *Scipionem*] Ingens partium Pompeianarum favor bellum excitaverat Africanum, ut ait lib. II. Velleius: 'Quod ciebat rex Juba, et Scipio vir consularis, et biennio antequam extingueretur Pompeius, lectus ab eo socer, eorumque copias anxerat M. Cato.' Ad quem Scipio, Pharsalo fugiens, contenderat Corcyram, et inde uterque in Africam auxiliis Vari Jubæque confidentes, ait lib. II. Appianus.

<sup>i</sup> *Jubam*] Mauritaniæ rex erat Pompeio addictissimus. Hi omnes, Scipio scilicet, Juba, Cato, Petreius voluntaria nece, desperatis rebus, occubuerunt.

<sup>k</sup> *Pompeii liberos*] Cneum scilicet et Sextum, quos periculosissimo illo ad Mundam commisso prælio profli-

gavit; altero, Cneo scilicet, vulnerato et in fuga cæso, altero ad alia bella, de quibus in Augusto, superstitite. De hoc prælio Cæsarem dicere solitum ferunt, sæpe pro victoria, ad Mundam vero pro vita dimicasse.

† A. U. C. 708.

<sup>1</sup> *C. Curio...C. Antonius*] Tribuni illi de quibus supra: de Illyrico cap. 22.

<sup>m</sup> *Dyrrhachium*] Hodie *Durazzo* in Albania.

<sup>n</sup> *Consciscenda nece*, &c.] Ad Mundam scilicet, de quo prælio superiori cap. unde Lucanus lib. I. 'Ultima funesta concurrant prælia Munda.' Quæ Hispaniæ Bæticæ civitas est, etiam hodie *Munda*, vel, ut censet Mariana, *Runda la Veja*, tribus a Munda nova leucis dissita.

post devictum Scipionem<sup>o</sup> quater eodem mense, sed interceptis diebus: † et rursus semel, post superatos Pompeii liberos. Primum et excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum,<sup>p</sup> novissimum Hispaniensem,<sup>q</sup> diverso quemque<sup>10</sup> apparatu et instrumento.<sup>f</sup> Gallici triumphi die Velabrum<sup>s</sup> prætervehens,<sup>1</sup> pæne curru excussus est,<sup>2</sup> † axe diffracto:<sup>3</sup> ascenditque<sup>4</sup> Capitolium<sup>u</sup> ad lumina,<sup>5</sup> qua-

//////////

biennio, Oud. unoque anno vel uno pæne anno. Sed supervacaneum Casaub. Wolfio ac Baumg. videtur, et ex mala ejusdem vocis iteratione ortum.—10 *Quæque* Voss. et app. et inst. Cort. Vind. 2.—1 Uti in Ms. Torr. Abbat. Gand. Harlem. et Edd. Venetis, sic etiam in utroque Mediol. et Cald. exhibetur *prævehens*, quod cum Heinsio probant Burm. Oud. Ruhnck. Cf. Gron. ad Liv. xxix. c. 32.—2 *Est* exulat ab Harlem. Periz. Ven. trib. Bon. Lugd. Junt. Ald.—3 *Diffracto* Periz. Harlem. et omnes editi præter Voss. Rom. Steph. quod τῶν *axe* accommodatius censet Ern. sed omnino præferendum esse *diffracto* docet ex membb. suis Torr. et post eum firmaverunt Casaub. Oud. Wolf. Ruhnck. et Baumg. Ita quoque Fouc. Med. tres, uterque Vind. Cort. vel *disfracto*.—4 Cuperus, Exerc. de eleph. c. 7. in Nov. Thes. Ant. Rom. corrigendum vellet *descenditque*, quod a vero non abhorreere putant Casaub. Burm. (qui et *capitolio* scriptum fuisse autumat) Wolf. reclamantibus Oud. ac Baumg.—5 *Ad* deest Cort. *ad limina* alios codices habere dicit Nardinus, Rom. Vet. x. 11. quæ lectio Heinsio non displicebat. Testatur

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Post devictum Scipionem*] Ab Africauo bello ad Hispaniensem victoriam tres aut ferme quatuor anni fluxerant.

† A. U. C. 709.

<sup>p</sup> *Africanum*] De Juba debellato, non vero Scipione, Catone, &c. quam eodem fato, peremtis: civem enim de cive triumphare nefas, cum lugubres semper habitæ fuerint victoriæ civiles.

<sup>q</sup> *Hispaniensem*] Re quidem vera ob victos Pompeios, sub specie tamen debellatorum Celtiberorum qui cum illis erant; quanquam his triumphis, non levi civium dolore, delatæ sint illustrium quoque Romanorum imagines, Scipionis, v. g. pectus suum ferro configentis Catonis, Petreii, &c.

<sup>r</sup> *Apparatu et instrumento*] His verbis intelliguntur signa, tabulæ, imagines, aliaque ejusmodi pompæ tam

solennis instrumenta, de quibus fuse Velleius lib. II. Quintil. lib. VI. cap. 3. et alii.

<sup>s</sup> *Velabrum*] Urbis locus erat non longe a macello, ubi oleum aliaque venibant; casei præsertim saporis probatissimi. Martial. in Xenii Epig. 31. ‘Non quemcumque focum, nec fumum caseus omnem, Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.’

<sup>t</sup> *Excussus est*] Majore periculo, cum triumphalis currus esset. Locum hunc vero similiter innuit Plinius lib. XXVIII. cap. 2. ‘Cæsarem Dictatorem, post unum ancipitem vehiculi casum, ferunt semper, ut primum consedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum ancupari solitum.’

<sup>u</sup> *Ascenditque Capitolium*] Notus hic mos triumphantium; illic enim pom-

draginta<sup>6</sup> elephantis dextra atque sinistra lychnuchos<sup>7</sup> v<sup>g</sup> gestantibus. Pontico triumpho<sup>w</sup> inter pompæ<sup>8</sup> fercula<sup>x</sup> trium verborum prætulit titulum, VENI. VIDI. VICI: non acta belli significantem, sicut ceteris,<sup>9</sup> sed celeriter confecti notam. [38.] Veteranis legionibus<sup>z</sup> prædæ nomine in

//////////

etiam Barth. Adv. XLVII. 2. suum codic. ad *Litonina* præbere, sensu nondum apparente.—6 *Quadringsentis* alios legere docent Exc. Cujac. et ita Lips. in ora codicis sui notaverat, et ipse malebat. Lectionem nostram receperunt omnes Edd. melioris notæ. *elephantus* Rhed. 2.—7 Ita primus jussit reponi Politianus, quem secuti sunt Egnat. Burm. Torr. Casaub. ex Memm. et Wolf. Alii, ut Græv. Oud. Bernecc. *lychnos* scribendum velent, ac ita Fouc. Pal. 3. cum Edd. Rom. Ven. 2. 3. Lugd. Junt. aliisque. *lychnicos* Barth. cod. Copes. Ald. *lichinicos* vel *lichnuocos* Pal. 1. 2. Huls. Medic. Obsop. Voss. Ven. 1. et plures. Paulo supra *dext. sinistraque* Copes. Vind. 2. et Cort.—8 *Erit populi* Cujac.—9 Casaub. e Viterb. reposit *ceteri*, astipulantibus Vind. utroque, Cort. cum Aldo et Ern. Nostrum vindicant Oud. Burm. præeunte Grævio cum Memm. Medic. Copes. Palatinis omni-

#### NOTÆ

pa novissime traducebatur. Notandum vero quod Gallici triumphii die gradus Capitolinis genibus emensum Cæsarem, Dio refert lib. XLIII. quod et Claudius Britannico triumpho retinuit, idem lib. LVIII.

v *Lychnuchos*] In suis Mss. Casaubonus legebat *lychnos*. Torrentius in suis et *lychnios* et *lychnucos*; Politianus et Egnatius ultimum prætulere, quos deinde ceteri secuti sunt unanimis. Hic autem *lychnuchos* intelligunt vel instrumentum cui aptatur *lychnus*, ut Lucerna candelabro; quo sensu Cicero Quinto fratri ait, 'hæc scripsi ad *lychnucum* ligneolum,' &c. vel pueros veros aut effictos lumina gestantes; quo sensu Lucretius: 'Si non anrea sunt juvenum simulacra per ædes Lampades igniferas manibus retinentia dextris, Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur,' &c. Unde et '*lychnuchi pensiles*' apud Plinium lib. xxxiv. cap. 3. et *lychni* quoque apud Virgil. lib. 1. *Æneid.* in convivio: 'Dependent *lychni* laquearibus aureis Incensi, et noctem flammis funalia vincunt.' De more ac-

pendendi in publico gaudio lumina, Calig. cap. 13. &c.

w *Pontico triumpho*] Ex Pharnace c. 35. quo debellato eadem illa verba scripsit ad amicos, quæ etiam retulit Appianus: ἦλθον. εἶδον. ἐνίκησα, de quo et Plutarch. in Cæsare.

x *Pompæ fercula*] Ea sunt quæcumque in hac solenni pompa deferebantur, ut spolia hostium, coronæ, simulacra Deorum: dicuntur etiam ludorum fercula et sacrificiorum. His Budæus, prioribus in pandectas annotationibus, similia quodammodo esse ait gestariola illa, quibus apud nos Sanctorum reliquiæ in supplicationibus circumferuntur.

y *Ceteris [ceteri]* Tituli scilicet et inscriptiones, quibus pro ceterorum more triumphantium descriptæ res bello præclare gestæ videbantur. Beroaldus et Sabellius legebant *ceteris*, ut habetur etiam in editione Rob. Steph. ita ut verbum illud referatur ad triumphos.

z *Veteranis legionibus*] Corruptum huic locum Suetonii interpretes quotquot vidi, exceptis Beroaldo et

pedites singulos super bina sestertia, quæ initio civilis tumultus numeraverat,<sup>a</sup> vicena millia nummum dedit.<sup>10</sup> AS-

<sup>a</sup> *Manubiarum loco largitus est unicuique pediti veteranarum legionum plusquam duo millia sestertiorum, quæ jam dederat illis incipiente bello civili, singulis equitibus vicena quaterna millia sestertiorum.*

//////////

bus, Periz. Harlem. Fouc. et Edd. quamplurimis. Mox damnat Ond. Boxhornii iudicium notantem rescribi iubentis.—10 Vulgo sic legitur: *in ped. s. sup. b. s. q. i. c. t. n. in equites vicena quaterna mill. n. d.* quod corruptum esse omnes interpp. agnoscunt. Glar. iterata voce una, legit *numeraverat quaterna, in eq. vic. quat. mill.* sed Torr. non placet, qui vult vel *quaterna* semel tantum post *numerar.* legendum, vel totum illud *quat. mill. num.* omittendum. Non habent voces *in equites* Memm. Vatic. Viterb. Pithæi, Pal. 1. 2. Med. 1. Cort. cum editis plurimis, nec *quaterna* Groslotianus, Lisl. Cujac. Edd. Rom. Bon. Sed cum retinent plura exemplaria, Casaub. inde conjecit sic refingendum locum, *in ped. sing. (s. b. s. q. i. c. t. n.) vicena, in equites quadragesa mill. num. ded.* Serv. autem ita, *in singulos super b. s. q. i. c. t. n. vic. mill. n. d.* Ern. ac Bip. omissis verbis *in ped.* statuunt *quaterna* ante *mill.* ponendum, sed auctoritate Græv. Ond. Lips. Bernecc. Gron. Brnm. et Pitisc. ejiciendum esse ut ineptum, et *in ped.* (ubi Fouc. addit *Romanos,*) et *quat.*

#### NOTÆ

Sabellico, qui illum aggressi non sunt, unanimi consensu fatentur. Casaubonus in Vaticano et Pithæi codicibus has voces, *in equites*, et *quaterna*, non legit, in Viterbiensi et Memmiano duas tantum priores, in Groslotiano posteriorem; quo recepto fieret: *veteranis legionibus prædæ nomine, in pedites singulos, super bina sestertia, quæ initio civilis tumultus numeraverat, vicena millia nummum dedit.* Sed quia in antiquissimis Suetonii codicibus reperiuntur omnes hæ voces, ideo inducendas noluit idem Casaubonus; et leviuscula mutatione, *quaterna* in *quadragesa*, locum sic restituit: *veteranis legionibus prædæ nomine in pedites singulos (super bina sestertia quæ initio civilis tumultus numeraverat) vicena: in equites quadragesa millia nummum dedit.* Quod nec admiserit Torrentius, priorem siquidem lectionem rejecit, quod, licet alioqui sensus pateat, summa tamen incredibilis ipsi videatur. Quæ certe talis visa non est Dioni et Appiano, quorum ille lib. XLIII. hic lib. III. 'bel-

lorum Civilium' unanimiter aiunt *πεντακισχιλλὰς δραχμὰς*, hoc est, *quinque millenas drachmas*, singulis militibus datas, quæ supradicta vicena M. HS. efficiunt. Quod et ita legendum ac intelligendum Lipsius pronuntiat lib. de magnitudine Rom. II. cap. 12. ubi veterum largitionum et divitiarum imperitum dicit, si quis adversetur. Cui et ipse lubens accesserim; vix enim est ut stare queat sensus, ut vulgo legitur, et interpretatum est; cum et eadem largitio ab Octavio et Antonio post Philippense prælium facta legatur apud Plutarch. in Antonio.

<sup>a</sup> \* *In equites*] In donativis, sicut et in stipendiis, præmium ferebat quisque pro ratione sui in militia loci; ut centario militis duplum, eques vero triplum acciperet: quæ proportio longe abest ut observata fuisset a Suetonio, si pedites duo millia, equites viginti quatuor accepissent. Quod et vulgatam lectionem atque etiam Casauboni emendationem suspectas fecerit: nec enim refert quod altera

signavit<sup>1</sup> et agros, sed non continnos,<sup>b</sup> ne quis possessorum expelleretur. Populo præter frumenti denos modios,<sup>c</sup> ac totidem olei libras,<sup>d</sup> trecentos<sup>2</sup> quoque nummos,<sup>e</sup> quos pollicitus olim erat, viritim divisit;<sup>3</sup> et hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem<sup>f</sup> Romæ usque

judicavit Banmg.—1 *Assignavitque* Edd. Rom. *assignavitque et ag.* Mediol.—2 '*Trecentos*] Recte Pulm. cum in vulgatis codd. *tricens* legatur.' *Torrent.* *trecentos* Edd. Camp. M. Gryph.—3 *Dimisit* Fouc. Camp. Mox Rhed. 1. *centen.*

## NOTE

recepta prætermittendi sint equites, cum neque de centurionibus ulla mentio, nec opus sit: ex militum quippe dono, promptum est uniuscujusque gradus donum colligere; et de militibus indicasse, Dio satis habuit, quamquam Appianus hac parte diligentior tribunorum et præfectorum expresserit.

<sup>b</sup> *Non continnos*] Hoc est, aliis atque aliis locis præter majorum consuetudinem; quos enim agros veteranis militibus in mercedem laborum assignabant, in eos 'legiones simul universæ deducebantur cum Tribunis et Centurionibus, et sui cujusque ordinis militibus; ut consensu et charitate Republicam efficerent,' ut ait Tacitus *Annal.* xiv.

<sup>c</sup> *Denos modios*] Modius mensura est tertiam amphoræ partem continens; hæc autem quarta pars est ejus quam Parisiensem sextarium, vulgo *sextier*, indigitant. Amphoram enim unam Budæus ipse, quemadmodum ex versibus quibusdam qui apud Priscianum incerto auctore leguntur, et aliis argumentis, imaginatus erat, faciendam locavit et probavit, ut refert initio lib. v. de asse; qua ratione deni frumenti modii unum nostratem sextarium, quadrante ferme minus, æquaverint.

<sup>d</sup> *Totidem olei libras*] Decem scilicet, quæ librarum nostratum non

erant nisi septem cum dimidia libra: quippe Romana 12. tantum unciis, nostra vero 16. constat, quas tamen Romanis pauxillo minores, sed modo vix explicando, comperit Gassendus, ut refert in vita Peireskii.

<sup>e</sup> *Trecentos qu. nummos*] 14l. 2s. 6d. Hi autem cum centenis pro mora additis quadringentos efficiunt. Appianus minam unam Atticam datam ait, quod idem, et cum principiis supra ex Budæo ad cap. 5. positis apprime congruit, ut nempe mina Attica et libra sen pondo Romanum idem omnino sint, 400. siquidem utrumque nummos valet. Prodigiosam hanc Cæsaris impensam in unam collegerunt summam Budæus lib. iii. de asse et Lipsius lib. ii. de magnitudine R. cap. 12. Ille *milliones* quos vocamus 22. cum octingentis septuaginta quinque librarum nostratum millibus, absque augmento pro Centurione, equite, et Tribuno, de quo hoc eodem capite, et habitationibus etiam gratuitis: Lipsius vero *milliones* octodecim, et ducenta librarum millia, præter idem augmentum, ac insuper oleum et frumentum.

<sup>f</sup> *Annuam et. habitationem*] Hæc verba quidam intelligunt de vectigali sen pensione quadam ab iis pendi solita, qui, cum cives Romani non essent, Romæ tamen vel in Italia negotiantur. *Torrentius* hic, et *Budæus*

ad bina millia nummum, in Italia non ultra quingenos<sup>4</sup> sestertios remisit. Adjecit epulum ac viscerationem,<sup>5</sup> & post Hispaniensem victoriam duo prandia.<sup>h</sup> Nam cum prius parce, neque pro liberalitate sua præbitum judicaret, quinto post die aliud largissimum<sup>6</sup> præbuit. [39.] Edidit spectacula<sup>7</sup> varii generis:† munus gladiatorium:<sup>8</sup> i ludos<sup>k</sup> etiam regionatim<sup>l</sup> Urbe tota, et quidem per omnium linguarum histriones:<sup>m</sup> item Circenses,<sup>n</sup> athletas,<sup>o</sup> nauma-



*ampl.*—4 *Quingentos Copes.* Harlem. Dein pro *remisit* Vind. 1. *dimisit.*—5 Burm. reposuit *ad visc.* ex Harlem. Periz. Ven. trib. Lugd. Junt. Ald. Steph. quibus accedunt Vind. uterque, Junk. probantibus Oud. Wolf. Ruhnk. Verum *ac* cum plerisque Mss. et Edd. retinuerunt Græv. Gronov. Ern. Bip. Var. Baumg. Fouc. unice exhibet *ep. ad usque saturationem.*—6 Ed. Camp. *largissimi*, forte pro *fortissime.* Tum *fecit* Huls. quod non dammat Burm.—7 *Exspectacula* Memm. Barth. unde Jac. Gron. faciebat *et spec.* Pro *edidit* Periz. *dedit.*—8 *Gladiatorum* Med. duo, Vind. 2. Cort. Harlem. Camp. Cald.

#### NOTÆ

III. de asse et Casanbonus etiam sic. Qui cives Romani in conducto habitabant Romæ, modo plusquam bina millia annua non solverent, et in Italia quingentos nummos, iis omnibus remisit pensionem unius anni, hoc est, unius anni pensione liberavit: comode quidem, modo Cæsar intelligatur quoque locatorum indemnitate prospexisse, ceteroqui foret hæc de alieno liberalitas.

§ *Epulum ac viscerationem*] De illo supra cap. 26. Hoc erat carnis crudæ distributio domesticatim facta, viscera enim appellabantur quæcumque carnes crudæ: hoc et in funebri pompa virorum illustrium usitatum est.

h *Duo prandia*] Notandus locus; existimant enim e Grammaticis alii, prandia veteribus Romanis prorsus inusitata, ut Servius Æneid. iv. quem secutus est Isidorus Etymol. cap. 20. alii contra omnino; diversis omnes auctororum locis freti. Certe sumtiosiora et liberaliora prandia festis diebus solita erant usurpari, aut eti-

am nuptiarum gratia, largitionis, aut ambitionis. Secus breviter et parca fuisse, disertis verbis Plutarchus refert in Symposiacis lib. viii. quæst. 6. priscos nempe Romanos moderate privatimque prandere, cœnare vero cum amicis consuevisse, ideoque cœnam, quasi *κοινήν*, hoc est, *communem*, ipsis appellatam, quod tamen Cæsaris temporibus, in tanta rerum affluentia, jam immutatum fuisse, vero videtur simillimum.

† A. U. C. 708.

i *Munus gladiatorium*] Promissum jam inde cum esset in Gallia cap. 26.

k *Ludos*] Tragædias, comedias, mimos, et quæ ad Circensium differentiam Iudi Scenici dicebantur.

l *Regionatim*] Per singulas urbis regiones, quæ 14. præcipue fuerunt, in Aug. cap. 30. ut unaquæque suos quasi peculiare ludos haberet.

m *Per omnium linguarum histriones*] Ut toti illi multitudini, quæ Romam in dies commigrabat, melius gratificaretur.

n *Circenses*] Ludos scilicet, eques-

chiam.<sup>p</sup> Munere<sup>q</sup> in Foro<sup>9</sup> depugnavit Furius Leptinus,<sup>10</sup> stirpe prætoriam,<sup>r</sup> et Q.<sup>1</sup> Calpenus, Senator quondam,<sup>s</sup> actorque causarum. Pyrrhicham<sup>t</sup> saltaverunt Asiæ Bithyniæque principum liberi. Ludis<sup>u</sup> Decimus<sup>2</sup> Laberius, Eques Romanus, mimum<sup>3</sup> suum<sup>v</sup> egit:<sup>w</sup> donatusque quingentis<sup>x</sup>



Vide supra cap. 31.—9 Duæ dictiones in *For.* absunt e libro Torr.—10 Scripti Casaub. *Letinius*, Pal. 1. *Lectinus*, Ed. Rom. *Leptinius*.—1 *A. Calp.* Pal. 3. Harl. Periz. Ven. tres, Bon. Lugd. Junt. Bas. Ald. Meliores codd. Q. quod omnes probant editores. *S. Calp.* Rhed. 2. Q. *Calphurnius* Rhed. 1. Pro nomine *Calp.* conjicit Rein. *Calpetanus*. Tum Barth. cod. mendose *santor quond.* Mox Med. 1. *auctorque*, et corrigit Ond. *sen. actorque quond. c.*—2 Harl. cum editis nonnullis *Decuis*.—3 *Xenium suum* Fouc. Mox *donatusque est* Med. duo, Periz. Cort. Camp. Harl. Fouc. et priores Edd. præter Steph. et

## NOTE

tres pugnas et exercitationes; de illis enim videtur hic tantum intelligendus auctor noster; proxime siquidem addit ‘Athletas,’ quorum exercitatio pedestris, ut cursus, lucta, &c. licet alioqui pedestres una et equestres fuerint ludi Circenses, unde et gymnici quoque dicti sunt, quod nudi, vel magna parte vestium ad agilitatem exuta, fierent ab initio.

<sup>o</sup> *Athletas*] Horum appellatione gymnicos omnes Pollux intelligi voluit: sunt autem *παλαισται*, id est, luctatores, *δρομείς*, cursores, *πυκταί*, pugiles, pugnis ab initio deinde cestis pugnantes, de quibus lib. v. *Æneidos*, (quanquam horum nomen non speciei, sed generis, ut Athletarum, esse contendunt alii,) *δισκοβόλοι*, qui discum in sublime jactabant, *έλτικοί*, qui saltus pernicitate contendebant, quæ omnia a Græcis accipere Romani.

<sup>p</sup> *Naumachiam*] Navalem pugnam; Græcum vocabulum est.

<sup>q</sup> *Munere*] Hoc est, gladiatorum spectaculo, ut c. 10. notatum est. Hoc autem in Romano foro voluit exhiberi ea magnificentia, ut totum non modo forum, sed sacra etiam via ab sua domo ad clivum usque Capitolinum velis obtenderetur, quod

spectaculo ipso creditum est admirabilius, ut habet Plinius lib. xix. cap. 1.

<sup>r</sup> *Furius Leptinus, stirpe prætoriam*] Cujus e familia Prætores lecti fuerant.

<sup>s</sup> *Calpenus, Senator quondam*] Senatu ut vulgo suspicantur motus; multis enim ignominia notatis dedecus id insuper adjectum est: quanquam non nisi suspicio. Nero enim 400. Senatores et 600. equites, aliosque fortunæ ac existimationis integræ, ad ferrum exhibuit, in Nerone cap. 12.

<sup>t</sup> *Pyrrhicham*] Ea saltationis species est, nomen ab inventore sortita, quem alii Pyrrhum Achillis filium, alii Pyrrhum quendam Cretensem, vel etiam a ratione saltandi, quod Pyrrhichii pedis modulo soleret agitari, de quo pede Quint. lib. ix. cap. 14. hæc fuit saltatio, ut plures existimant, armata, pro juvenibus ad militarem disciplinam exercendis: varii enim illius motus et flexus vitandæ vel inferendæ plagæ reddebant idoneos.

<sup>u</sup> *Ludis*] Scenicis, ut patet.

<sup>v</sup> *Mimum suum*] Scaliger lib. Poëtices 1. cap. 10. Mimum dicit esse poëma, quodvis genus actionis imitans, ita ut ridiculum faciat. Unde

sestertiis et annulo aureo,<sup>y</sup> sessum in quatuordecim<sup>z</sup> e scena<sup>a</sup> per orchestram<sup>b</sup> transiit.<sup>4</sup> Circensibus, spatio Circi<sup>c</sup> ab utraque parte producto,<sup>5</sup> et in gyrum Euripo addito,<sup>d</sup>



Bas. Est deleverunt Torr. ac Lips.—4 Hæc lectio debetur Turnebo, Pulm. Torr. et seqq. Antea vulgo edebatur *scena per solium orchestram tr.* et ita Viterb. Pal. 1. ac alii. Inde legebat Ursinus in *XIV. podium e scena*, sed *solium* non agnoscunt prima Edd. nec Med. 1. Carent etiam præpositione e Medic. omnes, Cort. Harlem. Voss. Pal. tres, Copes. Periz. Edd. Rom. Ven. Junt. Ald. Habet Bon. in *quat. scanna per orch.* quod commendat Bap. Pins et Jac. Crucens. Boxh. divinavit *præter solium*, et Oud. *scenæ per pulpitum, orch. tr.* Denique præbet Fouc. *per quat. senatus per orch.*—5 Heins.

#### NOTÆ

enim nomen habet, *μιμῆσθαι, imitari.* Laberius ille hoc genere poematis excellit, ejusque versus, quibus excusatus factum ipsum de quo hic agitur, extant apud Macrobius Saturnal. lib. 11. c. 7. planipedium quoque dixere mimicum poema quod nudis pedibus agerent mimi, cum Tragædi cothurno, Comædi socco calcearentur.

<sup>w</sup> *Egit*] Verbum est theatro proprio, hoc est, repræsentavit, quo facto equestri dignitate ceciderat; ludicram enim facere equiti Romano nemini licebat. ‘Sed potestas, non solum si invitet, sed etiam si supplicet, cogit.’ Ut ait loco citato Macrobius, et de se ipse Laberius ibidem in eo proœmio quo factum hoc excusabat: ‘Etenim ipsi Dii negare cui nil potuerunt, Hominem me denegare quis posset pati?’

<sup>x</sup> *Donatus quingentis*] 218751. quæ summa est equestri etiam censu major, ut supra cap. 33. notatum.

<sup>y</sup> *Annulo aureo*] Quo a plebe distinguebatur, et statum equestrem recuperabat, de eo jam cap. 33. et adhuc infra Galbæ cap. 14. et Vitellii 12. &c.

<sup>z</sup> *In quatuordecim*] Subselliis scilicet ordinibus, qui etiam dicebantur ‘equestria,’ quibus autem sedebat populus, ‘popularia.’ Hic igitur Laberius e Scena, in qua egerat, transi-

vit per orchestram, qui locus Scenæ proximus, ut inde in 14. equestrium locorum gradus ascenderet, ibi sessurus, in signum recuperati honoris et prærogativæ equestris, quæ jussu Cæsaris mimum agens amiserat.

<sup>a</sup> *E Scena*] Anterior theatri pars erat, umbraculis olim et frondibus arborum tecta, unde nomen *σκηνή*, quippe Græcis umbra est, post tabulatis deinde contignationibus duabus vel tribus, donec ipsa cum theatro e lapide exadificata est.

<sup>b</sup> *Orchestra*] Hæc apud Latinos proprie significat Senatorum in ludis Scenicis locum, unde translata est appellatio in alios quoque ludos: erat autem inter gradus imos, utpote Scenæ in theatro, et arænæ in amphitheatro proximus locus, auditionique et spectationi maxime omnium idoneus: unde Horat. Ep. 1. lib. 1. ‘Ut propius spectes lacrymosa poemata Pupī.’ Et Petronius, ‘Ex hac nota domina est mea: usque ab orchestra quatuordecim transiit, et in extrema plebe quærit,’ &c. Vide in Aug. e. 44.

<sup>c</sup> *Circi*] Notus est urbis locus, in quo cursus et agitationes equorum spectabantur.

<sup>d</sup> *Euripo addito*] Euripi sunt aqueductus grandes et aperti, quos dixerunt etiam Nilos. His autem totum Circi spatium cinxerat, ne quis e



quadrigas bigasque<sup>e</sup> et equos desultorios<sup>f</sup> agitaverunt nobilissimi<sup>g</sup> juvenes. Trojam<sup>g</sup> lusit turma<sup>h</sup> duplex, majorum minorumque<sup>i</sup> puerorum.<sup>7</sup> Venationes<sup>k</sup> editæ per dies quinque, ac novissime pugna divisa in duas acies; quingenis<sup>s</sup> peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc et inde commissis.<sup>a</sup> Nam quo laxius<sup>9</sup> dimicaretur, sublata metæ,<sup>l</sup> inque earum locum bina castra ex adverso<sup>10</sup> con-

<sup>a</sup> *Et postremo dimicatio distincta est in duo agmina, quingentis peditibus, trecentis equitibus, et viginti elephantis in pugnam adactis ab unguaque parte.*



malebat præducto. Deinde *Eur. edito* Rhed. 2.—6 *Harlem. nobiles.*—7 *Puerum Memm. minorum pu. Med. 3.* Item *novissimo* Vind. 1.—8 *Quinquagenis* Periz. *Harlem. Med. 2.* *Vind. 1.* *Cort. Camp. Ven. 1.* *Mediol. Junt. Ald. Lugd. Steph. et alia. quingentis* Copes.—9 *Latus* excusum est in *Edd. Rom.*—10 *Ex adversum* *Memm. Cujac. Med. 2.* *Barth. faventibus* *Jac. Gronov. et*

## NOTÆ

spectatoribus ferarum impetu lædi posset, ut quondam contigerat, cum eruptionem tentassent, ut ait Plinius lib. VIII.

<sup>e</sup> *Quadrigas bigasque*] Bigarum et quadrigarum cursus, quorum meminit Dionysius Halicarn. sub finem lib. VII. ubi et trigarios quoque commemorat. Apud eorum omnium anrigas sedebant viri quidam, quos, ut ait idem auctor, poëtæ parabat, Athenienses apobatas vocabant, quasi transgressores et descensores, quod et inter certamen, et finito certamine desilientes in pedes cursu contenderent, vel currum rursus insilirent.

<sup>f</sup> *Equos desultorios*] Similiter binos ducentes equos, ab altero in alterum, vel armis onusti identidem insiliebant. Quod et in ipsis pugnis Numidæ factitarunt. Livius lib. III. Decad. 3. ‘Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus, desultorum in modum, binos trahentibus equos, inter acerrimam sæpe pugnam, in recentem equum ex fesso transultare mos erat; tanta velocitas ipsis, tamque docile eorum genus est.’ Quod et

de gentibus Istro vicinis refert Ælianus.

<sup>g</sup> *Trojam*] Certaminis equestris genus est a Trojani deductum, quod equis in orbem agendis et reducendis, pluribusque gyris ejusmodi perficiebatur, Virgil. v. *Æneid.* ‘Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus Alternis spatiis, alternosque orbibus orbes,’ &c.

<sup>h</sup> *Turma*] Triginta constabant equitibus singulæ turma.

<sup>i</sup> *Majorum minorumque*] Erat enim illa nobilium puerorum et ætate paulo proveciorum exercitatio: quod Virgilius ibidem innuit: ‘Vade age, et, Ascanio, si jam puerile paratum Agmen habet secum,’ &c. Et paulo post: ‘Una acies juvenum,’ &c. Quibus verbis majores illi minoresque pueri videntur indicari.

<sup>k</sup> *Venationes*] Quibus feræ conficiebantur in arena a servis, in ludo venatorio ad id institutus, quemadmodum gladiatores in gladiatorio, ut supra cap. 26. et 31. inde bestiarum dicti, de quibus infra Calig. c. 27.

<sup>l</sup> *Metæ*] In Circo constitutæ, ut eæ

stituta erant. Athletæ,<sup>m</sup> stadio<sup>n</sup> ad tempus exstructo, in<sup>1</sup> regione Martii campi certaverunt<sup>2</sup> per triduum. Navali prælio, in minore Codeta<sup>3</sup> defosso lacu,<sup>p</sup> biremes ac triremes quadriremesque Tyriæ et Ægyptiæ classis<sup>4</sup> magno pugnatorum numero conflixerunt. Ad quæ<sup>5</sup> omnia spectacula tantum undique confluit hominum, ut plerique advenæ aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positis manerent; ac sæpe præ turba elisi<sup>6</sup> exanimatique sint plurimi, et in his duo Senatores. [40.] Conversus hinc ad ordinandum Reipublicæ statum, fastos correxit,<sup>r</sup> jam pri-



Voss. lib. iv. de Anal. c. 23. Cf. Tib. cap. 30.—1 Delent præpositionem in Gron. Ern. Burm. Oud. cum Memm. Med. 1. 3. sed reposuit Bip. et postea Baumg. et ita Guelph. 1. Bern. 1.—2 *Camp. decert.* Rhed. 1. Alii distinguunt certaverunt. Per trid. nav. pr.—3 Per plures editi atque scripti habent in morem cochleæ, quam lectionem recte emendavit Turneb. Adv. xxiv. c. 14. in minore Codeta, et ita exhibent vetustiores et meliores codd. testibus Beroaldo, Raconeto, Torr. Pith. Groslot. et, qui duos se vidisse ait, Jos. Scaligero. Accedunt his Med. 1. 3. Vind. 1. margo Ed. Mediol. cum Lipsio, Memm. Huls. duo bibl. regiæ Paris. Casaub. citati, et vetus Lugd. Ed. 1608.—4 Vulgo classes. Casaub. rescripsit classis c Memm. et Copes. quod etiam receperunt Græv. Gron. Burm. Oud. Ern. et sic Med. 1. Periz. Cort. Edd. Rom. Bon. Junt. Lugd. Ald. Barthii codex mendose Triæ et.—5 Atque Periz. V. supr. cap. 29.—6 Elisi Huls. Dein exanimati sine que Med. 1. et sunt Vind.

#### NOTÆ

agitatorum cursus definirent, ne suos alii aliis magis contraherent: de his plura vide in Claud. cap. 21.

<sup>m</sup> *Athletæ*] De his supra hoc cap.

<sup>n</sup> *Stadio*] Hoc est, loco ad eundem comparato; quod etiam inde 'stadiodromum' et 'curriculum' appellavere: secus enim est mensuræ nomen, ut Romanis milliarium, Ægyptiis schœnus, &c.

<sup>o</sup> *In minore Codeta*] Legunt Beroald. et Sabellicus et Torrentius in morem cochleæ, quæ lectio admitteretur, ni priorem tot codicum stabiliret auctoritas. Codeta autem ex Festo et Victore in regione 14. erat quidam ager ad Tiberim circa Martium Campum. Unde conjiciunt interpretes, duplicem fuisse Codetam, quarum altera ad alterius differentiam minor

diceretur, non secus ac velabrum majus et minus reperire est.

<sup>p</sup> *Lacu*] Fossa, in quam aquæ Tiberinæ derivarentur.

<sup>q</sup> *Tyriæ et Ægyptiæ classis* [classes] Emendat Casanbonus, *Tyria et Ægyptia classis*, sive, ut est in Memmiano Codice, quem omnium antiquissimum prædicat, *biremes ac triremes, Tyriæ et Ægyptiæ classis*. Ex autem erant vel ad Tyriarum et Ægyptiarum similitudinem et imitationem factæ, quod illi populi Nauticæ artis peritissimi forent, vel accersitæ, vel bello captæ et in id servatæ. Idem de Rhodiis et Siculis Claud. cap. 21.

<sup>r</sup> *Fastos correxit*] Hi fasti sunt libri, quibus anni descriptio et causæ festorum explicantur. Calendaria more nostro dicere possumus.

dem vitio Pontificum<sup>s</sup> per intercalandi licentiam<sup>t</sup> adeo turbatos, ut neque messium feriæ<sup>u</sup> æstati,<sup>7</sup> neque vindemiarum autumno competerent. Annunquæ ad cursum solis<sup>v</sup> accommodavit, ut trecentorum<sup>w</sup> sexaginta quinque dierum esset, et intercalario<sup>x</sup> mense sublato, unus dies quarto quoque anno<sup>y</sup> intercalaretur. Quo autem magis in posterum ex Kalendis Januariis novis<sup>8</sup> temporum ratio congrueret, inter Novembrem ac Decembrem mensem interjecit duos alios: <sup>z</sup> fuitque is annus, quo hæc constituebantur, quindec-



1. Periz. Harlem. Edd. Cald. Mediol.—7 *Æstate Memm. Med.* 2. Voss. Harlem. Periz. a m. pr. Edd. Rom. Gryph. Bas. Plan. et aliæ, æstipulantibus Burm. Ern. Bip. Nostram lect. præferunt Casaub. Var. Pitisc. Oud. Wolf. cum Med. 1. 3. Vind. 1. 2. Cort. Palm. et Edd. nonnullis.—8 Ita corrigebant Salmas. Ursin. Casaub. Oud. Wolf. et sic marg. Gryph. 1539. Ern. conj. *nova*. Paulo supra Ven. 2. 3. Bas. e *Kal.* Inferius præpositionem *in* omisit Pitisc.

## NOTE

<sup>s</sup> *Vitio Pontificum*] Utpote quorum duntaxat custodiæ fasti credebantur, ut et ipse Cicero ait lib. de Orat. II. Pontifex enim maximus res singulorum annorum omnes scriptis mandabat, in album referebat, domique quo cognoscendi potestas populo foret exponebat: cap. 13.

<sup>t</sup> *Intercalandi licentiam*] Intercalare idem est ac interserere sen interconvocare; cum enim Romani ad Cæsaris usque tempora brevioris usi fuissent anno, necesse habebant dies multos addere, et eos mensibus suis interserere, ne perturbarentur anni tempestates; quod quia calatis comitiis populo convocato nuntiabatur, 'intercalare,' dictum est quasi interconvocare. Enimvero cum intercalandi modus solis Pontificibus innotesceret, ideo factum est ut hi, superstitionis quandoque gratia, vel potius, publicanis gratificantes, plus minusve quam par esset intercalarent, prout publicanorum rationibus expediebat, minui annum, vel proferri: inde nata perturbatio, quam emendavit Cæsar.

<sup>u</sup> *Messium feriæ*] Nec mitum; prout

enim plures, vel pauciores dies intercalabantur, hoc est, addebantur, citius vel tardius recurrebant feriæ, ita ut quæ dum messis fieret, celebranda veniebant, eæ vel nondum maturis vel jam repositis frumentis contingerent, sole scilicet nequiquam retardato.

<sup>v</sup> *Cursum solis*] A Numa enim non ad Solis, sed ad Lunæ cursum dies fuerant accommodati.

<sup>w</sup> *Trecentorum*] De hac anni correctione vide Josephi Scaligeri diatribam initio lib. IV. de emendatione temporum, et Macrobius lib. I. cap. 13.

<sup>x</sup> *Intercalario*] Vide Macrobius lib. I. cap. 14.

<sup>y</sup> *Unus dies quarto quoque anno*] Qui bissextilis etiamnum hodie dicitur: sed nova adhuc fuit opus reformatione, de qua consule librum de reformatione Calendarii Romani.

<sup>z</sup> *Interjecit duos alios*] Quam additionem fieri existimavit, ut cæli habitus is foret, quem Decembri mense esse convenit.

cim mensium cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. [41.] Senatum supplevit: <sup>a</sup> patricios al-  
legit: <sup>b</sup> Prætorum, <sup>c</sup> Ædilium, Quæstorum, minorum etiam  
magistratum <sup>d</sup> numerum ampliavit: nudatos <sup>e</sup> opere cen-  
sorio, <sup>f</sup> aut sententia <sup>g</sup> iudicum de ambitu <sup>h</sup> condemnatos, re-  
stituit. Comititia <sup>i</sup> cum populo partitus <sup>2</sup> est: <sup>i</sup> ut, exceptis  
consulatus competitoribus, <sup>3</sup> de cetero numero candidato-



—9 In Viterb. altera lectio annotata *elegit*, quam præbent etiam Periz. Harlem. Ven. tres, Bou. Lugd. Junt.—10 Conjecturam Ursini *notatos*, ab aliis VV. DD. receptam, firmant nonnihil Cort. Pal. tres, sed nihil mutandum est, ut recte Casaub. Burm. Ond. Tum *censores* Vind. 1. *ensorios* Med. 2. Huls. Cujac. Voss. ‘quod licet vitiosum videatur, ampliandum tamen de vero hujus loci sensu existimo.’ Oud.—1 *Sententiam* Periz. inde *per sententiam* proponit Burm. aut vel *ac sævitia* Huls. Copes. Vind. 1. et margo Ed. Mediol.—2 *Sortitus est* Harlem.—3 Sic omnes scripti et impressi ante Ed.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Senatum supplevit*] Centum Senatorum, a Romulo institutorum, numerum Tarquinius ad 300. auxit; verum qua ratione postea creverit ille numerus, apud antiquitatis investigatores aliud non constat, nisi quod Syllæ temporibus plures quam 400. fuerint. Cum vero Senatorum numerus, quisquis fuerit ille, civilibus bellis haud mediocriter esset imminutus, in mortuorum locum sufficit alios usque ad 900. quod non levem illi conflavit invidiam propter causas infra cap. 80. relatas.

<sup>b</sup> *Patricios adlegit*] In Viterb. codice legerat Casaubonus *elegit*. Notum est patricios primum eos duntaxat appellatos, qui e centum illis quos Romulus elegerat oriundi essent: hic autem dubio procul esse videtur, quin id honoris in novos quosdam contulerit. De patriciis adhuc infra non semel, Aug. 2. cap. 10. Tib. 1. &c.

<sup>c</sup> *Prætorum*] De prætoribus c. 14. Ædilibus c. 10. Quæstoribus c. 6.

<sup>d</sup> *Minorum et magistratum*] Ii sunt præter Coss. Prætores et Censores; qui majores ordinarii, reliqui omnes

Romani magistratus.

<sup>e</sup> *Nudatos*] Censores proprie notare dicuntur eos quos dignitate sua privant: verum cum ab hac lectione codicum nullus dissentiat, dicendum est hoc verbum ‘nudatos’ ex iis num esse quæ Suetonio peculiaria sunt. ‘Nudos equites’ pro sceleratis et probrosis dixit Cicero lib. 1. ad Atticum Epist. 13.

<sup>f</sup> *Opere censorio*] Censorum enim erat et Senatores legere et Senatum movere, aliaque implere maximæ potestatis officia. Censorium opus hic sumitur pro nota censoria.

<sup>g</sup> *Ambitu*] De ambitu quid esset supra cap. 9.

<sup>h</sup> *Comitia*] Supra cap. 13.

<sup>i</sup> *Partitus est*] Hoc est, jus creandorum magistratum sic divisit, ut dimidiam candidatorum partem populo relinqueret eligendam, alteram sibi reservaret. Hinc Juvenalis Satir. x. subactum ridens populum: ‘Qui dabit olim Imperium, fuses, legiones, omnia, nunc se Continet, atque duas tantum res anxius urget Panem, et Circenses,’ &c.

rum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiarentur; <sup>4</sup> pro parte altera, <sup>5</sup> quos ipse edidisset. <sup>6</sup> Et edebat per libellos, circum tribus <sup>7</sup> missos, scriptura brevi: 'Cæsar Dictator illi tribui. Commendo vobis <sup>k</sup> illum, et illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.' Admisit ad honores et proscriptorum liberos. <sup>1</sup> Judicia ad duo genera judicum <sup>8 m</sup> redegit, equestris ordinis ac senatorii: Tribunos ærarios, <sup>n</sup> quod erat tertium, sustulit. Recensum populi, <sup>o</sup> nec more, <sup>p</sup> nec loco <sup>9 q</sup> solito, sed vicatim per dominos in-

<sup>b</sup> *Recensuit populum, non modo consueto, sed per proprietarios insularum, nec loco solito, sed per vicos urbis.*

Græv. quæ petitoribus habet.—4 Baumg. accedit Torr. ac Ruhnk. qui renuntiantur legendum judicarent, nullo tamen codice consentiente.—5 Parte dimidia Fouc.—6 Sic Torr. ex Ursini et Lipsii placito, sed Oud. potius rescriberet *dedisset*, ut Medic. Memm. cum Edd. Vett. ipsam *dedisset* Huls. Primum agnoscit Ern. ex marg. Gryph. Mox copula et deest Memm. et Barth. quare et *dabat* legi jussit Oud.—7 *circum tribunos* Pal. tres, Med. 2. 3. Vind. 1. Periz. Fouc. Edd. Camp. Mediol. Cald. *circum tribunos* Harlem. cuique *tribui* Vind. 2. Cort. marg. Pulm. cod. Rom. Lugd. Junt. Ald.—8 *Judicium* Huls. Vind. 1. Harlem. Mox et *sen.* Med. 2. Cort. Item *tribuni* Huls. qui *erat* Fouc.—9 Vind. 2. Cort. *nec loc. nec more*; Vind. 1. *nec sol. loc.*—

## NOTE

<sup>k</sup> *Commendo vobis, &c.*] Formula est qua usi sunt quoque ceteri post Cæsarem Imperatores. Vide Tacitum Annal. 1. de Tiberio: 'tum primum e campo comitia ad patres translata sunt: nam ad eam diem etsi potissima arbitrio principis, quædam tamen studiis tribuum fiebant.' Paulo post: 'moderante Tiberio ne plures quam quatuor candidatos commendaret, sine repulsa et ambitu designandos.'

<sup>1</sup> *Proscriptorum liberos*] Non a se; nulla enim a Cæsare facta proscriptio; sed a Sylla, qui rerum potitus, ut supra notatum est cap. 1. truculenta illa quam fecit proscriptio, non parentes modo necandos mandavit, sed leges quoque tulit ut, contra morem antiquum, ne ipsorum quidem liberi ad honorum petitionem admitterentur, aut legi possent in Senatum. De proscriptioe dictum cap. 4.

*Delph. et Var. Clus.*

<sup>m</sup> *Judicium*] De iis, ut eorum Decuriis, Aug. c. 32. Calig. 36. &c.

<sup>n</sup> *Tribunos ærarios*] Quibus pecunia, quam militibus distribuerent, erat attributa; quique pecuniam quæstori publice numerarent, quos et inter judices annumerat Cicero Epist. 11. ad Attic. lib. 1.

<sup>o</sup> *Recensum populi*] 'Censum' non dixit, quod nomine illo intelligenda veniat illa populi recognitio quæ fit per Censores, scribas, &c. adhibitisque cærimoniis pluribus, quas hic defuisse satis indicat.

<sup>p</sup> *Nec more*] Non enim Censorem se dixit, sed præfectum morum; de quo Cicero Epist. 15. lib. ix. Famil. 'quamdiu hic erit noster, hic præfectus moribus, parebo auctoritati tuæ:' et infra cap. 76.

<sup>q</sup> *Nec loco*] Fiebat enim vel in foro vel in campo Martio.

*Sueton.*

G

sularum <sup>1</sup> egit: <sup>2</sup> atque ex viginti trecentisque millibus accipientium frumentum e publico, ad centum quinquaginta <sup>10</sup> retraxit. Ac ne qui novi <sup>11</sup> cœtus <sup>5</sup> recessione causa moveri quandoque possent, instituit, quotannis in demortuorum locum ex iis, qui recensiti <sup>1</sup> non essent, <sup>1</sup> subsortitio <sup>2 u</sup> a Præ-tore fieret. [42.] Octoginta autem <sup>3</sup> civium millibus in transmarinas colonias <sup>v</sup> distributis, ut exhaustæ quoque Urbi <sup>4</sup> frequentia suppeteret, sanxit, Ne quis civis major annis viginti, minorve quadraginta, <sup>5</sup> qui sacramento <sup>w</sup> non teneretur, plus triennio continuo <sup>6</sup> Italia abesset: neu quis Senatoris filius, nisi contubernalis <sup>x</sup> aut comes <sup>y</sup> magistratus, peregre proficisceretur: neve hi, qui pecuariam <sup>7</sup> facerent, minus <sup>8</sup> tertia parte <sup>z</sup> puberum ingenuorum inter pastores



10 Copes. mendose *Clod.* pro *CL.*—11 *ac nov. ne qui* Huls. Tum *recessionis* in Med. 2.—1 *Recensi* Memm. Pith. Med. 3. marg. Mediol. et sic edidit Ern. recepitque Bip. Cf. *Vesp.* cap. 9.—2 *Sub solstitio* Huls.—3 *Autem* deest Vind. 2. Cort. deinde mendose *transmarinas* Med. duo, marg. Mediol. pr.—4 Sic legendum esse contendunt Casaub. Wolf. Brem. Baumg. contra Burm. Oud. et Ern. *urbis* scribentes. Steph. edidit *urbis præsentiam*, quem nemo secutus est.—5 Omnes Mss. conspirant in vitiosa lectione *decem*, vel *X.* præter solos Tornæ. et Ursin. qui *XL.* habent, et ita Edd. recentiores. Oud. conj. *L.* ut Casaub. præverat *LX.* Omittitur *annis* in Copes.—6 *Continuo* exulât a Fouc. Mox Lips. ad Ann. Tac. XII. corrigendum vellet *neu quis senator, senatorisve fil.* Præbent *ne quis* Harlem. Ven. tres, Lugd. Junt. Ald. Bon.—7 In Pin. *qui rem pecuariam facerent*, deleta tamen syllaba *ni* in *pec.* Addunt quoque Periz. Cujac. *rem* post *pec.* cum Edd. Ven. Lugd. Mediol. aliisque, sed glossam censent Burm. et Oud.—8 *Plus tert.* cod. Ursini.—9 *Et deerat*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Per dominos insularum*] Non vero per scribas censorum. Insulæ sunt ædificia, vel ædificiorum multitudo, quæ aliis non conjunguntur ad earum similitudinem terrarum quæ mari vel fluminibus eminent. Sed hic insulas intelligit Suetonius quasvis ædes locatitias: sic enim post Neronem dictæ fuerunt, quemadmodum ex Tacito Casaubonus existimat: earum igitur dominos intellige ipsos locatores.

<sup>s</sup> *Catus*] Supra de hac voce c. 16.

<sup>t</sup> *Qui recensiti non essent*] Qui Cæsaris recensione ad frumentationem admissi non erant.

<sup>u</sup> *Subsortitio*] Hoc est, secundaria

quædam sortitio in eorum solatium qui prima sortitione fuerant exclusi, ut nempe in mortuorum loca subrogarentur.

<sup>v</sup> *Transmarinas colonias*] Quarum præcipuæ Corinthus et Carthago.

<sup>w</sup> *Sacramento*] Jurejurando sese Romani milites astringebant ad parandum duci quocumque duceret.

<sup>x</sup> *Contubernalis*] Supra cap. 2.

<sup>y</sup> *Comes*] De iis, quales sub Magistratibus erant, supra cap. 4. num. 8. et sub Imperat. infra, Tib. cap. 46.

<sup>z</sup> *Minus tertia parte*] Cum enim illis matrimonium inire liceret, non autem legionariis militibus; futurum

haberent. Omnesque medicinam Romæ professos, et<sup>9</sup> liberalium artium doctores, quo libentius et ipsi Urbem incohererent, et ceteri appeterent, civitate donavit. De pecuniis mutuis, disjecta<sup>10</sup> novarum tabularum<sup>a</sup> expectatione, quæ crebro movebatur, decrevit tandem, ut debitores<sup>1</sup> creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti quasque ante civile bellum<sup>b</sup> comparassent, deducto summae<sup>2</sup> æris alieni, si quid usuræ nomine numeratum aut perscriptum<sup>3</sup> c<sup>c</sup> fuisset: qua conditione quarta pars<sup>d</sup> fere<sup>4</sup> cre-

<sup>c</sup> *Quod ad pecunias mutuas attinet, adempta spe remissionis debitorum quæ sæpe excitabatur, statuit demum ut debitores solverent debita creditoribus, facta æstimatione prædiorum juxta pretium quo singula emta fuerunt ante civiles tumultus; detrahendo de sorte si aliquid solutum fuisset, fœnoris loco; qua pactione propemodum quarta pars pecuniæ creditæ amittebatur.*



Ven. 1. Lugd. Junt. Arg. improbante Wolf. Supra *omnisque Memm. omnemque Vind. 1.—10* Sic constanter omnes, malebat tamen Torr. *dejecta.—1* *Ut debitoribus sat.* Copes. Tum *comparavissent* Edd. Rom. cum uno cod. Torr.—2 Ita Cort. Barth. In reliquis codd. ac Edd. præcis exaratur *deducta summa*. Urs. conj. *deducto de summa*, et sic edidit Steph. non improbante Burm. qui autem delendas voces *ar. al.* cum libro Torr. putat. Seriv. deinde *mallet deducto a*, vel *e summa*, quod profert iterum Ond.—3 *Quod præscriptum* Periz. Harl. Ven. tres, Arg. Lugd. Junt. cum Cort. et Cald. ac ita sentit Zazius de

#### NOTÆ

erat ut plures a bello avocarentur ad pecuniarum, quorum matrimonio procuranda erat urbis frequentia.

<sup>a</sup> *Novarum tabularum*] In more positum erat ut unusquisque sibi domesticam rationem totius vitæ suæ scriberet per singulos dies, in quo appareret quid de redditibus suis, fœnore, lucrove seposuisset, aut expendisset: ad hæc scribenda tabulis ligneis cera illitis utebatur, inde ‘tabulæ accepti et expensi,’ &c. Novæ igitur tabulæ, de quibus hic, sunt eæ in quas nomina, hoc est, ea quæ sibi debebantur, referebant: quæ si deleri et expungi jubeantur, ut novæ fiant, idem est ac omnia debita prorsus aboleri, quod quanquam maxime popolare esset, noluit tamen Cæsar populo condonare: de quo ipsemet tertio de bello civili statim ab initio, ubi

ea quæ narrat hic Suetonius facta dixit: ‘Hoc et ad timorem novarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella et disensiones civiles sequi consuevit, et ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimavit.’ Et de perturbationibus a Cælio super hæc re motis paulo infra illo eodem lib. III. de tabulis vero adhuc infra Tib. cap. 15. quæ etiam omnia de tabulariis publicis, nomina describentibus, melius intelligas. Apud ipsos enim sumebatur quoque pecunia mutua, quemadmodum ferme apud eos quos vulgo ‘notarios’ appellamus.

<sup>b</sup> *Ante civile bellum*] Vastati enim illo durante agri, proventum redderant longe viliores, ac proinde longe minoris æstimati fuissent.

<sup>c</sup> *Numeratum aut perscriptum*] ‘Nu-

diti deperibat.<sup>4</sup> Cuncta collegia,<sup>e</sup> præter antiquitus constituta, distraxit.<sup>5</sup> Pœnas facinorum auxit: et<sup>6</sup> cum locupletes<sup>f</sup> eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis<sup>g</sup> exulabant, parricidas,<sup>h</sup> ut Cicero scribit,<sup>7</sup> bonis



Leg. Rom. damnante Burm.—4 *Fieret pro fere* habent Memm. Med. 3. Polit. coll. *debiti* a m. pr. in Periz. *pene* Edd. Rom. *Tum deperiebat* Harlem.—5 Ita plurimi codices cum Edd. Rom. *destruxit* Pal. 1. 3. quod non displicebat Lipsio, qui etiam conj. *destruxit* h. l. reponendum. Male ut Oud. videtur.—6 *Et*, licet reperiat in omnibus exemplaribus, tollendum censebat Casaub. probante Boxh. et majorem distinctionem post *exulabant* statuente.—7 Burm. verba tria ut *Cic. scr.* ante *parricidia* rectius inserenda existimabat; cuius emendationi faverent Ern. et Oud. si modo *exularent* legeretur, ut in Med. 3.

### NOTÆ

merare' est præsentem pecuniam solvere, et naturæ potius quam juris verbum. 'Perscribere' vero contra juris est, significatque sumendam apud argentarium seu tabularium, de quo adhuc Aug. cap. 3. et alibi, pecuniam permittere, quo sensu Terentius Phormione Act. v. Scen. 8. 'Argentum jube rursus rescribi, Phormio: hoc est, fac reddatur ab eo mensario a quo sumendum illud tibi concessimus: cui respondet parasitus ille Phormio: 'Quod? næ ego perscripsi porro illis quibus debui.' Significat quoque ejus nomine se obligare, ut Cicero lib. xvi. ad Attic. Ep. 2. quæ est omnium 332. 'Sed cum videas quantum de jure nostro decesserimus, qui de residuis quadringentis sestertiis ducenta præsentia solverimus, reliqua perscribamus.'

<sup>d</sup> *Quarta pars*] Rationem inire facile est: civile bellum anno ab U. C. 705. incæperat, lata lex est anno 707. cum primum Cæsar victo Pompeio venit in urbem et Dictator est factus; si igitur, ut fieri consueverat, centesimam fœnoris loco solverent, hoc est, centesimam in singulos menses debiti partem (usuras enim singulis mensibus exigebant) pro 100. v. g. aureis anni solvebantur aurei

12. unde patet biennio quo exactæ fuerant usuræ 24. numeratos fuisse, quæ fere quarta pars est.

<sup>e</sup> *Cuncta collegia*] Sunt societates quædam et conventus vel artificum, vel etiam ejusdem nationis hominum, ad Deorum honorem constitutæ. Collegiorum primus auctor Numa Pompilius, qui ea per artes plerasque distinxit, sed cum aliis atque aliis identidem additis supra modum crevisserent, sublata jam ante nonnulla fuerant, ac postmodum a P. Clodio restituta, ac multa ex servitio ac fœce urbis insuper addita, quæ Cæsar iterum dissolvit: ex iis quos servatos voluit fuere Judæi, quibus concessit ut more patrio Romæ convenirent, sodalibus aliis interdictis. Joseph. Antiquit. lib. xiv. cap. 17.

<sup>f</sup> *Locupletes*] Idem suo quoque tempore querebatur de præsidibus provinciarum Juvenalis Sat. i. vs. 48. 'Et hic damnatus inani Judicio, (quid enim salvus infamia nummis?) Exul ab octava Marius bibit, et fruitur Diis Iratis: at tu, victrix provincia, ploras.'

<sup>g</sup> *Integris patrimoniis*] Libera quippe Repub. cuicumque civi Romano accusato abundi potestas fuit, priusquam sententia pronuntiaretur, quam



omnibus, reliquos dimidia parte<sup>8</sup> mulctavit. [43.] Jus laboriosissime ac severissime dixit. Repetundarum<sup>i</sup> convictos<sup>9</sup> etiam ordine senatorio movit. Dirimit nuptias prætorii viri, qui digressam<sup>k</sup> a marito post biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspitione. Peregrinarum mercium portoria<sup>l</sup> instituit. Lecticarum<sup>m</sup> usum, item conchyliatæ<sup>10n</sup>



Edd. Rom. Polit. et marg. Mediol. sed suspecta habet Wolf.—8 Omittit parte Rhed. 1.—9 *Convinctos* Harlem. Hanc periodum cum Ern. præponere illi *jus dixit* mallet Oud. Tum *senatorios* Fouc. Infra *portoria* Vind.

## NOTE

hoc pacto, cum bonorum jactura, simul evadebant: quod et de Atheniensibus probat hic ex Demosthene Casaubonus. Sed ea libertatis insignia, cum aliis, imperatores ademerunt.

<sup>h</sup> *Parricidas*] Patet hic non intelligendos patrum, sed parium interfectores: sic enim homicidas quoscunque dixerunt antiquitus; et de parenticidis lege Cornelia gravius cautum fuerat, ut videbitur infra Ang. cap. 33. parricidas autem eos duntaxat intellige qui scientes scelus patrarent. Sic enim lex Numæ, 'si quis hominem liberum sciens morti duit, parricida esto.' Et Festus in voce 'sacer,' 'si quis eum qui plebiscito sacer sit occiderit, parricida ne sit.' Voce 'reliquos' Torrentius intelligit eos qui non scientes occiderint: 'Quæ pænæ videntur locupletibus irrogatæ facinorosis.' Quod vero de Cicerone addit, suspectum Torrentio est ne aliunde intrusum fuerit, cum in ejus operibus non reperiatur. Casaubono secus videtur, cum ea non habeantur hodie quæcumque scripserat Orator.

<sup>i</sup> *Repetundarum*] De hoc crimine supra cap. 4. ejus pœnam Asconius fuisse notat exilium et publicationem bonorum: quod et Cicero non semel innuit in Verrinis. Huic videtur

Cæsar amissionem ordinis addidisse, quam tamen existimat Lipsius cum exilio commutatam. Ut ut est, sub imperatoribus pœna illa obtinuit, ut patet Othon. cap. 2. et Tacit. lib. 1. Hist. 'Redditus Cadio Rufo, Pædio Blæso, Senatoribus, locus, qui repetundarum criminibus sub Claudio et Nerone,' &c.

<sup>k</sup> *Digressam*] Solutio nempe per divortium matrimonio.

<sup>l</sup> *Portoria*] Vectigalia sunt quæ portitoribus, hoc est, conductoribus tributorum, quæ ad importandas merces peregrinas e portibus colligebantur.

<sup>m</sup> *Lecticarum*] His gestabantur viri dignitate conspicui, et primariæ nobilitatis matronæ, idque a servis, qui ideo lecticarii servi, sex ut plurimum vel octo. Unde lectica ipsa hexaphorum et octaphorum. De quibus adhuc infra Tib. cap. 64. Calig. cap. 58. Domit. cap. 2. et 8.

<sup>n</sup> *Conchyliatæ*] Hoc est, purpureæ, infectæ scilicet pretioso illo muricis sive ostrei succo; hæc enim duo plerique pro eodem accipiunt atque Conchyle sive Conchylium: alii vero diversa concharum esse genera sentiunt: de his plura Baius de re vestiaria cap. 3. et Calig. cap. 17.

vestis, et margaritarum, nisi certis personis<sup>o</sup> et ætatibus,<sup>p</sup> perque certos dies,<sup>q</sup> ademit. Legem præcipue sumtuariam<sup>r</sup> exercuit, dispositis circa macellum<sup>s</sup> custodibus, qui opsonia contra vetitum retinerent, deportarentque<sup>t</sup> ad se, summissis nonnunquam lictoribus atque militibus, qui, si qua custodes fefellissent, jam opposita e<sup>2</sup> triclinio<sup>t</sup> auferrent.<sup>u</sup> [44.] Jam<sup>s</sup> de ornanda instruendaque Urbe, item de tuendo ampliandoque<sup>4</sup> imperio, plura ac majora in dies destinabat :

<sup>d</sup> Collocatis custodibus circa macellum, ut retinerent et ad se afferrent cibaria quæ essent contra interdictum legis, quandoque immisisse clanculum lictoribus et militibus, ut si aliqua latuissent custodes, ea auferrent, jam sumministrata mense.

//////////

1.—10 *Conciliatæ* Memm.—1 Sic habent Rom. Bon. Ven. Bas. et recentiores Edd. sed reliquæ veteres *portarent*. Mox *atque mil.* desunt Cujac.—2 *Præpositionem e* non agnoscunt Med. 3. Steph. Ald. Arg. Junt. Præbet Rhed. 1. *si qui cust. fe. manu app.*—3 Ita primus edidit Casanb. uti Lips. etiam libri margini alleverat, et præferunt Scriv. Burm. Bauing. Contra Ern. Oud. Wolf. cum Med. tribus, utroque Vind. Cort. Fouc. Memm. Copes. Edd. Rom. Bon. Arg. Lugd. Junt. Ald. Steph. Bas. Plant. Gryph. *nam* scribendum judicabant. Rhed. 1. *nam in ornanda.*—4 *Amplificandoq.* Copes. Mox *in dies* deerant Med. 1. 3. et *usquam* Vind. 1. Tum *et repleto* Vind. 2. Cort. *ac compl.* Vind. 1. Porro *theatrum* sine copula Vind. 2. Cort. et *monte acc.* Fouc.—

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Certis personis*] V. g. Magistrati-  
bus.

<sup>p</sup> *Et ætatibus*] Eusebii in Chronico verba sunt: 'In anno proximo post devictam a Cæsare Ægyptum, prohibita lecticis margaritisque uti, quæ nec viros nec liberos haberent, et minores essent annis quinquaginta quinque.'

<sup>q</sup> *Certos dies*] Eos nempe qui peculiari quodam festo solennes essent, ut Idibus, Kalendis, &c.

<sup>r</sup> *Sumtuariam*] Fanniam primum, deinde Liciniam, quibus senio et situ oblitteratis, cum plures, ut inquit Gellius, in patrimoniis amplis belluarentur, et familiam pecuniamque suam prandiorum gurgitibus proluissent, immoderate huic conviviorum impensæ modum adhibuit Sylla, ac tandem has leges vim habere curavit Julius

Cæsar, non novas instituit. Juliam enim sumtuariam Augusto tribuit Gellius lib. 11. cap. 21. de quo et Macrobr. lib. 111. cap. 17.

<sup>s</sup> *Macellum*] Locus in urbibus ubi veneunt quæcumque ad victum pertinentia.

<sup>t</sup> *Triclinio*] Patet triclinium hic accipi pro ipsa mensa, huic enim, non illi, apponebantur cibi. Triclinium, ut per se nomen indicat, tribus lectis constabat, quibus singulis in formam semicirculi circum mensam dispositis, accumbebant terni; vel si plures, sordidum erat: unde Cicero in Pisonem id ipsum dedecoris loco enumerat: 'Græci stipati, quini in lectulis, sæpe plures, ipse solus, bibitur usque co,' &c. Et Horatius Sat. 4. lib. 1. eodem sensu. 'Sæpe tribus lectis videas cenare quaternos,' &c.

in primis Martis templum, quantum nusquam esset, extruere, repleto et complanato lacu, in quo naumachiæ<sup>u</sup> spectaculum ediderat, theatrumque summæ magnitudinis,<sup>e</sup> <sup>v</sup> Tarpeio<sup>w</sup> monti accubans: jus civile<sup>x</sup> ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quæque et necessaria in paucissimos conferre libros: bibliothecas Græcas et Latinas,<sup>5</sup> quas maximas posset, publicare,<sup>y</sup> data M. Varroni<sup>z</sup> cura comparandarum ac digerent-

<sup>e</sup> Præsertim ædificare ædem Martis tanta magnitudine quanta nullibi foret, postquam replevisset et exaquasset solo lacum, in quo exhibuerat pugnam navalem.



5 Gr. Latinasque Med. duo, Pal. 1. 2. Pin. Voss. Fouc. Cort. Edd. Rom. Corrigit Grut. cum aliis Græcam Latinamque. Dein quam maximas vel quan-

## NOTÆ

<sup>u</sup> Naumachiæ] De qua supra c. 39.

<sup>v</sup> Theatrumque summæ magnitudinis] Huc enim usque non nisi temporanea fuerant quotannis e ligno fieri solita, ut notat ex lib. v. Vitruvii Lipsius Amphitheat. c. 5. et colligitur etiam ex Dion. lib. xxxvii. et lib. xliii. quo postremo refert exstructa a Cæsare in campo Martio theatrum et amphitheatrum inventi quidem novi fuisse, sed lignea.

<sup>w</sup> Tarpeio] Unus est e septem Romanis montibus, qui et Capitolinus a Capitolio dictus est. Theatrum postea Marcelli nomine exstruxit Augustus c. 29. in Aug.

<sup>x</sup> Jus civile] Id quoque tentatum a Cicerone testis est Gellius lib. i. c. 22. ubi fragmenta quædam ex illius libro, qui inscriptus est 'de jure civili in artem redigendo,' adducit in testimonium. Sed tam immensum opus tandem feliciter adimplevit Justinianus, et quidem singulari industria: tanta est enim titularum, qui toto jure civili continentur, inter se conexio, ut suus sit singulis locus, nec aptior vel a peritissimo quocumque

potuerit excogitari. Et sane cuilibet viro bonæ mentis valde natura sua malevolus videbitur ille, qui de Jurisprudentia Romana, tam nitide in ordinem redacta, et petulanter et improbe detraxerit. Præsertim vero postquam Ludovici Magni sapientia incredibili, ac pæne divina contigit, ut promovente Michaële Tellerio Cancellario superillustri studia juris civilis diu sopita per universas Gallias in pristinum splendorem restituerentur. Tanti nempe momenti negotium Illustrissimis Togæ proceribus, comitibus consistorianis Ludovico Boncheratio, Claudio Basinio Besontio, Claudio Peleterio, et Hieronymo Bignonio, a Rege sapientissimo nominatum mandatum est conficiendum. Quorum omnium solertiam et prudentiam eximiam præscripta singulis totius regni Academiis juris Romani publice docendi forma cumulatissime demonstravit.

<sup>y</sup> Publicare] Publice utendas permittere.

<sup>z</sup> M. Varroni] Illi, qui doctissimus togatorum habitus est.

darum : <sup>6</sup> siccare Pomptinas <sup>7</sup> paludes : <sup>a</sup> emittere Fucinum lacum : <sup>b</sup> viam munire <sup>c</sup> a mari supero <sup>8</sup> per Apennini <sup>d</sup> dorsum ad Tiberim usque : perfodere Isthmum : <sup>e</sup> Dacos, <sup>9</sup> <sup>f</sup> qui se in Pontum <sup>g</sup> et Thraciam <sup>h</sup> effuderant, coërcere : mox Parthis <sup>i</sup> inferre bellum per Armeniam minorem, <sup>k</sup> nec, nisi ante expertos, aggredi prælio. <sup>f</sup> Talia agentem <sup>10</sup> atque

<sup>f</sup> Et cum iis prælium non committere antequam experientia aliqua tentasset illorum peritiam.

//////////

*tas max. malebat Torr. et illud habent Ald. Steph.—6 Prave dirigend. Periz. Copes. Ven. tres, Steph. Mediol. pr. Gryph. Plant.—7 Pontinas Edd. antiq. fere omnes, etiam recentiores præter Casaub. Barth. ex suo profert Promptinas, ut et man. doct. in marg. Ed. Steph. et Exc. Cujac. Mox Fulcinum Voss.—8 Super Med. dno. super Ap. deorsum Copes. supero per Apenninum dors. atque Tib. Harlem.—9 Duccos Vind. 2. Cort. in quibus etiam per Thrac. quod in textum recepit Ern. e Lys. probante Oud. Sed vulg. revocarunt Wolf. et Baumg.—10 Agitantem in marg. cod. Periz. Mox hab. et ad cult. ad oram*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Pomptinus paludes*] Alii *Potinas*, alii *Pontinas* legunt; hodie, *l'Aufente palude*: tam grandes erant ut eas vel arte magica exsiccari Plinius optaret. Ut lib. xxvi. c. 4. ait, 'ut tantum agri suburbanae redderetur Italiae:' erant enim in Latio. Nunc aiunt ferme totas exsiccatas, quamvis id præter Cæsarem conati quomque sint frustra semper alii imperatores et reges, Aufidio flumine et vicinarum montium radicibus perennes aquas, et quæ derivari in perpetuum alio non potuerant, immittentibus, quod a Cornelio Cethego Consule ante Cæsaris tempora factum narrat Livius lib. XLVII.

<sup>b</sup> *Fucinum lacum*] Hodie ab oppidis circumstantibus varia habet nomina, *Lago di Celano*, *Lago di Marso*: erat enim in finibus Marsorum: de hoc eodem consilio Claud. cap. 20.

<sup>c</sup> *Viam munire*] Sternere vel conficere.

<sup>d</sup> *Apennini*] Notus mons, ab Alpibus juxta totam Italiae longitudinem porrectus.

<sup>e</sup> *Perfodere Isthmum*] Quod et ante ipsum Demetrius Rex, et post illum

Caligula cap. 21. et Nero cap. 19. in fausto omnes eventu tentaverunt. Hodie Corinthiacus ille isthmus Nigro et Volaterrano dicitur *Hexamili*.

<sup>f</sup> *Dacos*] Hos inter Scythiae Europae populos Cluverius annumerat, easque regiones tenuisse dicit, quas hodie Valachi et Moldavi ferme omnes; atque etiam Transilvani et Hungarorum pars, lib. iv. cap. 17. Introduct. in Geogr.

<sup>g</sup> *Pontum*] Supra cap. 35.

<sup>h</sup> *Thraciam*] Hodie *Romania* est, propter iustauratam in ea regione novam Romam, nempe Constantinopolim.

<sup>i</sup> *Parthis*] Apud eundem Cluverium lib. v. cap. 13. hodie *Arach*.

<sup>k</sup> *Armeniam minorem*] Nigro est hodie *Anaduole*, aliis *Pegian*; et ubi Colchorum fines attingit *Acoionlu*. Plutarchus in Cæsare destinasse illum ait, pervenire ad Caspium mare, inde supra Pontum per Scythiam in Germaniam et Gallias ad repetendam Italiam transire, Romanum hoc terrarum spatio conclusurus imperium.

meditantem mors prævenit: de qua priusquam dicam, ea, quæ ad formam<sup>1</sup> et habitum et cultum et mores, nec minus, quæ ad civilia et bellica ejus studia pertineant, non alienum erit summatim exponere. [45.] Fuisse traditur excelsa statura, colore candido, teretibus<sup>m</sup> membris, ore paulo leniore,<sup>1</sup> nigris vegetisque oculis,<sup>2</sup> valetudine prospera; nisi quod tempore extremo repente animo linq̄i, atque etiam per somnum<sup>3</sup> exterreri solebat. Comitiali quoque<sup>4</sup> morbo<sup>o</sup> bis inter res agendas correptus est. Circa corporis curam morosior,<sup>5</sup> ut non solum tonderetur diligenter ac raderetur, sed velleretur<sup>q</sup> etiam, ut quidam exprobraverunt; calvitii vero deformitatem iniquissime ferret,<sup>6</sup> sæpe<sup>7</sup> ob-



Ed. Torr.—1 Lipsius malit legendum *ore p. depleniore*, Heins. *paulo leniore*, Græv. *ore pallidiore*, aut *paulo oblongiore*, sed nihil mutandum affirmabant alii.—2 Viterb. cum Pal. 2. 3. *nig. levibus, volubilibus oculis*. Glossam vocat Burm. *Tum valetudine prosperrima* Rhed. 1.—3 *Per somnium perperam* Vind. 1. Mediol. pr. Cald. aliæque.—4 *Com. morb. omisso quoque*, Copes. Dein recte præfertur *agens alteri lectioni gerendas*, quam exhibent Edd. Vett. usque ad Steph.—5 Malebat Colerus *morbosior*, quod nullo firmatur codice. Voces *dil. ac rad.* desiderantur in Cujac. Fouc. *ac rad.* in Cort. Med. 2. a m. pr. Mox *avelleretur* Vind. 1.—6 Ita primus mutavit Stephanus, cum ante excuderetur *ferre*, sicut etiam scribitur in Med. 1. 2. Vind. utroque, Cort.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Ea quæ ad formam, &c.*] Hæc omnia eodem quo hic proposita sunt ordine refert Suetonius: quam scribendi rationem familiarem esse nostro auctori animadvertere est, ut nempe ea generatim proponat quæ sigillatim postmodum explicet.

<sup>m</sup> *Teretibus*] Teres dicitur illud quod rotundum est et oblongum: intelligit ergo membra Cæsaris fuisse quidem succulenta, non obesa; qualia Casaubonus ex Aristotele vocat *εὐσπακα*, nos *en bonne chair*, *ni gras ni maigre*. Quem tamen Plutarchus macilentum fuisse scripsit.

<sup>n</sup> *Somnum*] Alii *somnium*: emendarunt ex aliis Mss. Torrentius et Casaubonus, et bene: somni enim in quieti minus prosperæ valetudinis indicia.

<sup>o</sup> *Comitiali qu. morbo*] Caducum vulgus appellat: Græco vocabulo Epilepsia dicitur: qui etiam sacer vel divinus, quia, ut ait Apuleius in *Apologia*, 'partem animi rationalem, quæ longe sanctissima est, eam violet.' Comitialis vero, quod inauspicatus esset Comitibus habendis; aliquo enim coincidente ex hoc morbo dum haberentur Comitibus, dirimebantur. Hercules quoque dictus est, ab Hercule: hoc Cæsar correptus traditur a Plutarcho dum aciem ordinaret in Africa, quem simul ac persensit delatus in proximam turrim quieti se dedit.

<sup>p</sup> *Morosior*] Hoc est, tam exquisite corpus curabat ut vel minimo defectu offenderetur, et morosus fieret.

<sup>q</sup> *Velleretur*] Deliciorum mos erat

trectatorum<sup>r</sup> jocus obnoxiam expertus. Ideoque et deficientem<sup>s</sup> capillum revocare a vertice assuerat, et ex omnibus decretis sibi a Senatu populoque honoribus, non aliud<sup>9</sup> aut recepit aut usurpavit libentius, quam jus laureæ<sup>10</sup> coronæ<sup>s</sup> perpetuo gestandæ.<sup>r</sup> Etiam cultu notabilem ferunt. Usum enim lato clavo<sup>t</sup> ad manus fimbriato,<sup>u</sup> nec ut unquam aliter



Voss. Periz. Harlem. 'Bene, si plenam distinctionem ponas ante *calvitii*, pro *fererat*; uti e glossa exaratur in Cujac. et Copes.' Oud. Supra habet Rhed. 2. ut q. *exprobrarent calv. def. cum iniq.*—7 *Obt. saepe* Harlem. Cujac. Vind. 1. Periz. cum Edd. quamplurimis. *obtrectorum* Memm. Dein *obnoxias* Vind. 2. —8 Cujac. dat *difficientem*. Tum conjectura Schultingii *ad verticem* perplacet Ern. contra omnes rodd. ac Edd. Item Copes. Med. 1. *consueverat*.—9 Probat Burm. emendationem viri docti in ora Ed. Plant. scribentis *non alium*, Ern. improbante.—10 Restituit vocem *laureæ* Oud. ex Mss. plerisque, omnibusque Edd. usque ad Casaub. astipulantibus Ern. Baumg. Omisserunt Burm. Scriv. Bip. alii et multi.—1 Huls. *gestandum*. Dein *at minus* Cujac. Mox *ut abest* a Memm. Barth. Med. duob. Voss. *Ut nec unq.* Cort.

#### NOTE

ut pilos volsellis evelli sibi juberent; quod vitio dabatur, unde corpora vulsa muliebriter fœdissima dieit Quiutilianus lib. III. et Martialis molles carpit non semel.

<sup>r</sup> *Obtrectatorum*] Ut patet ex dictis paulo infra de militibus cancutibus in triumpho.

<sup>s</sup> *Jus laureæ coronæ*] Non modo quod triumphantium insigne, verum etiam quod hac ratione calvitium occultaret: qui Suetonii locus, cum eo quod hic etiam dixit, consuevisse nempe capillum a vertice revocare, maxime favet iis qui Romanos aperto vulgo capite in urbe fuisse contendunt: de quo infra cap. 57. et Aug. cap. 82. Certe mirum est Cæsarem occultandæ calvitiei non usum comis illis fictis, quibus tot alios paulo post usos patet Oth. cap. 12. et Calig. cap. 11. et Ner. 26. &c. cum nec ante ipsius tempora populis aliis incognitæ essent, ntpote quibus usos vulgo Medos constat ex Xenoph. lib. 1. de Institutione Cyri.

<sup>t</sup> *Lato clavo*] Tunica erat purpura

prætexta, vulgari tunica latior, cui toga superinduebatur, Senatorium ordinem ab equestri distinguens, ut Plin. lib. XXXIII. c. 2. auctor est; sic dicta quod quibusdam veluti clavis distingueretur aureis, de qua adhuc infra Aug. cap. 38. et 94. Erat et angustus clavus, de quo Oth. cap. 10.

<sup>u</sup> *Fimbriato*] Fimbriæ sunt ornamentum genus, *de la frange*, quæ ad manus usque pertingebant: cujus moris vestigium Casaubonus esse notat quod hodie dicimus *des manchettes*. Ex hac parte notabilis Julii cultus quod fimbriatæ ad manus usque forent, ejus quem gestabat lati-clavi, manicæ: nec enim adducor ut doctissimo Gothofredo assentiar dicenti ad legem 42. ff. 'de donationibus inter virum et uxorem,' colobium idem cum ejusmodi tunicis fuisse. Cum enim Servius ad IX. *Æneidos*, colobis, hoc est, sine manica tunicis, usos dicit veteres, alios intelligere non videtur ab eis qui manicatas Phrygibus tunicas exprobrabant: 'Et tunicæ manicæ, et habent redimicula

quam super eum cingeretur, et quidem <sup>2</sup> fluxiore cinctura. Unde emanasse <sup>3</sup> Syllæ dictum, optimates sæpius admonentis, ‘ut male præinctum puerum <sup>v</sup> caverent.’ [46.] Habitavit primo in Subura <sup>4w</sup> modicis ædibus: post autem pontificatum <sup>x</sup> maximum in Sacra via <sup>y</sup> domo publica. <sup>z</sup> Munditiarum <sup>a</sup> lautitiarumque studiosissimum multi prædiderunt: villam in Nemorensi <sup>b</sup> a fundamentis <sup>5</sup> inchoatam, <sup>c</sup>



ut placuit Gujeto.—2 *Et quod Copes.*—3 Casaub. *manasse* substituit, et constat tollendum jussit post *Syll.* quod prætulerant Periz. Med. 1. Edd. Rom. Lugd. Junt. Ald. Bas. poster. et recentiores quædam.—4 Sic rescribi jusserunt Casaub. Burm. Oud. ex codd. et lapidibus, non *Saburra* ut in vulgatis. *Sabura* Plan. et Torr. Edd.—5 *A fundamento* Fouc. Mox *inchoatam* scripsisse Suetonium testatur Diomed. Gramm. l. i. et ita Periz. Ven. tres, Bon. Sed non constat inter grammaticos. V. Aug. cap. 17. 97. et

## NOTÆ

mitræ.’ Romanis autem tunicis non nisi longiores manicas probro fuisse aperte, ni fallor, indicat Gellius lib. VII. cap. 12. ‘Tunicis uti virum prolixis ultra brachia et usque in primores manus, ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit; eas tunicas nostri Græco vocabulo Chiridotas appellaverunt;’ quibus de industria Cæsar usus videtur ut suam a Phrygibus, hoc est, Trojanis, originem ostentaret. Ut supra cap. 6. et infra c. 49.

<sup>v</sup> *Male præinctum puerum*] Patet hoc etiam ipsi peculiare, et hac quoque cinctura notabilem fuisse, eaque jam inde a teneris ita cinctum Cæsarem; idem enim habet Macrobius lib. II. cap. 3. quod totum de Cicronis jocis est, et Dio lib. XLIII. et qua cinctura consulto usum suspicantur ut hac mollietati specie animum occultaret. Unde Cicero interrogatus cur in electione partis errasset; ‘Præinctura,’ inquit, ‘me fefellit;’ jocatus in Cæsarem, ut habet loco laudato Macrobius. An vero togam ipsam, an suppositam illi tunicam, cingere moris esset, longius est quam ut possit hoc loco disputari.

<sup>w</sup> *Subura*] Urbis vicus est, de quo Horatius Epod. v. ‘Senem, quod omnes rideant, adulterum, Latrent Suburanae canes.’ Erat et Tribus Suburana celeberrima, de qua Varro IV. de L. L. &c.

<sup>x</sup> *Pontificatum*] De quo supra cap. 13.

<sup>y</sup> *Sacra via*] Sic dictam volunt vel quod in ea Romulum inter et Tatium fœdus ictum est, vel quod per eam præcipue Circenses pompæ traducebantur.

<sup>z</sup> *Domo publica*] Non enim alia Pontificem habitare fas erat.

<sup>a</sup> *Munditiarum*] In habitatione, sicut et lautitiarum in conviviis.

<sup>b</sup> *Nemorensi*] Hoc est, Aricino: nemus enim appellatur lucus quidam prope Ariciam in Latio: unde Nemorensis ager et lacus, qui, propter amœnitatem, Dianæ speculum appellatus est. Sabellicus ait ibidem oppidum adhuc extare veteri appellatione dictum *Nemus*, quinque ab urbe leucis dissitum.

<sup>c</sup> *Inchoatam*] Variant in hujus vocis orthographia: alii enim scribunt *incho*, alii *inchoo*.

magnoque sumtu <sup>6</sup> absolutam, quia non tota <sup>7</sup> ad animum ei responderat, totam diruisse, quanquam tenuem adhuc et obæratum: <sup>8</sup> in expeditionibus tessellata <sup>d</sup> et sectilia <sup>9</sup> pavimenta circumtulisse. [47.] Britanniam <sup>f</sup> pctisse spe margaritarum; quarum amplitudinem conferentem, <sup>10</sup> interdum sua manu exegisse <sup>g</sup> pondus: <sup>g</sup> gemmas, toreumata, <sup>h</sup> signa, <sup>i</sup> tabulas operis antiqui semper animosissime <sup>k</sup> com-

<sup>6</sup> Fertur Cæsar ivisse in Britanniam allectus margaritis, quarum magnitudinem cum compararet inter se, sua manu aliquando exacte reperisse pondus.



Burm. ad h. l.—6 *Mag. sum.* omisso *que* Rhed. 1.—7 *Non vota* Fouc. Vind. 1. *non tanta* Med. 1. a pr. m. *non nota* Med. 2. a m. pr. Deinde *responderant* Fouc. Pin. Cort.—8 *Adh. non pecuniosum* Pal. 1. Hæc verba in Edd. Ven. 1. Bas. et paucis aliis, posita post *diruisse* distinctione, referuntur ad sequentia in exp. Illud *non pec.* interpretationem esse censet Burm.—9 *Septilia* Pal. 1.—10 *Quar. ampl. conf.* videbantur Torr. glossematium respicere librarii.—1 Voss. ad Cæs. Bell. Gall. iv. 20. reponi jubet *avidissime*, sed *animosissime* Torr.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Tessellata*] Hoc est, tessellis seu parvulis quibusdam quadris per modum tesserae in varios colores distincta, strata, qualia dici nobis *marquetterie*, testis est Casaubonus, qui super hac re plurima eaque doctissima congescit; tum super pavimentorum ejusmodi forma, tum super hac non Cæsaris modo, sed et aliorum quoque in castris metandis et sternendo prætorio, magnificentia, quæ tanta fuit ut prætorium templo comparet Josephus, &c.

<sup>e</sup> *Sectilia*] Sic dicuntur tenues quædam marmoris crustæ diversi generis et coloris, non tinctæ, ut de tessellatis existimant, eaque fere non nisi in pavementis adhibita, cum tessellata etiam in cameras transierint, et ‘*musivi operis*’ appellatione nuncupata. Plura vide apud Casaub. hic.

<sup>f</sup> *Britanniam*] Britannicum Oceanum margaritis feracem alii quoque narrant, sed eas parvas et decolores Plinius lib. ix. cap. 35. et in Agricolaë vita Tacitus annotarunt.

<sup>g</sup> *Exegisse*] Hoc est, librasse manu

et examinasse pondus, quanquam non nisi seminiuncie sint maxime ponderosæ.

<sup>h</sup> *Toreumata*] Cælatas figuras, et tornatiles *τορευτικὴν* artem appellant Græci, quæ in aureis et argenteis præsertim vasis apud antiquos effluit, et sculpturam una cum cælatura complectebatur.

<sup>i</sup> *Signa*] Inter hæc et statuas id vulgo discriminis assignant, quod licet utrumque solida materia similitudinem Dei vel hominis exprimat, signum tamen de brutorum quoque animantium similitudine dicatur, non vero statua; a qua etiam loco differt: quæ enim in foro aut alio quovis publico profanoque loco statuæ dicuntur, eas in templis et privatis domibus ferme non nisi signa nuncupaverunt.

<sup>k</sup> *Animosissime*] Notanda vis hujus adverbii, quemadmodum et a Jureconsultis dicitur ‘*animosus emtor*,’ et Cæsar ipse a Tacito ‘*animosus corruptor*.’ Hujus luxuriæ exemplum retulit Plinius lib. xxxv. cap. 11. ubi



parasse: servitia rectora<sup>2</sup> <sup>1</sup> politioraque immenso pretio, et cujus ipsum<sup>3</sup> etiam puderet, sic ut rationibus<sup>m</sup> vetaret<sup>4</sup> inferri. [48.] Convivatam assidue per provincias duobus tricliniis,<sup>n</sup> uno, quo sagati palliative,<sup>o</sup> altero, quo togati<sup>p</sup> cum illustrioribus provinciarum discumberent. Domesti-

~~~~~  
 Casanb. et Bernec. adductis exemplis vindicant.—2 Ita ex Viterb. malebant Gron. Voss. Proxime accedunt Memm. Vatic. Barth. in quibus exaturat *retiora*. Inde corrigit Nic. Heins. *teretiora*. Vulg. *recentiora* defendit Casanb. sed conjecturam Lips. ad Tac. Agric. c. 32. legentis *decentiora* magis probant Burm. Ern. Placet Baumg. *erectiora*, et alii *lætiora*, *vegetiora*, con-jecerunt. In Vind. 1. est *recensoria*, et Cujac. *rectiora polluciorque*. Barth. denique volebat *cruditiiora politioraque*, *recentiora*, quæ omnium fere scripto-rum est lectio.—3 *Ipsè* Memm. Barth. Med. 3. *ctiam ipsum* Harlem. Periz. Edd. Ven. 1. et multæ aliæ, etiam Steph.—4 Duo libri Torr. ipso probante,

NOTE

Ajacem et Medeam pictos 80. a Cæsare talentis emtos ait: hoc est, 84,000 l. nostrat. ut supra positum est cap. 4.

¹ *Servitia rectora* [*recentiora*] Hoc est, servos elegantia et ætatis flore commendabiles, quorum cum servitus recens foret, vultum formamque nullus adhuc labor deturparet: cujusmodi mancipia magno erant apud lautos illos in pretio. Unde Juvenal. Sat. v. vers. 55. ‘Flos Asiæ ante ipsum, pretio majore paratus, Quam fuit et Tulli census pugnacis, et Anci.’ Legit in Vaticano Codice Torr. *retiora*, et margini ascriptum *rectiora*, ut sani intelligantur homines erecto et firmo corpore; quo sensu Catullus de lepticariis: ‘Non, inquam, mihi tam fuit maligne, Ut provincia quod mala incidisset Non possem octo homines parare rectos.’ Et Juvenal. Sat. III. vers. 251. ‘Quas recto vertice portat Servulus infelix,’ &c. Et idem de amica sua Horatius Sat. 2. lib. 1. ‘candida rectaque sit.’

^m *Rationibus*] Hoc est, in tabulis illis de quibus cap. 42. describi: in his enim conficiendis tanta fuit Romanorum diligentia, ut dispensato-rem domus ob id ipsum haberent,

qui quacumque ex causa quidpiam expendissent, id omne referret in rationes (*l’escrivoit sur le Livre de compte*). Unde nec frugi habebantur qui nullas conficerent, sæpeque usuvenit ut scelus pecunia redemptum aliaque ejusmodi ex ipsis auctorum tabulis probarentur; quod ne sibi contingeret, male et nequiter emta cantiores vel omnino vetabant, vel falsis titulis jubebant inferri.

ⁿ *Tricliniis*] Vide cap. 43.

^o *Sagati palliative*] Sagum militare vestimentum erat quod armis superinduebatur. Gallorum proprium fuisse quidam ideo contendunt quod Gallicum sit vocabulum, teste Strabone lib. IV. Immo etiam nunc hodie dicitur *une saie*. Et Virgilius sic canit VIII. *Æneid*. Gallorum describens habitum: ‘Aurea Cæsaries olis: atque aurea vestis Virgatis lucent sagulis,’ &c. Sed et eo usus Hispanos idem Strabo et insuper Appianus in Ibericis tradidere; pallium vero Græcorum erat ex earum genere vestium quæ totum corpus a scapulis ad pedes contegebant, quadratum, quo præsertim a toga differbat, cujus figura semicircularis, elegantioribus utrinque regestum fuit in humeros, ibique ut induta sub eo

eam disciplinam in parvis ac majoribus⁵ rebus diligenter adeo severeque rexit, ut pistorem,⁹ alium quam sibi panem convivis⁶ subjicientem, compedibus vinxerit; libertum gratissimum, ob adulteratam Equitis Romani uxorem, quamvis nullo querente, capitali pœna affecerit. [49.] Pudicitia ejus famam nihil quidem præter Nicomedis⁷ contubernium læsit, gravi tamen et perenni opprobrio, et ad omnium convicia exposito. Omitto Calvi Licinii⁷ notissimos versus:

Bithynia quicquid

Et pædicator Cæsaris unquam habuit.

Prætereo actiones Dolabellæ⁸ et Curionis patris, in quibus eum Dolabella ‘pellicem reginæ,’ ‘spondam⁸ interi-

//////////

ut rat. quoque ret.—5 Verba ac maj. minime abjicienda esse (ut proposuit Langius) statuit Burm. Pro ac Rhed. 2. et, Rhed. 1. ac in maj. Tum dil. adeoque sev. Periz. Harl.—6 Conviviis Pal. 1. 2. Med. 1. Vind. uterque cum Edd. Cald. Mediol. Lugd. Junt. Arg. Paulo ante deest alium Huls. Item querente unus liber Torr. Edd. Cald. Ald. Paris. Sabell. et quædam aliæ.—7 Deerat Licinii Copes. Mox Bithyniæ Copes. Huls. Olim prior versus in Cæs. desinebat, etiam in Bas. Plant. Torr. et Casaub. Edd.—8 Sponsam int. Huls.

NOTÆ

tunica pateret, fibulæ morsu astrictum. Turnebus Advers. II. lib. cap. 27. hoc loco Gallos intelligi et Græcos existimat, quem secutus est Torrentius: ab utroque dissentit Casaubonus, nec immerito: ‘Sagati’ enim vocabulo non minus, ut patet, intelligi possunt Hispani et ipsi Romani; quos et sago usus dubio procul est. Horat. Epod. 9. de Antonio: ‘Terra marique victus hostis Punico Lugubre mutavit sagum.’ Palliati igitur vere erant Græci, quos inter comites Cæsarem habuisse nullus dubito, medicos v. g. philosophos, eruditosque homines, quorum consuetudine tantopere delectabatur. Sagati vero Cæsaris e comitatu minus conspicui, ad differentiam Togatorum.

^p *Togati*] Honestiores e Cæsaris comitatu Romani, Senatores v. g. et alii magistratibus functi, quibus propria toga. ‘Romanos rerum dominos,

gentemque togatam;’ ut Virgil. lib. I. Æneid. illisque vitio dabatur, si alio publice vestimento uterentur, Aug. cap. 40. et Cicero pro Rabirio, &c.

⁹ *Pistorem*] Qui panem conficeret: ministros enim ejusmodi inter servos habebant Romani tunc temporis; antiquioribus enim pistor omnino nullus, mulierumque id opus erat, ad bellum usque Persicum, nempe ad annum U. C. circiter 586.

^r *Nicomedis*] Supra cap. 2.

^s *Actiones Dolabellæ*] Eundem esse de quo supra, cap. 4. vero simillimum est, qui, ut Cæsaris accusationi responderet, nua cum Curione actiones edidit in Cæsarem maledicentissimas. De Curione supra cap. 9. ‘actiones’ dixit hic quemadmodum ibi ‘orationes’ et ‘actiones,’ Ciceronis v. g. in Verrem, &c.

orem^t regiae lecticae,^u ac⁹ Curio ‘stabulum Nicomedis,’ et ‘Bithynicum fornicem’ dicunt. Missa etiam facio edicta Bibuli,^v quibus proscripsit¹⁰ collegam suum ‘Bithynicam reginam: eique Regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum.’ Quo tempore, ut M. Brutus refert, Octavius etiam quidam, valetudine mentis liberius dicax, conventu maximo cum Pompeium regem appellasset, ipsum reginam salutavit. Sed¹ C. Memmius etiam, ad cyathum et vinum² Nicomedi stetisse, objecit, cum reliquis exoletis, pleno convivio, accubantibus nonnullis urbicis negotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero vero non contentus, in quibusdam epistolis scripsisse, a satellitibus eum in cubiculum regium eductum,³ in aureo lecto, veste purpurea decubuisse, floremque ætatis a Venere orti⁴ in Bithynia



Fouc. Ven. tres.—9 Vulgo ac, quod recepit Baumg. Aut Pal. 2. ad Memm. Barth. a Cur. Lugd. et Ald. Arg. Junt. at clare exaratur in Vind. 1. Voss. Edd. Camp. Bon. quare ita reposerunt Grut. Salm. Burm. et Ond.—10 Malunt alii *præscripsit*, alii *perscripsit*, improbantibus Casaub. Grut. Burm. Dein *Bithyniam reg.* Memm. Med. 1. 3. Copes. Huls. *reg. Byth.* Vind. 2. Item *antea regem Med.* omnes, Vind. 2. Cort.—1 *Et C.* cod. unus Torr. qui legendum putat *sed et*, deleta dictione *etiam*. Supervacaneum esse *sed* censebat Grut. *Sed Memius* Ed. Rom. *C. Metinus* Pal. 1.—2 In Memm. et Med. 3. legitur sine sensu *et vi Nic.* unde faciebat Salm. *ad cy. eum Nic.* Barth. *et uni colli*, Guelph. 2. *vina*, et cod. in biblioth. Dec. et Cap. Dunelmensis reservatus *urnum*. Verba hæc *et vin.* ex glossa venisse videntur Lips. Torr. Ond. Wolf. et Baumg. Tum *objicit* Vind 2. Edd. Rom.—3 Torr. et Græv. unius cod. auctoritate præferunt *deductum*. Prave Pal. 2. *regi unacunctum*.—4 *Orta* Pal. 1. 2. Copes. Huls. Med. 1. 3. Vind. 2. Cort. Polit. cum Edd. Rom.

NOTÆ

¹ *Spondam interiorem*] Quæ pars lectorum parieti proxima erat apud antiquos hæc dicebatur sponda interior ad differentiam alterius quæ exterior: hinc Tibullus: ‘Et pressus prior est, interiorque torus.’ Isidorus lib. xx. de Originibus cap. 11. exterius duntaxat lecti latus ‘spondam’ appellat, interius vero ‘pluteum,’ quod nempe tabulis quibusdam musiretur; pluteus enim apud Festum ‘tabulæ quibus quid præsepitur,’ et Martialis interiorum hanc lecti partem ‘plutei’ indigitatum nomine aperte indicat lib. 111. Epig. 89.

‘namque puer pluteo vindice tutus erat;’ hac enim parte mulieres et pueros cubare moris fuit: viros autem parte priore, quam ‘spondam priorem’ Nonius Marcellus dicit, ‘si spondam priorem qua vir cubat perunxeris,’ et unde, atque ex hoc Suetonii loco, patet, latus lecti utrumque ‘spondam’ appellatum.

^u *Lectica*] Isidorus ibid. ‘lecticæ plutei lecti.

^v *Edicta Bibuli*] Supra cap. 9. et cap. 11. ubi quid sit proscribere.

^w *A Venere orti*] Cæsaris nempe per Julium Ascanium, de quo cap. 6.

contaminatum : quondam⁵ etiam in Senatu defendenti Nysæ^{6*} causam, filiæ Nicomedis, beneficiaque regis in se commemoranti, ‘Remove,’ inquit, ‘isthæc,⁷ oro te ; quando notum est, et⁸ quid ille tibi, et quid illi tute dederis.’ Gallico denique triumpho milites ejus inter cetera carmina, qualia currum prosequentes joculariter⁷ canunt, etiam vulgatissimum illud⁹ pronuntiaverunt :

Gallias¹⁰ Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.

Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias :¹

Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

[50.] Pronum et sumtuosum in libidines fuisse, constans opinio est, plurimasque² et illustres fœminas corrupisse : in quibus Postumiam³ Servii Sulpicii, Lolliam Auli Gabini, Tertullam M. Crassi, etiam⁴ Cn. Pompeii Muciam. Nam certe Pompeio, et a Curionibus patre et filio, et a multis exprobratum est, quod, ‘cujus causa post

//////////

et aliis multis. *ortum* Vind. 1. *Veneri* Harlem.—5 *Quodam* Med. 2. et Edd. aliquot.—6 *Cum* Edd. primæ haberent *ei nisa* vel *in se*, Beroaldus hinc fecit *enixe*, uti est quoque in Vind. 2. Cort. Fouc. Pal. 3. Periz. Bon. Lugd. Junt. Ald. Steph. Bas. Gryph. ac plures. At Pulm. auctore Turnebo Adv. xxiv. 13. ex Mss. plerisque dedit *Nysæ*, ac secuti sunt sequentes, ejecta particula *ei* vel *e*. Maffæus in Antiq. Aq. ep. 1. e nummo contendit scribendum esse *Musæ*, quo facit varia lectio Polit. *Mysæ*. Cf. Oud. ad loc. Habet cod. Torr. filii pro *filiæ*.—7 *Inquit iste* Cujac. *orate* Huls. *te* in Periz. Harlem. Abb. Gand. Ven. Bas. Gryph. omissum est. Deinde *quoniam notum* Vind. Cort. Pulm. Mediol. Cald. Ald. *not. est quod* Periz. Ven. 2. 3. Bon. Lugd. Junt.—8 *Et deest* Memm. Huls. Steph. et aliis. *Mox tute pro tu* edidit cum Gron. Oud. probante Ern. ex Memm. Medic. Vind. 1. Fouc. Polit. Voss. Huls. et Edd. priscis. *illi tederis* Cujac.—9 *Illud vulg.* Medicei, Vind. 2. Voss. Cujac. Edd. Rom. Bas. *Mox præconcinuerunt* malebat Heinsius.—10 *Gallos* Ven. 1. Lugd. Junt. Arg.—1 *Hic versiculus desideratur* in Memm. et Med. 3. et in Med. 2. ad marg. modo comparet. *Contra tertius versus* abest a Vind. 1. *et quasi Cæsar triumphat* Exc. Cujac.—2 Vind. 2. Cort. *pluresque*. *Mox corrupisse* excidit ex Copes.—3 *Postuminam* Memm. Copes. Med. 1. *Tum Lolliam* Vind. uterque, Cort. et *Gabini* Med. duo, Harlem. Edd. aliquot, *Gulbinii* Bas. Deinde *Tricalam* Vind. 1. Ven. 1. *Tertullam* Bon. Cald. Mediol. *Tertullam* Bas.—4 *Pro etiam* Rhed. 1. *et*: abest a Rhed. 2. *Inferius exploratum*

NOTÆ

* *Nysæ*] Nicomedis alii filium fuisse volunt, alii omisso nomine scribunt *enixe*.

⁷ *Joculariter*] Impune quippe joculari licebat militibus in triumphantes. Martial. lib. 1. Epig. 5. ‘Consue-

vere jocos vestri quoque ferre triumpho, Materiam dictis nec pudet esse duces.’ Eo ut aiunt consilio ut præmia virtutis accipiens triumphator de vitii quoque suis moneretur.

tres liberos exegisset uxorem, et quem gemens Ægisthum⁵ appellare consuesset, ejus postea filiam potentiae cupiditate in matrimonium receperisset. Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem, Serviliam: ^a cui ^h et proximo ⁶ suo consulatu sexagies^b sestertio⁷ margaritam mercatus est, et bello civili, super alias donationes, amplissima prædia ex auctionibus hastæ^c nummo ⁸ addixit: cum quidem,⁹ plerisque vilita-

^h Cui ultimo suo consulatu emit margaritam sexagies centenis millibus sestertiorum: et tumultu civili adjudicavit ex subhastationibus maximas possessiones, minimo pretio, præter alia munera.

Vind. 2. Cort.—5 Bapt. Pius in Fac. Crit. t. 1. Ægyptum legi vult, quod vaide displicet Oud. Burm. Habet Vind. 1. *appellasset* pro *ap. cons.* Paulo post *recipisse* Memm. *repetisset* Barth. Cujac. et mox in Memm. etiam *alias repetisset* dil. legitur.—6 E cod. Ursini Torrent. Græv. Ondendorp. et Ern. scribere maluerunt *primo*. Copes. *cui in pro. r.* Supra omisit *dilexit* Fouc.—7 *Sexagiens sestertii* vel *sestertio* in Memm. a pr. m. sed correctum. Med. 3. *sex. sestertium*, ut in aliis, quod Polit. quoque alleverat ad marg. Ed. Mediol.—8 In partes eunt viri docti. *minimo* probant Torr. Casaub. Grut. Burm. Barth. et Oud. accedentibus Memm. Turon. Nonnii, Med. tribus, Vind. 1. Cort. Voss. Pal. omnibus, Copes. Huls. Harlem. Fouc. Periz. in marg. et Edd. Beroaldo prioribus. Contra hanc sententiam, *nummo* præferunt Salmas. Benl. ad Horat. 1. Sat. 4. Ern. Wolf. Baumg. et alii, ut codd. plures cum Edd. Junt. Lugd. Ald. Steph. Deleverunt etiam Scriv. Oud. Ern. pronomen *ei* quod in multis Edd. additur. Ceterum in Med. 2. *ex auct. aucta e min.* Med. 3. Copes. *hastata e min.* Vind. 2. *numero* a m. pr. in aliis *e* vel *ex m.* Item *adduxit* pro *addixit* Huls. Med. duo.—9 *Tam quidem* Rhed. 2. Burm. conj. *quam quidem*, laudante Oud. *plerique*

NOTE

² Ægisthum] Apposita comparatione: Sacerdos enim Ægisthus absentis et bellum Trojanum gerentis Agamemnonis uxorem Clytæmnestram vitiavit: Cæsar zutem absentis et Mithridatico bello occupati Pompeii conjugem Mutiam maximus ipse Pontifex adulteravit: utriusque historia apprime quadraverit, si consanguinitatis nexum, et domesticas cædes exceperis; nota quippe Pelopis domus historia.

^a Serviliam] Ea fuit soror Catonis Uticensis, quam quia juvenis adhuc Cæsar amavit, ideo Bruti patrem creditum fuisse Plutarchus ait, et infra cap. 82. ex Cæsar's ipsius verbis innuitur.

Delph. et Var. Clas.

^b Sexagies] Circiter 219000 l.

^c Auctionibus hastæ] Eæ sunt venditiones auctoritate publica factæ, quarum signum erat hasta in foro posita, nuda 'subhastare' et 'subhastatio,' etiam Gallice *subhaster*, *vendre à l'encan*. Vide in Aug. c. 36.

^d Nummo] Hoc est minimo pretio; sic enim Horat. Sat. 5. l. 11. in fine: 'Huic tu Dic, ex parte tua, seu fundi sive domus sit, Emptor, gaudentem nummo te addicere,' &c. Valer. lib. v. cap. 2. 'Quod nostrates dicunt fragmento panis vendere, quod donationis est instar, cum obtentu venditionis rem donantes invidiam donationis vitamus, et pudori accipientis consulimus.' Budæus in Pandectas

.Suct.

H

tem¹⁰ mirantibus, facetissime Cicero, ‘Quo melius,’¹ inquit, ‘emtum^e sciatis, Tertia deducta est:’^f existimabatur enim Servilia² etiam filiam suam Tertiam Cæsari conciliare. [51.] Ne provincialibus quidem matrimoniis³ abstinuisse, vel hoc disticho apparet, jactato æque a militibus per Gallicum triumphum:

Urbani, servate uxores, mœchum calvum adducimus.

Aurum in Gallia^g efflutiisti: ⁴ at hic sumsisti mutuum.

vitiose Vind. 2. Cort.—10 *Utilitatem* Copes. Mox *facetissimo* Memm.—1 Legit ex cod. suo *vilius* Ursin, sed glossam putant Burm. et Baumg. Dein verb. subst. *est* deerat Memm. Guelph. 2. et auctoritate Macrobbii abjiciendum censet Jac. Gron. probante Wolfio.—2 *Serviliam* Edd. Jant. Ald. Lugd. Steph. Deletum vellet Burm. *filiam* vel *suam*, ob crebram repetitionem syllabæ *am*. Tum *conc. Cæs.* Harlem. Vind. 1. Periz. Edd. Mediol. Cald. *consil.* prave Vind. 1. Camp.—3 *Matronis* Periz. a glossemate natum Burm. videtur.—4 Ita, omnibus astipulantibus præter Torient. ex multis optimisque codd. restituit Casaub. cum in Edd. et recentioribus Mss. in quibus Pal. 3. Periz. Harlem. Cort. Fouc. Cujac. circumferretur *aurum in Gallia stuprum emisti*. Glar. tamen conjecit *efflutivisti*, uti est in Exc. Cujac. et Gujctus rescribebat *Gallis*. In Polit. libro *Galliam*. Vind. 1. *efflusti*. Metro

NOTE

tit. de in diem addictione. Beroaldus in omnibus quos vidit libris, et in aliquibus Torrentius, ut et in Turo-nensi Casaubonus, legerunt *minimo*; quod videtur esse melius: has namque veras venditiones fuisse recte colligas; pretii siquidem vilitatem mirabantur omnes; licet enim ‘viliore pretio res donationis causa distrahatur, dubium non est venditionem valere,’ l. xxxviii. ff. ‘de contrah. empt.’ Cum e contrario addictiones quæ nummo fiebant, nugatorias venditiones appellent Jureconsulti, et pro donationibus habeant ad l. xlvi. ff. ‘Locati conducti.’ Vide et l. x. ff. ‘de acquirenda, vel amittenda possessione,’ quanquam quod addit Sæ-tonius, ‘super alias donationes,’ omnia donationis fuisse loco suadere videatur.

^e *Melius emtum*] Hoc est viliori pretio: bene enim emere est, vili pretio emere: legitur in quibusdam *vilius*, nec minus salse.

^f *Tertia deducta est*] Urbanitas tota in horum vocabulorum æquivocatione sita est: deducere enim significat et detrahere sen imminuere aliquid e pretio; et etiam comitari, sen domum v. g. perducere. Unde perductores Plauto et Ciceroni sunt amoris conciliatores, non multum a lenonibus discrepantes; et perducere Horatio idem ac in stuprum impellere Sat. 5. l. ii. ubi de Penelope loquens: ‘Putasne, Perduci poterit tam frugi tamque pudica?’ De hujus verbi vi infra Tib. cap. 45. et Vespas. cap. 22. Jam vero ‘Tertia’ et Servilia filiam significabat et partem pretii; quo etiam allusum existimant aliqui ad legem Cæsaris, de qua supra cap. 42. quibus verbis legem una et libidinem notas-set, quod tamen Casauboni judicio subtilius quam verius: nec mirum; hac quippe lege ‘quarta pars crediti deperibat,’ non tertia.

^g *Aurum in Gallia*] Hoc est, matronas in Gallia auro corrupisti: at Ro-

[52.] Dilexit et ⁵ reginas, inter quas Eunoën ⁶ Mauram, Bogudis ^h uxorem: cui maritoque ejus plurima et immensa tribuit, ut Naso ⁷ ⁱ scripsit: sed maxime Cleopatram, cum qua et convivia in primam lucem ⁸ sæpe protraxit, et eadem nave thalamego ⁹ ^k pæne Æthiopia tenuis Ægyptum penetravit, ^l nisi exercitus sequi recusasset: ¹⁰ quam denique accitam ¹ in Urbem, non nisi maximis honoribus præmiisque auctam remisit, filiumque natum appellare nomine suo ² passus est. Quem quidem nonnulli Græ-



tamen postulante, ex Med. 3. *at* ante *hic*, quod Ond. suaserat, inseruit Wolf. ac postea Bauing. Omisso etiam *at*, conj. Ond. *Gallias*, ut in quarto pede esset anapæstus. *sumpsi* deinde exhibent Ald. Steph.—5 *Et deerat* Fouc. Harlem.—6 Malebat Ern. ut elegantius, *interque eas*. Mox pro *Eunoën* reposuit Turneb. Adv. lib. III. 22. *Eunen*, quod habet Med. I. a pr. m. *Eunoën* Junt. Lugd. *Eunonem* Periz. *Euriem* Harlem. Ven. tres, Bon. Mediol. cujus marg. Polit. *Eunoën* allevit. *Einoën* liber Torr. *Cimoën* cod. Pulm. et alius *Euricem*.—7 *Ut Vasta* Memm. *Vasto* Pith. Barth. *Nasa* Viterb. et in ora *Vasa*. Fouc. *Rasa*. Heins. *Vassa* vel *Vatia* volebat. *Nansa* Pal. 3. *ut vasa* Lisl. Pin. Voss. Cujac. Bas. Gryph. et marg. Steph. *et vasa* Pal. 2. Periz. Huls. Edd. Ven. 1. Rom. Utrumque habent Medicei, Vind. Cort. Vide Diss. Bernecc. *Naso* legitur in Edd. aliis, et Ond. ex præcedentibus corrigit *ut et N.*—8 *In prima luce* Copes. *sæpe luc.* Med. 1. *sæpe contraxit* Fouc.—9 Pro *thalamego*, quæ Bapt. Pii et Polit. est emendatio, accedentibus Egnat. Torr. exaratur *thalamoque* in Med. 2. Vind. utroque, Cort. Periz. Pal. 1. 3. Copes. Harlem. Voss. Cujac. Edd. Camp. Ven. 1. (quæ et *eandem*) et duæ aliæ, Bon. Lugd. *thalamago* Steph. Ald. *thalamegone* Æth. Pal. 2. *thalamegoque* Fouc.—10 *Recurrasset* Vind. 1. *rec. dominam denique* Rhed. 2. *Supra Æthiopiam* Periz.—1 *Ascitam* Copes. Huls.—2 Rhed. 1. *appellari suo nom.* et in Vind. 1. *nomine q. suo*, unde Ond. legendum suspicatur *nom. quasi*

NOTÆ

mæ sine pretio stuprum exercuisti, ut quidam intelligunt. Sed potius ita interpretare: nempe par pari repensum fuisse. Cum enim Cæsar alienas uxores adulteraret, suam quoque a Clodio adulteratam non patienter tulit.

^h *Bogudis*] Bogud Mauritaniae rex erat, a quo plurimum auxilii bello Africo Cæsar accepit.

ⁱ *Naso*] An idem ille de quo supra c. 9. Probabiliter quidem suspicantur interpretes, qui tamen ne affirmant, obstat codicum Mss. diversitas, quorum alii *Nasa*, alii *Vassa* habent, et

Vasa.

^k *Thalamego*] In tribus Mss. legit Torrentius *thalamoque*, aperto quoque sensu; priorem tamen præfert lectionem. Erat autem 'thalamegus' navis quædam ingens, qualem Athenæo teste Ptolemæus Philopator ædificandam jussit, ut ea intra thalamum ipsaque in regia esse sibi videretur: magnitudine erat semistadii, latitudine 30. cubitorum, altitudine paulo minus 40. De simili nave Plinius lib. VII. cap. 30.

^l *Penetravit*] Pro penetrasset, quomodo adhuc loquitur Galb. cap. 10.

corum similem quoque Cæsari³ et⁴ forma et incessu tradiderunt. M. Antonius, agnitum etiam ab eo, Senatui affirmavit: quæ scire⁵ C. Matium, et C. Oppium, reliquosque Cæsaris amicos: quorum C. Oppius, quasi plane⁶ defensione ac patrociniò res egeret, librum edidit, 'Non⁷ esse Cæsaris filium,^m quem Cleopatra dicat.' Helvius⁸ Cinna, Tribunus plebis, plerisque confessus est, habuisse se scriptam paratamque legem, quam Cæsar ferre jussisset, cum ipse abesset,ⁿ uti uxores liberorum quærendorum causa,



suo.—3 Sic cum Oud. restituit Baumg. ex Medic. Vind. Pulm. Cort. Copes. Harlem. Periz. et Edd. fere omnibus antiquis. *Cæsaris* ediderunt Burn. Schild. Pitise. Ern. cum Gryph. Plant. et reliquis.—4 *Et deest Fouc. Tum tradiderant Periz.*—5 *Affirmavitque scire Memm. Periz. Bon. et alia, nuda Glar. scireque* refingebat. Omisit *scire Barth. Mutium Huls. Vind. 2. Cort. Macium Med. 2. Vind. 1. Periz. Ven. 1. Marcium vel Martium Edd. Vett. usque ad Plant. Mox Appium Memm. et amic. Cæs. Cort.*—6 *Huls. plene.*—7 *Non* deletum voluit Glar. pro quo *eum* recipi jussit Guj. Postea *quem de Cleop. dicant Pin. Fouc. Edd. Rom. dicant etiam Lisl. Vind. 2. Cort. Voss. quem de Cl. dicat Ed. Mediol.* In libro Torr. *quemque Cl.* et in altero *quicquid Cl.* Mallet Casaub. *quem de Cl. editum*, repugnante Scheffero, et Grut. denique hæc verba librariorum inferuisse visum est.—8 *Helvius* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. Bon. &c. usque ad Plant.—9 Sic rescribi jusserunt ante Baumg. Lips. El. xx.

NOTÆ

^m *Non esse Cæsaris filium, &c.*] Glareano absque negatione legendum videtur, ut in libro titulus fuerit, 'esse Cæsaris filium,' et qua recepta lectione Oppius idem ac Antonius asseveraverit, cui sententiæ cohærere hæc verba non videntur, 'quasi defensione res egeret,' id est, quasi ea fuisset accusatio cui defensio parari debuisset: inuit enim editum ab Oppio, Octavianarum partium homine, singularem librum in Octavii, hoc est, Augusti, gratiam, ut mentitum in Senatu probaret Antonium; quod et probabilius futurum est, si affirmatum id Senatui dicatur, quo tempore ante bellum Actiacum Octaviano adversabatur Antonius, ipsumque verum Cæsaris hæredem censendum negabat, utpote cui superstes esset Cæsario,

filius ex Cleopatra. Quod si Triumviratu stante dictum id Senatui ponatur, cum simile vero non videatur contradicturum tum temporis Oppium fuisse, recipienda erit Glareani lectio absque negatione; cui defendendæ nec etiam deerit deprompta ex antiquis verisimilis conjectura, maxime si eo tempore, quo hæc gerebantur, de quibus hic sermo est, a Triumviris, ac proinde durante adhuc Augusti (qui tum Octavianus dicebatur) et Antonii amicitia, Cleopatrarum concessum fuerit ut filius ejus Ptolemæus, cognomine Cæsario, rex appellaretur, ut narrat Dio lib. XLIX.

ⁿ *Cum ipse abesset*] An legem ferre cum abesset, an vero uxores ducere, subobscure reliquit: utrumque potest divisim intelligi; ut scilicet, præ-

quas et quot^o vellet,⁹ p ducere liceret. Atque¹⁰ ne cui dubium omnino sit, et impuditiæ eum,¹ et adulteriorum flagrasse infamia, Curio pater quadam eum oratione ‘omnium mulierum virum, et omnium virorum mulierem’ appellat. [53.] Vini parcissimum² ne inimici quidem negaverunt. Verbum M. Catonis est:³ ‘Unum ex omnibus Cæsarem ad evertendam Rempublicam sobrium^q accessisse.’ Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam⁴ ab hospite conditum⁵ r oleum, pro viridi appositum,⁶ aspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat⁷ appetisse,



1. Græv. Scriv. Casaub. Grut. Ern. et Wolf. accedentibus Pith. Lisl. Cujac. Ed. Camp. cum trib. Torrentianis. *vellent* retinent Burm. et Oud. cum Viterb. Pal. trib. Voss. Periz. Med. 1. 3. Vind. utroque, et Edd. omnib. prioribus præter Rom. Conj. tamen Oud. *quas quis et quot vellet*. Gnj. censet scribendum *velles*. Edd. aliquot *duc. vellent*. Med. 1. 3. *quos et quot*. Lips. scribit Torr. delevisse voces *quas et*, et ipse Lips. in cod. suo idem fecit. Barth. codex omittit *duc. vell.*—10 Ita restituit Baumg. ex Edd. Rom. Steph. Ven. et omnib. antiquioribus, quibus accedunt Vind. 1. Periz. Harlem. at Medic. Vind. Cort. Copes. Fouc. quod probat Oud. ad Memm. ac præferunt Burm. Ern. cum Bas. et Edd. posterioribus.—1 *Eum* exulat a Med. 1. 3. Obsop. Pal. 1. 2. Copes. quibus auctoribus deleri mallet Oud. cum Grut. et Longol. ad Plin. l. x. ep. 121.—2 *Perficissimum* Huls.—3 *M. Cat. v. est* liber unus Torr. alius *M. Cat. est. v. tertius ut M. Cato ait*. Ipse legendum putat *M. Cat. est sine verbum*, quod deest membranis Barthianis, Med. 3. Delevit quoque Polit. Heins. legebat *ververbium*. Desunt *est un.* Vind. utrique et Cort. et in Vind. 1. *ex omn. est C.*—4 *Quodam* cod. Torr.—5 Eorum sententiam, qui mediam syllabam hujus vocis productam esse volunt, firmat interpretatio addita in Exc. Cujac. *id est, vetus.*—6 In cod. Vinc. Beluac. *oppositum*, et pro *negligentiæ, avaritiæ.*—7 Lovan. Barth. Copes. Med. 1. 3.

NOTÆ

sente se legem hanc ferri noluerit, aut Romanas leges, dum Romæ degeret, infringere.

^o *Quas et quot*] Nec enim alias quam Romanas ingenuas et sanguine propius non junctas, nec plures quam unam eodem tempore uxorem habere ulli civi Romano licebat.

^p *Vellet*] Alii *vellent*; sed testis est Dio, soli id sibi sumsisse Cæsarem.

^q *Sobrium*] Hoc est, vini parvum, non vero moderatum. Cato enim ambiguum hoc vocabulum de indus-

tria adhibuit, ad sententiæ acumen.

^r *Conditum*] Si media producta tanquam a condio deductum legeris, Plutarchi mens est affirmantis nunguentum olei loco Cæsari manducandis asparagis appositum: si vero media correpta, ‘conditum’ idem erit ac vetustum, oleum nempe intra domus penum servatum et reconditum, ac proinde minime jucundum, quod opponitur viridi, saporis longe laudabilioris; ideo viride dictum quod ex olea nondum matura premeretur.

ne hospitem aut negligentiae, aut rusticitatis videretur arguere. [54.] Abstinentiam neque in imperiis, neque in magistratibus⁸ praestitit. Ut enim quidam monumentis suis testati sunt, in Hispania Proconsule⁹ et a sociis⁴ pecunias accepit, emendicatas in auxilium¹⁰ aeris alieni, et Lusitanorum¹¹ quaedam oppida, quanquam nec imperata detrectarent, et adveniēti portas patefacere, diripuit hostiliter. In Gallia fana templaque Deum donis referta expulavit,² urbes diruit, saepius ob praedam, quam ob delictum: unde factum, ut auro abundaret, ternisque³ millibus nummum in libras promercale^v per Italiam provinciasque divideret.⁴ In primo consulatu tria millia pondo auri furatus e⁵

//////////

Vind. 2. Cort. Polit. in marg. Ed. Mediol. *alpetisse scribat*.—8 *Neq. in mag. n. in imperio* Rhed. 2.—9 Sic emendavit Casaub. quem secuti sunt Oud. Ern. Burm. Baumg. Walther. cum Med. 1. 3. Praetulit Wolf. vulg. lectionem a *Procons.* quam firmare nisus est ex Longol. Guelph. 2. Delect tamen praepositionem Lips. Græv. et Drakenb. ad Liv. lib. xl. cap. 39. Habet Memm. in *Hisp. proconsul.* quod nec displicet Ern.—10 *Auxilio* Huls. Inferius *detrectarent* Harlem. Vind. 1. Edd. Rom. Cald. Mediol.—1 *Et adv. p. pat.* Haec desunt cod. Huls. Dein in *Galliam* Copes. et *temp. fanaque* Vind. 1. alii *phana*.—2 *Expulavit* Cujac. *expoliavit* Med. 3. et marg. Ed. Mediol.—3 *Legebat* Egnat. *quaternisque*, quod etiam in quibusdam membb. invenit Casaub. Tum in *Ital.* Periz. Harlem. Vind. 1. Edd. Ven. tr. Bon. Mediol. Paris, et non temere rejiciendum censet Burm.—4 *Divenderet* Memm. Med. duo, Vind. 2. Cort. Periz. Copes. Harlem. Huls. et Edd. omnes ante Torr. praeter Rom. probante Burm. Sed e quatuor Mss. *divideret* potius legendum suavit Torr. idque receperunt Casaub. Græv. Polit. Lips. Gronov. Wolf. Ruhnck. et Oud. cum Med. 3. Vind. 1.—5 *Fouc. fur.*

NOTÆ

⁸ *Proconsule*] Qui, gesto per annum in urbe consulatu, provinciam altero anno regendam sortiebatur, is proconsul dicebatur, ut de praetoribus supra cap. 14.

⁴ *Sociis*] Hispanis, populo Romano credere junctis.

¹¹ *Lusitanorum*] Hodie *Portugais*.

^v *Ternisque millibus n. i. l. promercale*] Hoc est, vendendum 1311. 5 s. nostrae monetæ in libras auri singulas, qua proportione septem argenti librae et selibra uni aureæ æquivalent, hoc enim duntaxat argenti pondus invenias, si libris singulis 400. nummos sestertios assignes, ut supra

cap. 4. relatum est, assignandos. Quæ proportio longe abfuisset a nostra; est enim auri ad argentum quatuor decupla, aut ut minimum duodecupla: non igitur male suspicatus fuerit aliquis, aut abundantiam, aut forte crassitudinem, nempe propter æs admixtum, vilitatis causam extitisse. Invenit *quaternis* pro *ternis* Casaubonus, quod longe abest, ut accederet ad justam auri cum argento proportionem. Martialis enim lib. III. Epig. 62. plaris entam a Quinto notat argenti libram, 'Libra quod argenti millia quinque rapit.' Sed prodigum Quintum notat, aut cala-

Capitolio,^w tantundem inaurati æris reposuit. Societates ac regna^x pretio dedit, ut qui uni Ptolemæo^y prope sex millia talentorum^z suo Pompeiique nomine abstulerit.⁶ Postea vero evidentissimis rapinis ac sacrilegiis et onera bellorum civilium, et triumphorum ac munerum^a sustinuit impendia. [55.] Eloquentia militarique arte^{7 b} aut æquavit præstantissimorum gloriam, aut excessit. Post accusationem^c Dolabellæ haud dubie principibus patronis annumeratus est. Certe Cicero ad Brutum, oratores enumerans, negat ‘se videre,^d cui Cæsar debeat⁸ cedere:’ aitque, ‘eum



est. ut et Vind. 1. Mox pro *inaurati*, Cujac. in *avaritia*.—6 *Abstulit* Edd. Rom. *abstulerat* Ven. 1. Item *ac onera* Vind. 1.—7 *Mil. qua re* vel *quare* habent omnes Mss. et Edd. Vett. præter Vind. 1. in quo *mil. quoque re*, et Rhed. 2. qui *quare* omisit. Lipsii vero emendationem *Eloq. militarique re*, tanquam certissimam, admiserunt Casaub. Grut. Burm. et alii VV. DD. Magis tamen præferendam conjecturam Heinsii, *legentis militarique arte*, visum est Wolf. Baumg. auctore Oud. qui firmat sententiam e rubrica hujus capituli in codd. exarata. Torr. volebat *El. qua aut. omisso militari*; Guj. conj. *El. civili militarique*, Boxh. e Vinc. Belnac. legi malebat *El. mirabili*, quod quasi a nullo occupatum proferunt quoque Ant. Augustin. teste Ursin. et Schottus, Obs. l. III. Barth. cum in suo cod. reperisset *mutabili*, inde faciebat *inimitabili*. Marcilius solus ad Tit. c. 1. vulg. lect. defendit.—8 Invertunt voces *C. deb.*

NOTÆ

tura pretium auctum videtur.

^w *Furatus e Capitolio*] Idem a Crasso Consule factum notavit Plinius. Id Cæsar eo facilius potuit, et occultius, quod erat pontifex maximus: et simile in Vitellio narrat cap. 5. ubi pro ære inaurato aurichalcum est.

^x *Societates ac regna*] Tanti enim censebant socium vel Regem a populo Romano appellari, ut quocumque pacto id ambirent: quapropter ut sua gratia Cæsar honoris ejusmodi cupidos adjuvaret, non sine pecuniis erat agendum.

^y *Ptolemæo*] Auleti, de quo supra cap. 11.

^z *Sex millia talentorum*] 90000001. quantam summam exigere promptum ex supradictis cap. 4.

^a *Munerum*] Supra cap. 39. ut et triumphorum cap. 7.

^b *Eloquentia militarique arte* [re]

Corruptum hunc locum sic restituunt Lipsius Elect. lib. 1. c. 20. et Casaubonus: cum vulgo legeretur *eloquentia militari qua re*, et male; nec enim militari duntaxat eloquentia Cæsar valuit, sed et forensi; utpote qui causas egerit, ipso Cicerone teste in oratione pro Ligario, ‘causas Cæsar egit multas, et quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum,’ &c. Hac igitur eloquentia præstantissimorum gloriam æquavit, et re militari, hoc est bellica laude, longe superavit, ut patet ex tota hujus loci serie, et multis Ciceronis ipsius, aliorumque testimoniis.

^c *Post accusationem*] De qua supra cap. 4. Hoc et sequenti capite de Cæsaribus eloquentia agit Suetonius, ut supra cap. 44. acturum se promise-rat.

^d *Negat se videre*] Hæc habet ibi-

elegantem, splendidam quoque, atque etiam⁹ magnificam ac generosam quodammodo rationem dicendi tenere :⁹ et ad Cornelium^e Nepotem de eodem ita scripsit : ‘ Quid ? oratorum¹⁰ quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt ?³ Quis sententiis aut acutior, aut crebrior ? Quis verbis aut ornatior,² aut elegantior ? ’ Genus eloquentiæ duntaxat adolescens³ adhuc Strabonis Cæsaris^{4 f} secutus videtur : cujus etiam ex oratione, quæ inscribitur ‘ Pro Sardinis,’ ad verbum nonnulla transtulit in Divinationem^g suam. Pronuntiasset autem dicitur voce acuta, ardenti motu gestuque,⁵ non sine venustate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædam feruntur.⁶ ‘ Pro Q. Metello’^h non im-



Fouc. Memm. Medic. omn. Voss. Cort. Edd. Rom. et Gronov. Deinde pro atque Müll. in sched. Mss. suadet *additque*, quod verissimum putat Baumg.—⁹ Sic ex plerisque codd. et Edd. restitutum est pro *Vulg. ac etiam*. In Vind. 2. et Cort. neutrum comparet; nihilominus Cortius probat *ac et.* ad Plin. l. v. ep. 6. Vid. Burm. ad h. l. *Mox et gen.* exhibent Edd. Ond. et Wolfii. Aliter Burm. Pitisc. Schild. Bip. cum Edd. Rom. et aliis. Rursus *ac ad Cor.* et *ad exulat* a Vind. 1.—¹⁰ *Oratorem præfert* Torr. e duobus codd. et sic Memm. Med. 1. ac 3. a m. pr. *quis orat.* Periz. et signum interrogantis omitunt Ald. Steph. Dein *anteponas* in Vind. 1.—¹ *Egerint* Copes. Mox Rhed. 2. ordine mutato *aut sent. ac.* Item pro *acutior* Periz. *crebrior*.—² *Ordinatio aut* Voss. Desunt Huls.—³ *Adolescentis* Pin. Med. 2. Fouc. Harlem. Voss. Cujac. Edd. Camp. Ven. 1. Mediol. et marg. Periz. sed a pr. m. *eloquentis*.—⁴ *Cæsar* Fouc. et in nonnullis invenit Casaub. *Cæs. secum est.* Dein *cuj. in orat.* Vind. 2. Cort. Tum et *quæ* Vind. 1.—⁵ *Gestu sine copula* Vind. 2. Cort. ac paulo post *vetustate* Huls.—⁶ Rhed. 1. *qu. fertur.* Rhed. 2. *qu. ferunt.* Deinde vulgo legitur *feruntur ut pro Q. Met. quam non*, sed *quam* ejecit Jac. Gron. accedentibus Memm. Med. 1. 2. *ut* retinet Casaub. probante Grut. so-

NOTÆ

dem Cicero, scilicet in Bruto numero 261.

^e *Cornelium*] Ciceronis amicum cui cognomen Nepos, ad quem quæ Cicero scripserat periisse testatur Be- roaldus.

^f *Strabonis Cæsaris*] Gentilis sui, cujus Cicero divinatione in Verrem, et oratione in Pisonem meminit, Caiumque Julium appellat; qui pro Sardinis adversus Albutium, non secus ac Cicero pro Siculis in Verrem, peroravit.

^g *Divinationem*] Si duo pluresve

accusationem alicujus permitti sibi peterent, quas orationes, ut id sibi concederetur, adhibebant, eas divinationis appellari nomine visum est; quod, ut aiunt, disceptatione ejusmodi sine tabulis testibusve transacta, iudicibus prope divinandum esset, seu potius auditoribus, utri causa foret adjudicanda: quod patet prima in Verrem, qua præsertim quaritur uter accusare debeat Cicero an Cæcilius.

^h *Pro Q. Metello*] De hujus tribunatu supra c. 16. Deerat in vulgatis

merito Augustusⁱ existimat⁷ magis ab actuariis exceptam, male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam. Nam in quibusdam exemplaribus⁸ invenio, ne inscriptam quidem ‘Pro Metello,’ sed, ‘quam scripsit⁹ Metello;’ cum ex persona Cæsaris sermo sit, Metellum seque adversus communium obtrectatorum criminationes purgantis. ‘Apud¹⁰ milites’ quoque ‘in Hispania,’ idem Augustus [orationem esse¹] vix ipsius putat: quæ tamen duplex fertur: una, quasi priore² habita prælio,^k altera, posteriore; quo Asinius Pollio¹ ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incursione.^m [56.] Reliquit et rerum



lius Memm. auctoritate; cum tamen voculam non agnoscat Copes. (qui etiam pro *Metelloque non*) Harlem. Edd. Rom. Bon. Ven. tr. Lugd. Junt. Ald. Steph. Bas. et al. delendam esse, et distinctionem post *fer.* ponendam, decrevit Oud. quem secuti sunt Wolf, et Baumg. Habet Pin. *quæ non*, et ita emendat Scheffer. *fer. pro Q. M. quæ non i. A. e. m. a. act. recepta, m. s. v. d. q. ab i. edita*, cui favent aliquantulum Copes. Cujac. exhibentes *excepta*, et *edita*.—7 *Existimabat* Vind. 1. Periz. Ed. Cald. et unus Torr. *extimabat* Harlem. Ven. 2. 3. Tum *actuarius* Voss. *expectarius* Vind. 1. *accarius* Cujac. Item in Rhed. 1. *subsequenter verb. dicentibus*.—8 *Exemplariis* Edd. Rom. et mox *inscriptum*.—9 Torr. hæc verba *q. scr.* ex glossemate aliquo sumta suspicanti accedit Med. 3. cui deest *rd scripsit*, et Cort. non habens *ra q. scr. Met.* sicuti illa cum vocula *sed* exulant ab Ed. Ven. 1. Mox Lips. legi voluit *expers. Metelli*, et pro *seque* Ven. 1. *sape*.—10 Malit Torr. *ad mil.*—1 Voces istas quasi spurias delevit Oud. laudante Wolfio, et uncis inclusit Baumg. Harum primam non agnoscit Memm. cum Med. 3. et Ed. Bas. dum corrupte in Vind. 1. sit *in orat.* sed utrasque omiserunt Pal. 1. 2. quibus astipulantur duo Torr. totidemque Grut. ipsis probantibus. Tum *vix* deest Pin. Fouc. Copes. Voss. Med. 1. 2. Ed. Camp. et *ipsius* Cujac.—2 *Priori* Rhed. 2.—

NOTE

ut, quod restituit Casaubonus appositissime.

ⁱ *Augustus*] Quodam suo opere, quod Suetonii temporibus vero similiter adhuc extabat. Actuarii porro qui acta publica describent, unde et notarii, qui notis ad scribendi celeritatem utebantur, ut supra c. 14. et in Galba c. 5. et Tito c. 3. adde et Aug. c. 88.

^k *Priore prælio*] Ad Cordubam, posteriore ad Mundam: utroque adversus Pompeii liberis, ut jam supra c. 35. notatum.

¹ *Asinius Pollio*] Hic inter amicos quoque Cæsaris: unde potest esse dubium, an ipse belli Civilis historiam, an vero filius ejus scripserit; fuit enim uterque summus Orator; qui autem illius historiam scriptorem laudaverunt Augusto ferme cœtanei, Virgilius puta, et Horatius Ode 1. lib. 11. ‘Motum ex Metello Consule civicum Bellique causas et vitia et modos,’ &c. Ut supra c. 30. et Aug. cap. 43. et Claud. cap. 41.

^m *Subita hostium incursione*] Aliter auctor qui bellum Hispaniense scrip-

suarum commentarios, Gallici civilisque belli Pompeiani. Nam Alexandrini, Africique³ et Hispaniensis, incertus auctor est. Alii⁴ Oppium putant, alii Hirtium:⁵ qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum⁶ suppleverit. De commentariis⁷ Cicero in eodem Bruto⁸ sic refert: 'Commentarios scripsit, valde quidem probandos: nudi sunt, recti, et venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste detracta:⁹ sed dum voluit, alios habere parata,¹⁰ unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis



3 *Africanique* Steph.—4 Ita exhibuit Wolf. fide Mss. Med. 1. 3. Vind. 2. Cort. item Copes. Fone. Exc. Voss. atque Edd. Rom. deleta voce *enim* ante *Opp.* quam ex tribus codd. delendam esse jam monuerat Torr. suffragantibus Wolf. et Baumg.—5 *Irrium* Huls. *Hircium* Edd. Rom. Steph. Bas. et plures.—6 *Pro lib.* habet Copes. *bellum*, male iteratum a superioribus. Dein pro *suppleverit* Müll. in Obs. legendum censet *supplevit*.—7 Vulgo exaratur *Cæsaris* ante *Cicero*, quod et servant Var. Bip. Pitisc. sed recte eiecerunt Oud. Wolf. Baumg. auctore Burm. et deest Voss. Med. 2. Edd. Rom. Bas.—8 Sic scribendum visum est Torr. Casaub. Palm. aliisque, et edidit Gron. Burm. Oud. pro *in eod. libro*, ut ceteri. Accedit auctoritas trium Med. Vind. Pin. Cort. Pith. Par. Edd. Rom. et Mediol. In uno Torr. *Cic. Bruto*, omissis *in eod.* Mox sic etiam Memm. Copes. Periz. marg. Voss. Bon. Bas. Tum pro *refert* Vind. 1. *scribit*, et statim deest *quidem*.—9 Multi, inter quos Grut. Gron. ex sententia Turn. et hic Steph. ediderunt *detracto*, improbane Oud. cum Wolf. et Baumg. Vide Oud. h. 1.—10 Hoc modo reposuerunt Urs. Glar.

NOTE

sit: 'itaque nostri ad dimicandum procedunt, id quod adversarios existimabamus esse facturos, qui tamen a munitione oppidi mille passibus longius non procedebant,' &c. Unde patet non nisi ægre ad prælium allici potuisse.

ⁿ *Oppium putant, alii Hirtium*] Cæsaris amicos, quorum prior absentis negotia cum Balbo Cornelio curabat; ut auctor est Gellius lib. xvii. c. 9. quod Hirtium operum illorum auctorem fuisse probabilius reddiderit: hic enim Cæsarem comitabatur, si non Africano et Alexandrino, saltem aliis bellis; nisi orationis diversitas non unius duntaxat viri opus fuisse argueret, Africum præsertim et Hispaniense bellum; hoc enim Lipsius Elect. ii. cap. 22. ait esse 'militari

quodam et horrido stylo,' cum illud Africum nempe, non inter alia tantum emineat, sed inter pleraque Romana scripta: 'ita tersa,' inquit, 'in eo et ad Comicum morem pura dictio simplex cohærens, et candida narratio,' &c. eo usque ut Cæsare dignius esse putet illud opus, quam ipsi Commentarii. De novissimo, octavo scilicet, belli Gallici libro, constare videtur ex præfatione Hirtii esse; ibi enim eadem leguntur quæ hic ex eo retulit Suetonius.

^o *Cicero in eodem Bruto*] Sic in membranis regii, et Pithœi Casaubonus legit, et in duobus e suis codicibus Torrentius: deerat in vulgatis vox *Bruto*. Apud Ciceronem ibidem reperias in Bruto, nempe num. 262.

^r *Parata*] Ad scribendam historiam

gratum fortasse fecit, qui illa volent¹ calamistris inurere,¹ sanos quidem homines a scribendo deterruit.² De iisdem² commentariis Hirtius ita prædicat: ‘Adeo probantur omnium iudicio, ut prærepta, non præbita, facultas scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major nostra, quam reliquorum, est admiratio. Ceteri enim, quam bene atque emendate,³ nos etiam,⁴ quam facile atque celeriter eos perscripserit, scimus.’ Pollio¹ Asinius, parum diligenter, parumque integra veritate compositos, putat, cum Cæsar pleraque et quæ per alios erant gesta, temere crediderit, et quæ per se, vel consulto,⁵ vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque, rescripturum et correcturum fuisse. Reliquit et ‘De Analogia’⁶ libros duos, et ‘Anticatones’⁴



Casaub. Grut. e suis Mss. probantibus Oud. Baumg. et aliis, cum Med. 1. 3. Vind. 2. *paratam* exhibent Pal. 3. Memm. Copes. Cujac. Bon. Lugd. Bas. Suspiciatur Burm. exaratum fuisse *materiam* post *habere*, et Lambinus *paratum* in Cic. legit.—1 Vulgo *volunt*. In Memm. Copes. Pulm. tribus Torr. Med. 1. 2. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. Steph. legitur *volent*, et ita reposuerunt Græv. Burm. Oud. ut et Rivius volebat in Cic. ubi tamen Mss. et Edd. *volunt*. Fouc. hic *vellent*, et *nollent* Vind. 1. in quo non comparet *quidem*. *Supra gradum* vitiose Ed. Lugd.—2 *Isdem* Memm. Med. 3. Alii *hisdem* de more. Item *præcepta non præc.* Edd. Camp. Cald. Mediol. uti et apud Hirt. in Edd. et codd.—3 Has sex voces non invenit Salm. in Memm. sed non modo illæ sex, sed et præcedentes omnes a voce *cujus* exulant a Fouc. Copes. Huls. Periz. Harlem. Barth. Voss. Cujac. ac Ondendorpianis, etiam Edd. Rom. Ven. tr. aliisque; sed cunctæ tamen comparent in Vind. 1. et marg. Med. 1. ubi pro *reliquor.* est *ceterorum*, et pro *atque exaratum quam*, sicut in Ed. Bon. quæ insuper omisit *enim*, ac verba *cuj.* usque ad *adm.* In Lugd. *reliq. admiratio. Cæsari en.*—4 *Nos autem* Rhed. 2. Mox *præscripserit* Memm. Fouc. Cort. Camp. Malit Casaub. *confecerit*, et Hirtii codd. *perfecerit* præbent.—5 Memm. *consulta* vel *consultata* scriptura dubia. Illud autem in Harlem. a m. pr. Ceterum *pluraque* supra Ed. Cald. aliæque. Omnia vero et quæ per se usque ad *edid.* desunt Cujac. Ed. Mediol. sicut aliis, sed Polit. jam ejus marg. illa alleverat, pro *ediderit* exhibens *ediderat*, uti est in Med. 1. 3. Huls. qui paulo post *correpturum*.—6 Legebat Torr. *Analog. ad Ciceronem lib. d.* et inferius *exstant it. ad.* expunctis ibi vocibus et ad Cic. quasi suo loco motis. Dein

NOTÆ

argumenta. Commentarii quippe Cæsaris ‘sunt editi, ne tantarum rerum scientia scriptoribus deesset,’ ut ait Hirtius in eadem præfatione. Vulgati legunt *paratam*.

¹ *Calamistris inurere*] Hoc est imperito orationis furo exornare: calamister, nude tota hæc metaphora du-

citur, ferrum est tonsorium, quo calecto capilli in anulum torquentur.

² *Pollio*] De eo cap. proxime præcedenti, et hic nota ‘rescribere’ sumi pro recensere et corrigere, ut lib. de Illust. Gramm. infra.

³ *Analogia*] Hæc Isidoro lib. 1. originium cap. 27. ‘Latine simillium

totidem, ac præterea poëma,⁷ quod inscribitur ‘*Iter*.’ Quorum librorum primos in transitu Alpium, cum ex citiore Gallia,^u conventibus peractis,^v ad exercitum rediret; sequentes sub tempus Mundensis prælii^w fecit; novissimum, dum ab Urbe in Hispaniam ulteriorem^x quarto et vicesimo⁸ die^y pervenit. Epistolæ quoque ejus ad Senatam extant, quas primus⁹ videtur ad paginas^z et formam memorialis^a

//////////

du. lib. Voss. Medic. Periz. Harlem. Edd. Mediol. Cald. quod recepit in textum Oud. Item a Cujac. abest copula et ante de *An.* ac *Anticatones* legebat Müll. laudante Baumg.—7 Post voc. *poëma* relictum erat spatium in Fouc. Mox pro *Iter*, Memm. *inter.* Cod. Barth. post *inser.* lacunnam habet, et tum *inter. . . quorum.*—8 Ita integris literis exhibent Mss. et consentiunt Edd. omn. et sic scribendum docent Surita et Wesseling. ad Anton. Itin. p. 396. Casaub. tamen ex Strab. malebat *septimo et vic.*—9 *Primum* alii, sed illud substituunt ex codd. Torr. Græv. Casaub. (qui etiam vult *primus is*)

NOTÆ

comparatio, sive proportio nominatur. Cujus hæc vis est, ut quod dubium est, ad aliquod simile quod non est dubium referatur, ut incerta certis probentur, &c. nam regulariter est, dum quæris utrum *trames* masculinum an fœmininum sit; similis est illi in omni declinatione *lines*, et erit masculinum. Item *funis* si incerti generis esse credis, similis est illi *panis* in declinatione, et erit masculinum, &c. Extant apud Gellium lib. XIX. cap. 8. nonnulla ex eo Cæsaris libro decerpta, et ad Ciceronem scriptum hoc opus fuisse auctor ibidem est Gellius, cujus auctoritate Torrenius existimat referenda hæc verba ‘ad Ciceronem,’ quæ mox leguntur infra. Angeli vero Politiani liber habet ‘de Analogia ad Neronem,’ &c.

¹ *Anticatones*] Hos contra editam Catonis laudationem scripsit, vituperationem suam esse laudes illius existimans. De horum numero librorum Suetonio astipulatur Juvenalis: ‘Majores quam sint duo Cæsaris Anticatones.’ Hujus operis meminit etiam Plutarc. in Cæsare, statim ab initio.

^u *Citiorè Gallia*] Cisalpina sen Togata. *Lombardie*.

^v *Conventibus peractis*] De his quid sint supra c. 5. Videntur hæc verba ex initio lib. v. Comment. excerpta.

^w *Mundensis prælii*] Omnium ultimi: Lucanus lib. I. ab initio ‘ultima funesta concurrant prælia Munda:’ de quo c. 35. et 55.

^x *Hispaniam ulteriorem*] Cap. 7.

^y *IV. et XX. die*] Hic in omnibus codicibus mendum irrepsisse scribit Casaubonus, et auctoritate Græcorum Strabonis scilicet, et Appiani, emendat VII. et XX. uterque enim ἐπτά καὶ ἑξοσιν ἡμέραις scripsit. Unde facilis in Latinos numeros error, ut V. pro II. exscriptor quidam accepit.

^z *Ad paginas*] Casaub. et Torr. malent hic *primus*, quod et cognovit Ursini Ms. Cum autem pluribus non uterentur in scribendo, præsertim ad Senatam, vel Consules, paginis, sed charta simplici transversa, ut tota simul ob oculos epistola poneretur, hoc Cæsar immutavit, charta sic, ut paginas plures efficeret, complicata.

^a *Et formam memorialis*] An char-

libelli convertisse, cum antea Consules et duces nonnisi transversa charta scriptas mitterent. Extant et¹⁰ ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus: in quibus si qua occultius perferenda¹ erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quæ si quis² investigare et persequi velit,³ quartam elementorum⁴ literam, id est, *d* pro *a*,^b et perinde reliquas commutet. Feruntur et a puero et ab adolescentulo⁵ quædam scripta: ut ‘Laudes Herculis,’ Tragœdia ‘Œdipus,’^{6c}



Burm. et Oud. Mox paginan Rhed. 2.—10 *Etiam ad Vind.* 1. Pro *Cic. mendose Fouc. ceteriore.* Tum *it. et ad fam. Vind.* 2. Cort. et *idem* Edd. Rom. —1 *Praferenda Cort. prof.* Rhed. 1.—2 *Memm. Med.* 3. *si qui.* Mox *prosequi Pin. Fouc.*—3 Sic ex Ern. correctione Bip. et Baumg. Legi jubent *volet Lips. Casaub.* (ex ed. Steph.) Grut. Scriv. sed *invitis omnibus Mss.* Servat Vulg. lect. Oud. et infra legendum *mallet commutaret*, uti in *Vind.* 2. Junk. Grut. etiam *audacius conj. cf. p. nisi quis qu.* omissis plurimis.—4 *Deest clem.* Rhed. 2. *lit. Copes.* et *ejicienda censet Oud. id est.* Tum *per a Vind.* 2. Cort. *proinde Vind.* 1. ac *committeret Exc. Cujac.*—5 *Fer. et ait vero ab adolescente Memm. Barth. fer. vero ab adolescente* duo Torr. quibus consentiunt Med. 3. *Copes.* Grævio delenda videbantur *et a pu.* et scribendum *fer. vero ab adolescente*, vel *fer. et ab ad.* quod firmat Huls. *a pu. et.* Edd. Lugd. Junt. *et a pu. ab ad.* Voss. Alii aliter. Ex turbata scriptura faciebat Heius. *fer. atute tenera, et ab adol.* sed nihil mutant Burm. Oud. qui alioquin vellet *fer. vero et ab.*—6 *Œdipi vel Œdippi Copes. Fouc. Harlem. Cujac. et multi, cum Edd.*

NOTE

tæ solummodo formam, an etiam rerum scriptarum intelligit? ut ad epistolas Senatui scribendas ejusdem formæ, hoc est eodem modo complicata, charta sit usus, qua in memorialibus libellis, vel etiam eadem ratione et stylo scriptitarit epistolas qua libellos. Memoriales quippe libelli ii sunt, quibus summa rerum, de quibus meminisse volumus, capita annotamus; unde nomen etiamnum hodie apud nos; quo sensu Cæsar intelligeretur primus scripsisse literas, quibus summas rerum membratim duntaxat, non vero continenti perpetuaque structura orationis exprimeret; quanquam prior explicatio ipso Suetonii contextu patere videatur, posteriori tamen scribendarum rerum copia forte persuaserit.

^b *D pro A]* Et E v. g. pro B, F pro C, &c. ponendo semper, loco pingendæ literæ, quartam, quæ sequitur ordine. Sed quid si V scribendum sit, aliæque, quas nullæ aut quatuor non sequuntur? silent interpretes; at velut est in promptu: videtur ut, nempe dispositis in circulum characteribus, repetatur initium, v. g. pro V scribatur A, pro X, B, &c. vel ut in suis notis Augustus, ubi recurrendum fuerit ad initium, duplex adhibeatur, AA, scilicet, et duplex BB, &c. Aug. cap. 88. de quo et Isidorus lib. 1. Originum cap. 24. et Probus Grammaticus de ipsa Cæsaris methodo. ‘Persequi’ hic significat legendo assequi, seu intelligere.

^c *Œdipus]* Tragœdia, cui titulus erat ‘Œdipus.’ Vulgati legebant Œ-

item 'Dicta collectanea.'⁷ Quos omnes libellos vetuit Augustus publicari, in epistola, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompeium⁸ Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit. [57.] Armorum et⁹ equitandi^d peritissimus, laboris ultra fidem patiens erat: in agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat,¹⁰ capite detecto,^e seu sol, seu imber esset. Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus,ⁱ meritoria rheda,ⁱ centena passuum millia^g in singulos dies: si flumina morarentur, nando² trajiciens, vel innixus inflatis utribus,^h ut persæpe

ⁱ Absque impedimentis, rheda conductitia.



Vett. Ex Memm. tacite rescripsit *Œdipus* Casaub.—7 *Conjectanea* Viterb. Modo in delet Torr. fide duor. codd. probante Ond.—8 *Pomponium* Periz. et *Marcum* Vind. 1. Edd. Ven. tr. Mediol. Lugd. Junt. Bas. Gryph. Dolet. *Mucrum* Cujac. Ceterum pro *cui* Fouc. qui.—9 *Et* non extat in Salm. Med. 3.—10 *Ambulabat* Rhed. 2. Deinde volebat Ern. *rectecto*.—1 'In Ed. Hal. est: *expediens mer.* aliqua auctoritate, an ex conjectura, nescio. Haud inepta tamen est lectio.' Baumg. Mox *passum* Memm. ut alibi, et in cod. Cujac. exaratum literis Græcis ΜΗΡΤΑΡΗΔΑ, forte natum, conj. Casaubonus, ex scripturæ compendio, *mīarēda*, quod pro verbo Græco intelligebat librarius. Mox *per sing.* Huls.—2 *Natando* Vind. 1. et infra *sæpe* Edd. Venetæ, et aliæ plures.—3 *Cautiorne*

NOTÆ

dipi; minus bene; et Torrentins voces a puero non legit in duobus melioris notæ codicibus; sed *feruntur vero ab adolescente*, &c. Ejusdem argumenti Tragædiam Græce Sophocles, Latine Seneca scripserunt. Cæsaris quoque Tragædiarum meminit et Asconius.

^d *Equitandi*] Utpote qui a Plutarcho dicitur solitus a pueritia velocissimum equum reflexis in tergum manibus concitare.

^e *Capite detecto*] Quamvis alii in peregrinationibus, militia, ludis, aliisque ejusmodi, capite tecto forent: de quo more c. 45, et in Aug. c. 82. Calig. c. 51.

ⁱ *Rheda*] Casanbono Gallicum est hoc vocabulum, significatque vehiculi quoddam genus quatuor habentis

rotas, quemadmodum 'Cisium' duas, ait Isidorus. Nonius vero c. 6. ubi de impropriis pro curru a Varone usurpari ait.

^g *Centena passuum millia*] 30. et amplius leucas tanta hac celeritate octavo die, ex quo Roma profectus erat, pervenit ad Rhodanum.

^h *Inflatis utribus*] Hi sunt hircinæ pelles, ut hic dicitur, vel stramentis infertæ, ut Curtii lib. v. 'utres quam plurimos stramentis refertos dividit,' &c. His incubantes, et pedibus iter adgubernantes, flumina tranabant; invento non Romanorum duntaxat, sed et Græcorum antiquissimo, cujus loco inventi postea sunt a Romanis ascogephri, hoc est, pontes junctis utribus constantes, de quibus in Notitia Imperii.

nuntios de se prævenerit. [58.] In obeundis expeditionibus dubium, cautior an audentior.³ Exercitum neque per insidiosa itinera⁴ duxit unquam, nisi perspeculatus⁵ locorum situs; neque in Britanniam transvexit, nisi aute per se⁶ portus et navigationem et accessum ad insulam explorasset. At idem, obsessione castrorum^k in Germania⁷ nuntiata, per stationes hostium Gallico habitu penetravit ad suos. A Brundisio Dyrrhachium^l inter oppositas classes hyeme transmisit. Cessantibusque copiis, quas subsequi jusserat, cum ad arcessendas^s frustra sæpe misisset, novissime ipse clam noctu parvulum navigium solus obvoluto capite conscendit, neque aut quis esset, ante detexit,⁹ aut gubernatorem cedere adversæ tempestati passus est, quam pæne obrutus fluctibus. [59.] Ne¹⁰ religione^m quidem ulla a quoquam incepto absterritus unquam vel retardatus



an audacior Harlem. Periz. Edd. Ven. tr. Mediol. Bon. Junt. Lugd. Ald. al. —4 *Loca Copes. Barth.*—5 *Malit Bernecc. præspic. cum Barth. cod. reclamante Burm. per speculatos Copes. perspiculatos Med. 1. 3. et Polit. in marg. Mediol.*—6 *Boxh. et Heins. scribendum vellent persape: Lips. et Bernecc. per suos. Ern. autem conj. nisi omisso, corrigendum trans. ante quam p. et. n.*—7 *Malebat Ern. in Gallia, ut in Barth. cod. probante Heins. sed nihil mutant alii. Deinde supra snasit Ond. itidem pro idem, nolente Baumg. Mox obsidione legitur in libro Torr.*—8 *Accersendus Memm. ac plerique Mss. et Edd. Vett. Addit Ferr. vocem eas. Tum novis. abest a Rhed. 1.*—9 *Aut q. e. a. d. Hæc non reperiuntur in Ed. Gron. incuria forsân operarum.*—10 *Omisit ne Rhed. 2. Mox pro unq. vel in Periz. Harlem. Ed. Ven. 1. est aut. Dein au-*

NOTÆ

¹ *Nisi ante per se, &c.]* Cæsar ipse lib. iv. *Comm. per Caium Voluse-num, cum navi longa præmissum, portus exploratos dicit, unde Casanbono suspecta hic Suetonii memoria.*

^k *Obsessione castrorum]* Tnm vero similiter cum Q. Cicero, Tullii frater, Cæsaris legatus, communi Gallorum conspiratione cum reliquis omnibus hybernis obsessus est, ut videre est lib. v. de Bello Gallico.

^l *A Brundisio Dyrrhachium]* De his urbibus cap. 34. hæc est celebris illa occasio, qua Cæsar renuenti Amyclæ, (id erat gubernatori nomen,) appre-

hensa dextra: ‘Perge,’ ait, ‘Cæsarem vehis, Cæsarisque fortunam,’ de quo fuse Plutarchus in Cæsare: et suo more Lucanus lib. v. ubi hæc etiam pluribus describit: ‘Fisus cuncta sibi cessura pericula Cæsar, Sperne minas, inquit, pelagi, ventoque furenti Trade sinum, &c. sola tibi causa hæc est justa timoris, Vectorem non nosse tuum,’ &c.

^m *Religione]* Hoc est omnibus, quibus infausta fore consilia, religio snadebat; quod nobis dicitur scrupule.

est. Cum immolanti aufugissetⁿ hostia, profectioem ad versus Scipionem et Jubam^o non distulit. Prolapsus^p etiam in^l egressu navis, verso ad melius omine, ‘Teneo te,’ inquit, ‘Africa.’ Ad eludendas² autem vaticinationes, quibus felix et invictum in ea provincia fataliter^q Scipionum nomen ferebatur, despectissimum quendam ex Corneliorum genere,^r cui ad opprobrium vitæ Salutioni³ ^s cognomen⁴ erat, in castris secum habuit. [60.] Prælia non tantum⁵ destinato,^k sed ex occasione sumebat; ac sæpe ab itinere



fugasset Cujac.—1 *In exulat a Tornac. ingressu* Med. 2. Vind. 2. Cort. et Edd. Rom. Tum *versus* Hulz.—2 *Deludendas* Cujac. Med. 2. Camp. *eludendum* Fouc.—3 Variant admodum Codd. et VV. DD. in hoc nomine exprimendo. *Salutioni* dant Vind. 1. Pal. 1. et nonnulli alii cum Edd. Rom. Steph. marg. Gryph. quod receperunt Burm. Oud. Ern. Baumg. *Salvitoni* Memm. Copes. Hulz. Pal. 3. Med. tr. Vind. 2. Cort. Polit. Pulm. et quatuor Mss. Torr. *Salvitiuen* Pal. 2. *Salviton* Rhed. 1. *Salvini* Pin. Fouc. *Salvitioni* Periz. cum J. Celso, et Edd. Ven. 1. Cald. *Salvicioni* Harlem. *Salutioni* cod. Ursin. *Salutationi* Ed. Gryph. &c. Plutarch. in Cæs. c. 52. profert *Σαλλουτιων*, et Dio l. XLII. c. 57. *Σαλατίτων*. Corrigebat tamen Gron. *Salaconi*, et Grut. *Salvitoni* ad Plin. l. XXXV. 2. nbi, ut in l. VII. 12. diverse nomen exaratur. Lips. Elect. 11. c. 17. malebat *Salucioni*, a *Salux*, nec displicet Torr. Quidam denique malunt voces *ad obp. vit.* delendas, quasi supposititias.—4 *Cognomine* Rhed. 2. Mox *sec. in cas.* Periz. Cujac. Ven. tr. Bon. Cald. Mediol. Steph. Junt. Lugd. Ald. Bas. Torr. aliaque.—5 *Non sæpe dest.* unus liber Torr. probante ipso. Tum præpos. *ex* deest Viterb. Vind. 2. Cort. unde Burm. et Oud.

NOTÆ

ⁿ *Immolanti aufugisset*] Quod ceteros ab incepto deterrebat, utpote signum infausti, nec diis accipiendi sacrificii: cuius meminit et Lucanus lib. VII. ‘Discussa fugit ab ara Taurus,’ &c. De hoc omine vide et in Galb. c. 18.

^o *Scipionem et Jubam*] De his supra c. 35.

^p *Prolapsus*] Omen ceteroqui triste in expeditionibus incipiendis.

^q *Fataliter*] Quasi factorum necessitate fieri oporteret, ut Scipiones in Africa vincerent propter victorias illic a Scipionibus majore et juniore partas.

^r *Corneliorum genere*] Unde et Scipiones ducabant originem.

^s *Salutioni*] Varie isto de cognomine varii legunt et conjiciunt: sed vel relinquendum videtur *Salutioni* mimi ejusdam nomen, ita ut illi quoque nomine similis esset, quem moribus et etiam vultu referre dicebatur, vel, si quid immutari debeat, Lipsio lib. Elect. 11. c. 17. assentiendum legendo *Salucioni*, pro spurco et impuro, a *Salax*, quemadmodum a Senex Senceio, omissis aliis lectionibus *Saluitoni*, *Salutationi*, &c. Neque tamen adeo contemnendus ille, quin loco postmodum aliquo fuerit apud Cæsarem, opesque magnas eo favente comparaverit, ut auctor est Plinius lib. VII. c. 12. et lib. XXXV. c. 2.

statim, interdum spurcissimis tempestatibus, cum minime quis moturum speraret: ⁶ nec nisi tempore extremo ad dimicandum cunctantior ⁷ factus est; quo sæpius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans, nihilque se tantum acquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. Nullum unquam ⁸ hostem fudit, quin ⁹ castris quoque exueret: ita ¹⁰ nullum spatium perterritis dabat. Ancipiti prælio equos dimittebat, et in primis suum, ^t quo major permanendi necessitas imponeretur, auxilio fugæ erepto. [61.] Utebatur autem equo insigni, pedibus prope humanis, et in modum digitorum unguis fissis: ¹ ^u quem natum apud se, cum haruspices, imperium orbis terræ significare domino, pronuntiassent, magna cura aluit; nec patientem sessoris alterius primus ascendit: ² cujus etiam instar pro

^k *Inibat pugnas non tantum præparatus, sed etiam e re nata, ac frequenter nulla data mora post iter confectum, identidem per violentissimus procellus præter omnium opinionem.*



quasi suo loco motam retrahere vellent, et legere *ex dest.* et ita Rhed. 1.—6 Vulgo *putaret*, quod retinent etiam Medicei, Memm. sed nostrum plerisque codd. firmatur, assentientibus Casaub. Grut. Burm. Oud.—7 Libri Torr. *contator*, vel *cuntator*. Memm. *cunctator*, cum Med. trib. Cort. Fonc. Harlem. Voss. Periz. et Edd. Vett. *cunctantior* Bas. cum recentioribus.—8 Non comparent hæ quinque voces *auf. c. p. n. u.* in Memm. Medic. Vind. Fonc. (qui etiam *victoriam*) Voss. Harlem. Copes. Huls. Ven. Cujac. nisi quod in ejus margine extent, et pro *unquam* Vind. 2. det *cum*.—9 *Quem non cust.* Periz. Edd. Rom. Bon. Ven. Bas. et reliquæ omnes antiquæ, usque ad Casaub. qui primus rescripsit *quin*, ut in Cujac. et uno Torr. *qui in* Fonc. Medic. Pin. Harlem. Copes. *qui non* Vind. uterque, et hinc conj. Oud. *qui non c. q. exueretur*. Mox *exuerit* habet Ed. Rom.—10 *Ita ut null.* Memm. Harlem. Med. 3. Copes. Voss. Rhed. 1. qui mox *daret* pro *dabat*. Deinde *fugæ* omittit Rhed. 2.—1 *Fisis* Memm. *scissis* Periz. (in marg. *virgulis scissis*, ut et in Ven. 1.) Harlem. Cald. Steph. Mediol. Bon. Lugd. Junt. Ald. *fixis* Vind. 2. et *infixis* in Edd. nonnullis se legisse ait Boxh. Supra deletum *et* ante *in mod.* malit Baumg.—2 *Escendit* edidit Græv. probantibus Gron. Ern. Davis. ad Cæs. l. vii. B. G. c. 27. sed contra omnium librorum fidem. Si opus mutatione esset, Burm. mallet *in-*

NOTÆ

^t *In primis suum*] Adversus Helveticos pugnans suum equum primo, deinde alios e conspectu removit.

^u *Ungulis fissis*] Priores tantum pedes similes humanis fuisse dicit lib.

viii. cap. 42. Plinius, qualis erat etiam effigies ante templum collocata: de illo equo Plutarchus quoque non pauca in Cæsare.

æde^v Veneris Genetricis¹ postea dedicavit. [62.] Inclinatam aciem solus sæpe restituit, obsistens fugientibus, retinensque singulos, et contortis⁴ faucibus convertens in hostem: et quidem adeo plerumque trepidos, ut aquilifer⁵ moranti se cuspidem^y sit comminatus; alius in manu detinentis⁶ reliquerit signum. [63.] Non minora⁷ illa constantiæ ejus, immo majora etiam, indicia fuerint. Post

¹ *Et primus ascendit illum, cum non pateretur alium insidere sibi; ad ejus similitudinem postea consecravit effigiem, ante templum Veneris matris.*



scendit.—3 'Edidi Genetr. pro Genitr. Burm. secutus et Oud. qui ad lapidum auctoritatem provocat.' Baumg. Pro æde vitiose Fouc. *præde.*—4 Heins. volebat *obtortis.*—5 Omnes Mss. *aquilifero*, excepto Med. 1. sed recte *aquilifer* legendum docebat Egnat. qui etiam *Cæsari* pro se reponendum censebat. Omnes deinde Edd. Vett. non agnoscunt *se*, sed legitur in nno Torr. *secum* Pal. 1. *secus* Voss. Copes. Huls. Med. 2. *sectis* Fouc. In marg. Steph. *aquilifero morienti*, quod et Heinsio placebat. Oud. corrigit *aq. demoranti se.*—6 *detinuit* Vind. 1. Burm. scribi jussit *retinentis*, probante Baumg.—7 Memm. *Non major illa constantia ejus maj.* omisso *immo.* Pal. *ej. quod maj.* Med. 3. *non minor illa constantia ejus, quam maj.* Polit. e suis, *non minor i. constantia, ejusque m.* et Oud. conj. *quin maj. etiam.* Verba tamen *im. m. e. adulterina* Torr. et Scriv. visa, quibus accedit Grut. *Tum fuerint* firmant Memm. Med. 1. 3. *sed fuerunt* Harlem. Periz. Rom. Ven. et Edd. fere omnes, repugnantibus

NOTE

^v *Æde]* Ædes, templum, fanum promiscue quandoque sumuntur, licet carmoniarum ratione differant: de quo fuse Gellius lib. xiv. cap. 7. Videtis in August. c. 29.

^w *Veneris Genetricis]* A qua oriundum se prædicabat cap. 6. Hoc ædificium in foro suo, de quo cap. 26. jussit erigi ex voto, quod Pharsalicum prælium initurus fecerat; quemadmodum autem et Deos patres appellabant, ut 'Mars pater,' Ovid. i. De Arte, 'Janus pater,' Virgil. viii. Æneid. et innumeri alii, 'Liber pater,' Georgic. i. quo etiam loco Deorum omnium generale nomen fuisse Servius censet: ita et Deas matres, ut 'Vesta mater,' Cicero in oratione de haruspicum responsis, 'magna mater,' in Tib. c. 75. ita et 'Venus genetrix,'

Macrob. i. Satur. cap. 12. 'Cum hodie quoque in sacris Martem patrem, Venerem genetricem vocemus,' &c. Sed Cæsar genetricem dixit Venerem, quod ab ea genus duceret.

^x *Aquilifer]* Ab Aquila primo legionis Romanæ signo, quod in unaquaque legione non nisi unum, jam inde a Marii temporibus, qui aquilas Romanis legionibus proprias dicitur: erant autem anrea aquilarum simulacra hastis suffixa; alia vero cohortium signa vulgo minotauri, lupi, equi, &c. de quibus Plinius lib. x. cap. 4. quin et dracones, ut ex Claudiano aliisque: 'Stent bellatrices aquilæ, sævique dracones.'

^y *Cuspide]* Hoc est posteriore parte hastilis, quo gestabatur aquila, qua nempe terræ insigebatur.

aciem Pharsalicam,⁸ cum, præmissis in Asiam copiis, per angustias Hellesponti² vectoria⁹ navicula^a trajiceret, C.¹⁰ Cassium,^b partis adversæ, cum decem rostratis navibus obvium sibi, neque refugit: et cominus tendens, ultro ad deditionem hortatus, supplicem ad se recepit. [64.] Alexandria, circa oppugnationem pontis, eruptione hostium subita^c compulsus in scapham, pluribus eodem præcipitantibus, cum desilisset² in mare, nando per ducentos passus evasit ad proximam navem, elata³ læva, ne libelli, quos tenebat, madefierent; paludamentum^d mordicus trahens, ne spolio potiretur⁴ hostis. [65.] Militem neque a moribus,⁵ neque a fortuna⁶ probabat, sed tantum a viri-



Græv. Gron. Wolf. Oud.—8 *Ac. Ph. Vind. 1.*—9 Sic restituit Pulm. auctore Turnebo, cum Pith. Pal. duobus, Torr. duob. Memm. Med. 1. 3. Vind. 1. idque recipere omnes Editores præter Torr. et Burm. qui malint *victor*, uti exhibent Harlem. Voss. Cujac. et Edd. priscae, usque ad Plantinianas. *vectori Fouc.*—10 Ita rescripserunt Ursin. et Patin. cum Xylandro ad Dion. l. XLII. c. 6. idque probantibus Casaub. Ern. Baumg. Omnes tamen codd. *L. vel Lucium* præferunt. Oud. malit *Longinum* h. l. restituendum, ut in Dione, loco citato. Vind. 1. *Cassius*, et mox *supplicantem*. Tum *ovium* pro *obv.* Memm.—1 *Eruptionem h. subito* Fouc. *er. h. facta subito* Ferr.—2 Sic tacite emendavit Gron. eumque secuti sunt Burm. Oud. Wolf. Mss. plurimi, etiam Memm. *desilisset* exhibent. Med. 1. *desisset*, et inde faciebat Oud. *dedisset se in m.* Mox pro *evasit*, Rhed. 2. *enavit.*—3 Med. 3. *elevata.*—4 *Potiretur* Memm. Ed. Ald. quod probant Burm. Ruhnck. et Oud.—5 *A majoribus* Copes. Ed. Boxh. quod et cogitavit Græv.—6 Malit Torr. *a forma.* Dein *sed tamen* Edd. Mediol.

NOTÆ

² *Hellesponti*] His angustiis Europa sejungitur ab Asia.

^a *Vectoria navicula*] Sic in duobus ex suis libris Torr. sic ex Cujacii et Pithæi codicibus Casanbonus, '*vectoria*' enim '*navicula*' dicitur eodem sensu, quo cap. 57. '*meritoria rheda.*' Torrentius tamen vulgatam lectionem retinet, scilicet *victor navicula*, victoria quippe animum, ut ait, addebat.

^b *C. [L.] Cassium*] Qui postea unns fuit e conjuratis, cum alio Cassio qui Caius dicebatur, de quo cap. 82.

^c *Subita*] Legunt quidam *facta subita*.

^d *Paludamentum*] Consulam cum imperio militari proficiscentium insigne

vestimentum, coccini coloris. Hoc auspicato, et in Capitolio sumi moris erat, ducesque exercituum nonnunquam unius hujus caerimoniae celebrandæ causa revocaverunt; ut de Flaminio Livius lib. xxii. auctor est. Hic autem a Suetonio longe diversi abeunt Dio et Appianns; nam ille lib. xlii. idem de libellis habet, verum de paludamento non modo non consentit, sed et eo et reliquis vestibus, quarum pondere et hostium telis obrueretur, potitos ait Ægyptios, et ad tropæum appendisse; cui assentitur ii. Civilium Appianns, sed libellorum non meminit; utrumque silentio prætermisit Hirtius lib. de bello Alex.

bus; tractabatque pari severitate atque indulgentia. Non enim ubique ac ⁷ semper, sed cum hostis in proximo esset, coërcebat: tum maxime exactor ⁸ gravissimus disciplinæ, ut neque itineris, neque prælii tempus denuntiaret, sed paratum et intentum momentis omnibus, quo vellet, subito educeret. Quod etiam sine causa plerumque faciebat, præcipue pluviis et ⁹ festis diebus.^f Ac subinde, observandum se, admonens, repente interdiu vel nocte subtrahebat; augebatque iter, ut serius subsequentes defatigaret.¹⁰ [66.] Fama vero hostilium copiarum perterritos non negando minuendove,^g sed insuper amplificando^h ementiendoque, confirmabat. Itaque cum expectatio adventus²



Cald. et *servitute* cum Harlem. Ven. 1. Lugd. pro *sev.*—7 Liber unus aut, sed utrumque delevit Torr. Dein *tunc* in Vind. 2. Cort. *tum* autem Edd. Rom.—8 *Exactor* Voss. *exactori* Harlem. *gravissime* Rhed. 2.—9 *Ac f.* Vind. 1. Periz. Harlem. Edd. Med. Cald. et *mox se obs.* Periz. autem *ad obs.* Tum *interdiu* Med. 1. a m. pr. *diu* Med. 2. a m. pr.—10 Gron. edidit *defetig.* e Memm.—1 Cujac. *inhibendove*, quod non displicebat Casaub. *Mox ampliando* Rhed. 1.—2 Delendum voluit Grut. *adventus*, cum Viterb. sed defendit Burm. et Ond.

NOTÆ

^e *Militem ... neque a fortuna*] Torr. mallet *a forma*; sed repugnant codices. Cæsarem igitur intellige, non a divitiis æstimasse, et legisse suos milites, quemadmodum a Romanis fieri solitum erat: Polybius quippe lib. Hist. vi. in equitum delectu census habitam rationem auctor est, quod et in peditibus legendis usurpatum videre est ex Dionysii Halicarnassei lib. iv. ubi de censu instituto sermonem habet; ac præsertim Livii lib. xxxiv. ubi Nabidis Spartani ad Quintium Romanum verba hæc refert: 'Vos (Romani scilicet) a censu equitem, a censu peditem legitis, et paucos excellere opibus, plebem subjectam esse illis vultis,' &c. quod autem de moribus ait, Cæsari ipsi consentire non videtur: hic enim lib. vii. de Bello Civili refert, non 'minus se in

militate modestiam et continentiam, quam virtutem atque animi magnitudinem desiderare,' sed milites reprehendebat, quod temere iniquo loco pugnassent, nec 'signo recipiendi dato constitissent,' &c.

^f *Pluviis et festis diebus*] Ut paratiores forent adversus insidias, quibus aptissima ejusmodi tempora, et frequenter structas multis exemplis probant stratagematum scriptores.

^g *Minuendove*] In Cujacii codice Casaubonus legebat *inhibendove*. Quod et potest; rumores enim inhibere noti apud politicos moris est.

^h *Amplificando*] Eadem Cyri in occasionibus ejusmodi ratio; hic enim, auctore Xenophonte, satius ducebat, ut minora expectatis invenirentur, non contra.

Jubæ terribilis esset, convocatis ad concionem militibus, ‘Scitote,’ inquit, ‘paucissimis his diebus regem affuturum cum decem³ legionibus,ⁱ equitum triginta, levis armaturæ^k centum millibus, elephantis trecentis.^l Proinde desinant quidam quærere ultra aut opinari; mihi que, qui compertum habeo, credant: aut quidem vetustissima nave⁴ impositos, quocumque vento, in quascumque terras, jubebo^{5m} avehi.’^{m n}

^m Quapropter cessent aliqui ista inquirere amplius, aut judicare de illis; et fidem habeant mihi, qui certo scio: sin minus, jubebo illos imponi vetustissimæ navi, et hinc exportari in quascumque regiones tulerit ventus quilibet.

~~~~~

—3 Decem abest a Cujac. Fouc. qui et *vocatis*. Tum legit Torr. *eq. XXX. milibus, eleph. expunctis lev. arm. c. m.* quod et fecit Lips. Præbet Med. 2. *et levis*. Deinde *elephantisque* Vind. I. Harlem. Periz. Ven. tres Cald. Mediol. Junt. Ald. et plures.—4 Corrigit Casaub. *aut equidem vetustissimæ navi*. Omnes vero libri ablativum servant, et vindicavit Burm. Pro *aut* in Vind. 1. *at*, dein exaratur *v. n. importans*, et desiderantur voces *vento ac terras*.—5 *Jubeo* Ms. Abb. Gandav. duo Torr. Harlem. cum Edd. Cald. Mediol. Bas. Var. tr. Gryph. astipulantibus Torr. et Scriv. *Supra quasque Cujac. Mox ad-vehi* Vind. uterque, Pin. Cort. Lugd. Junt. et aliae, probante Scheffero.—

## NOTÆ

<sup>i</sup> *X. legionibus*] Eæ ex Romanis; Jubæ quippe Scipio sese conjunxerat, ut supra cap. 36. et 37. et totidem legiones habebat, ut testis locuples est Hirtius lib. de Bello Afric. copias adversariorum enumerans, Scipionis legiones decem, &c.

<sup>k</sup> *Levis armaturæ*] Torrentius rejicit has voces, retinet Casaubonus; et certe merito ut videtur; Hirtius enim ibidem, ‘equitatus infinitus, legiones Regiæ iv. levis armaturæ magna vis,’ &c. *Levis armaturæ* milites iidem et Velites, sic dicti quod neque lorica induerent, neque ocreis aliisque ejusmodi munirentur, sed jaculis aut funda duntaxat armati pugnarent; contra vero gravis armaturæ.

<sup>l</sup> *Elephantis CCC.*] Illud est præsertim quod ementiendo Cæsar augebat, nec enim plures elephantos quam *CXX.* in hostilibus exercitibus esse Labienus jactabat, et fama ipsa fere-

bat, quæ etiam vulgo res ejusmodi in majus auget; ut statim ab initio belli Africani et adhuc paulo post legere est. Appianus non nisi sexaginta Elephantorum meminit.

<sup>m</sup> *Jubeo*] In duobus Mss. legit Torr. *Jubeo*, quod magis est imperantis: quo loco Casaub. legendum censet, *equidem vetustissimæ navi impositos, &c.*

<sup>n</sup> *Avehi*] Hoc inter supplicii genera fuisse notat Casaubonus, et a Tito usurpatum colligit ex cap. 8. in ejus vita; sed præsertim a Trajano in delatores, de quibus Plinius in Panegyrico, ‘congesti sunt in navigia raptim conquisita, ac tempestatibus dediti,’ &c. Et Tyranni Christianorum oses id quoque crudelitatis exercuerunt, ut refert Victor de Gensericò Vandalo: ‘Tunc vero memoratæ urbis episcopum, id est Carthagini, Deo et hominibus manifestum, nomine, Quod

[67.] Delicta neque observabat omnia, neque pro modo <sup>a 6°</sup> exequabatur: sed desertorum <sup>p</sup> ac <sup>7</sup> seditiosorum et inquisitor et punitor acerrimus, connivebat <sup>8</sup> in ceteris. Ac nonnunquam post magnam pugnam atque victoriam, remisso officiorum munere, licentiam omnem passim lasciviendi permittebat; jactare solitus, ‘milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse:’ nec ‘milites’ eos <sup>9</sup> pro concione, sed blandiori nomine ‘commilitones’ <sup>q</sup> appellabat; habebatque tam cultos, ut argento et auro <sup>r</sup> politis armis ornaret, simul et <sup>10</sup> ad speciem, et quo tenaciores eorum in prælio essent metu damni. Diligebat quoque usque <sup>t</sup> adeo,

<sup>a</sup> *Neque explorabat omnes culpas, neque puniebat illis pro gravitate cujusque, &c.*



6 Gab. Færnus, notante Torr. legebat *pro more*.—7 *Atque Vind.* 1. Tum sine copula et priori loco, *in q. ac p.m.* Harlem. Periz. Vind. 1. Edd. Cald. Mediol. Venetæ, Bon. et reliquæ Vett. at Bas. et habet, quod secuntæ Gryph. et aliæ. In Memm. *punitor*.—8 *Cohibebat* Fouc. Cujac. Huls. Copes. Pin. Medic. 1.3. Vind. 3. cum marg. Ed. Mediol. Inde faciebat Scheff. *se cohiebat*.—9 *Suos Hariem.* Ven. tres, Cald. Med. Bon. Lugd. Ald. Steph. aliæque. Dein *blandiore* Medic. tres, Rhed. 1. 2. Cort. cum Edd. Rom. Mox *commilitone* Huls.—10 *Omittit et Burm.* cum Cort. ad Plin. 1. 11. Ep. 17. *Infra desunt in præl.* Rhed. 2.—1 *Suadet Müll.* in schedis suis *q. eos adeo.* Tum Fouc. *Titiniano*.

#### NOTÆ

vult Deus, et maximam turbam Clericorum, navibus fractis impositum, nudos atque exspoliatos expelli præcepit.’ Cujus generis plura legere est in Martyrologio.

<sup>o</sup> *Neque pro modo*] Modus hic Casaubono est jus consuetum, et disciplinæ militaris institutum: ut ‘pro modo’ et ‘pro more’ idem sint; quod etiam legendum volebat Gabriel Færnus apud Torrentinum. ‘Exequi’ vero idem ac punire, seu potius ad strictos juris apices expendere. Tacit. in Agricolaë Vita: ‘Omnia scire, non omnia exequi.’ Cæsar igitur, desertoribus et seditiosis exceptis, in reliquos delinquentes lenior erat.

<sup>p</sup> *Desertorum*] Desertores, et eman-

sores, fugitivorum militum nomina: hi qui diu vagati ad castra revertuntur; illi qui nonnisi per vim reducti, unde etiam gravius, capite scilicet, plecti soliti.

<sup>q</sup> *Commilitones*] Apud Lucanum lib. 1. milites hortaturus: ‘Bellorum o socii, qui mille pericula Martis Mecum, ait, experti.’ Qui mos Augusto post bella civilia improbat, ut in ejus vita cap. 25.

<sup>r</sup> *Argento et auro*] Arma pelle vel corio tecta habere, moris fuit apud Romanos, quæ prælii, lustrationis, aut cujusdam pompæ tempore nudabant: quod et de Titi exercitu narravit Josephus, lib. de Bello Judaic. v. cap. 25.

ut, audita clade Tituriana,<sup>s</sup> barbam capillumque summiserit,<sup>2 t</sup> nec ante demserit, quam vindicasset. Quibus rebus et devotissimos<sup>3</sup> sibi, et fortissimos reddidit. [68.] Ingresso civile bellum† Centuriones<sup>u</sup> cujusque legionis singulos equites e viatico<sup>v</sup> suo obtulerunt;<sup>4</sup> universi milites gratuitam et sine frumento stipendioque operam, cum te-



—2 Quia in Pin. legeretur *depresserit*, Scheff. cogitandum videbatur, an non vera fuerit scriptura *deraserit*, repugnante Oud.—3 *Advot.* Huls.—4 Habent vulgatæ Edd. et ante *universi*, sed deleverunt auctoritate suorum codicum Torr. Grut. Burm. Oud. Item vel vocem ejciendam post *gratuitam*, vel legendum *id est*, monet Müll. Ibi præbet Fonc. *ac sine*. Mox Vind. 1. *locaci-*

## NOTE

<sup>s</sup> *Tituriana*] Supra cap. 25.

<sup>t</sup> *Summiserit*] Idem de Augusto, accepta clade Variana, in ejus vita cap. 23. Quod apud ipsos in luctu solitum fuit, sive ob acceptam cladem, sive rei facti, unde notatu dignum visum est, quod P. Scipio Pauli filius, a Tribuno plebis accusatus, neque barbam posuerit, neque candida veste uti desierit, neque vestitu solito reorum indutus fuerit, ut notat Gellius lib. III. cap. 4. vel supplicum more impense quidpiam postulantes, ut de Alexandrinorum legatis Livius lib. IV. decade 5. Contra vero Barbari quidam barbam in luctu ponebant, ut in Calig. cap. 5. videre est, quam ceteroqui alebant. Infra cap. 71.

† A. U. C. 700.

<sup>u</sup> *Centuriones*] Tres in una cohorte manipuli, ut supra cap. 31. notatum est. Singulis duo centuriones præerant, alter altero prior. Constat ex Dionysii Halicarn. lib. IX. et Taciti Annal. 1. de militibus in centuriones suos seditiose sævientibus, ‘repente lymphati in centuriones invadunt. Ea vetustissima militaribus odiis materies, et sæviendi principium. Prostratos verberibus mulcant, (ut legendum vult Lipsius, alias *mulctant*) sex-

ageni singulos, ut numerum centurionum adæquarent,’ &c. de quibus fuse Lipsius lib. II. Dialog. 8. de militia. Cohortis primæ centurio primus primipilus dicebatur, de quo Tib. cap. 37.

<sup>v</sup> *Viatico*] Viaticum dixere pecunias, aliaque itineri faciendo impendenda. Quin et pro sumtu in rem quamcumque faciendam, a Jurisconsultis accipitur. Ulpianus lib. XVII. ff. ‘de rebus creditis,’ filiifamilias Romæ studiorum causa agentis, pecuniam ad alimenta a patre missam ‘viaticum’ dixit. Et ‘magnum viaticum,’ quanquam nove, dictum tamen refert Gellius, lib. XVII. cap. 2. ‘pro magna facultate, et paratu magno, videturque Græcos secutus, qui ἐφῶδιον, sumtum viæ, ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt,’ &c. Quare ‘viaticum’ hic est, vel cujusque centurionis peculium, vel pecunia aliaque in sumtus itineris distributa, quorum quæ superabant, in instruendo alendoque equite impenderent; quo sensu Horat. lib. II. Epist. 2. ‘Luculli miles collecta viatica multis Ærumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem Perdidit,’ &c.

nuiorum tutelam<sup>w</sup> locupletiores in se contulissent. Neque in tam diuturno spatio quisquam omnino<sup>x</sup> descivit: plerique capti concessam sibi sub conditione vitam,<sup>y</sup> si militare adversus eum vellent, recusarunt.<sup>5</sup> Famem et ceteras necessitates, non cum obsiderentur modo, sed et si alios ipsi<sup>6</sup> obsiderent, tanto opere tolerabant,<sup>7</sup> ut Dyrrhachina munitione<sup>z</sup> Pompeius, viso genere panis ex herba,<sup>a</sup> quo sustine-



ones.—5 Huls. *recusare*, Vind. 1. *famemque et*.—6 *Ipsi alios* Fouc. Memm. Cujac. Cort. *Pro et scribitur etiam* in Periz. Edd. Rom. Bas. Gryph. sed utrumque omiserunt Ven. tr. Mediol. Cald. Bon. Lugd. Junt. Ald. Steph. probante Burm.—7 *Tantopere perdurabant* Rhed. 1.—8 *Sustentabantur* Huls.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Tutelam*] Alimenta, et necessitatum omnium exhibitionem, Casaubonus intelligit: id enim tueri interdum significat. Macrobius lib. II. cap. 2. 'Interrogavit, (quia sutorem sciebat,) quo artificio se tueretur,' &c.

<sup>x</sup> *Quisquam omnino*] De militibus duntaxat intelligendum; Labienum enim a se defecisse, ipse satis innuit l. III. de Bello Civili: 'At Labienus, cum ab eo (Pompeio intellige) impetrasset, ut sibi captivos transdi juberet, omnes productos, ostentationis, ut videbatur, causa, quo major perfugæ fides haberetur, commilitones appellans,' &c. 'interfecit.' Et discrete Lucanus lib. v. ubi Cæsarem inducit loquentem: 'Fortis in armis Cæsareis Labienus erat, nunc transfuga vilis.'

<sup>y</sup> *Concessam sibi s. c. vitam*] Ut centurio ille, qui cum veteranis quibusdam suis commilitonibus captus, et ad Scipionem missus, ei vitam condonanti, et pro suo beneficio gratias sibi agendas expectanti, respondit: 'Pro tuo summo beneficio, Scipio, tibi gratias ago, (non enim imperatorem te appello,) quod mihi vitam incolumitatemque, belli jure capto, polliceris: et forsitan isto uterer bene-

ficio, si non ei summum scelus adjungeretur. Egone contra Cæsarem, imperatorem meum, . . . adversus armatusque consistam?' Cap. 45. de Bello Africano. Et Granius ille Petronius, qui auctore Plutarcho, Cæsaris Quæstor, Scipioni vitam quoque condonanti respondit: Cæsaris milites vitam dare, non accipere consuevisse: et suo se pugione confodit.

<sup>z</sup> *Dyrrhachina munitione*] De qua c. 35.

<sup>a</sup> *Genere panis ex herba*] Lapsanam fuisse refert Plinius lib. XIX. cap. 8. 'Necnon olus sylvestre est, triumphorum Divi Julii carminibus, præcipue jocis militaribus celebratum: alternis quippe versibus exprobravere, lapsana se vixisse apud Dyrrhachium, præmiorum parsimoniâ cavillantes.' Hanc inter sylvestres brassicas lib. II. cap. 9. annumerat, et uapi simillima ejus esse folia dicit. Cæsar ipse lib. III. de Bello Civili, 'caram' appellat radicem illam, ex qua, lacte commixta, panem efficiebant. Hujusmodi panes, in Pompeianos sibi per colloquia famem exprobrantes, conjiciebant, addebantque se, quoad herbas ejusmodi terra produceret, obsidionem Pompeii non derelicturos:

bantur,<sup>8</sup> 'cum feris sibi rem esse,' dixerit, amoverique ocyus, nec cuiquam ostendi jusserit, ne patientia et pertinacia hostis animi suorum frangerentur. Quanta fortitudine dimicant,<sup>9</sup> testimonio est, quod, adverso<sup>10</sup> semel apud Dyrrhachium prælio, pœnam in se ultro depoposcerunt:<sup>1</sup> b ut consolandos eos magis imperator, quam puniendos,<sup>2</sup> habuerit. Ceteris præliis innumeras adversariorum copias, multis partibus ipsi pauciores,<sup>c</sup> facile superarunt. Denique una sextæ legionis cohors,<sup>d</sup> præposita castello, quatuor Pompeii legiones per aliquot horas sustinuit, pœne omnis confixa multitudine hostilium sagittarum,<sup>3</sup> quarum centum ac triginta<sup>4</sup> millia<sup>e</sup> intra vallum reperta sunt. Nec mirum,

Deinde diceret Vind. 1. Tum nec. ost. cuiq. Rhed. 2.—9 Vulgo dimicaverint. Nostram lect. testantur Memm. Dunelm. Medic. 2. 3. Voss. Edd. Rom. et mox superarunt iidem, cum Vind. utroque, Cort. pro Vulg. superaverunt.—10 Averso Fonc.—1 Depoposcerent Vind. 1. Periz. Edd. Mediol. Ven. 1. Cald. depoposcerint Ven. 2. 3. magis eos Cort.—2 Pervenientos Harlem. Tum una deest Cujac. castella habet Fonc. et substituit Copes.—3 In marg. Ant. Gryph. hastitium ac sag. ac paulo supra confossa Vind. 2. a m. pr. et Cort.—4 Ern. ex Cæs. B. C. l. iii. c. 53. delendum putat centum, et scribendum ad trig. suffragantibus Oud. Wolf. et Oberlin. ad Cæs. loco cit. E contra Ursin. Burm.

## NOTÆ

hinc Lucanus lib. vi. 'Cernit miserabile vulgus In pecudum cecidisse cibos,' &c. Paulo post: 'Plurimaque humanis antehac incognita mensis Diripiens miles, saturum tamen obsidet hostem.'

<sup>b</sup> *Ultrò depoposcerunt, &c.*] Appianus lib. ii. de Bellis Civilibus, dicit, ipsos petiisse more patrio decimari; quo negato, saltem aquiliferos morte plecti, et primos fugæ auctores; hocque iterum negato, Cæsarem satis habuisse, ut quosdam, eosque paucos, supplicio afficeret. Ipse, lib. iii. de Bello Civili, militum dolore exposito, et repetendi prælii ardore, nonnullos signiferos infamia notatos, et loco motos refert.

<sup>c</sup> *Pauciores*] Sic apud Arvernos, ubi Vercingetorix non minus quam

400000. in armis habebat; et apud Æduos, ubi non minorem Helvetiorum multitudinem superarunt.

<sup>d</sup> *Cohors*] Hoc est quingenti, vel ut plurimum sexcenti, viginti ad minimum Pompeianorum millibus resisterunt, ut ex supra dictis cap. i. colligere est, et notavit Lipsius Dialogo 4. lib. ii. de Militia.

<sup>e</sup> *Centum ac triginta millia*] Cæsaris ipse lib. iii. de Bello Civili, ubi ista pluribus enarrantur, de Centurionibus ejus cohortis loquens, 'Et cum laboris sui periculique testimonium afferre vellent, millia sagittarum circiter xxx. in castellum conjecta, Cæsari remuneraverunt:' quo Cæsaris, aut hoc Suetonii loco, manifestus error est. Ursinus apud Cæsarem pro *circiter* legi debere putat *centum*.

si quis singulorum <sup>5</sup> facta respiciat, vel Cassii Scævæ <sup>6</sup> Centurionis, vel C. <sup>7</sup> Acilii militis: ne de pluribus referam. Scæva, excusso oculo, <sup>8</sup> transfixus femore et humero, centum et <sup>9</sup> viginti ictibus scuto perforato, custodiam portæ commissi castelli <sup>h</sup> retinuit. Acilius navali ad Massiliam <sup>i</sup> prælio, injecta in puppem hostium dextra, et abscisa, <sup>9</sup> memorabile illud apud Græcos Cynægiri <sup>k</sup> exemplum imitatus,



et Baumg. Cæsarem ex Suetonio corrigendum statuunt.—5 *Sing. si quis Periz.* Vind. 1. Harlem. Ven. tr. Cald. Mediol. Bon. Junt. Steph. Ald. et vetustiores, hand improbante Ond.—6 *Medic. duo Cassi.* Vind. 2. Cort. et alii, teste Fonteio, *Casium.* Ven. 1. *ut casum Scævæ.* Fouc. *casum Scævæ*, et mox *Stera.* Ed. Lugd. *vel cesiisse Scævæ*, quod Burm. pro *Cassii istius Sc.* scriptum fuisse autumat. Alii VV. DD. volunt hunc *M. Casium Scævum* esse dictum, e Val. Max. III. 2.—7 Vind. 1. *quinti*, deinde cum Fouc. Vind. 2. et Cort. *Attilii*, et mox *Attilius.* Cf. Val. Max. loco supra cit. ubi codd. eodem modo variant, corrigente Pighio ex Plut. et Nostro. Dein *excuso Memm.* pro *more*, et Bas. posteriores *transfixo*.—8 *Et desideratur in Fouc.* Numerum istum vel notis, vel literis integris servant Mss. omnes, tamen Boxh. in una Ed. CXXI. legisse dicitur, et maluisse scribendum CXXX. ex Cæs. B. C. III. c. 53.—9 Alii *abscissa.* Mox *Cingiri* Memm. al. *Cynegiri*, *Cyngeri*, vel *Cinigeri*.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Cassii Scævæ*] Cæsar ibidem idem narrat: 'Quem,' ait, 'Cæsar... donatum millibus ducentis æris, (hoc est 8750. l. 4. s.) ab octavis ordinibus ad primipilum se trauducere pronuntiavit;... cohortemque posteaduplici stipendio, frumento, vel speciaris militaribusque donis amplissime donavit.' Hunc Lucanus pugnantem describens lib. VI. ait suo more: 'Jamque hebes, et crasso non asper sanguine mucro, Percussum Scævæ frangit, non vulnerat, hostem. Perdidit ensis opus, frangit sine vulnere membra, &c. Illum tota premit molas; illum omnia tela.'

<sup>g</sup> *Excusso oculo*] Quatuor ejus cohortis centurionibus id accidisse dicit Cæsar, et de Scæva Lucanus ibidem: 'Affixam vellens oculo pendente sagittam Intrepidus, bellumque suo cum lumine calcat.' Et paulo post: 'Perdiderat vultum rabies: stetit

imbre cruento Informis facies.'

<sup>h</sup> *Commissi castelli*] Unius ex illis, quibus Pompeii castra circumdederat, cum illum prope Dyrrhachium magnis operibus teneret obsessum, ut supra cap. 35. et Lucanus lib. VI. 'Turritaque summis Disponit castella jugis,' &c.

<sup>i</sup> *Massiliam*] Quæ proficiscenti in Hispaniam portas clauserat, cap. 34. et Cæsar lib. I. de Bello Civili.

<sup>k</sup> *Cynægiri*] Atheniensis illius, qui post pugnam Marathoniam in Persas, fugatos hostes insecutus, alternis manibus in navem onustam injectis et abscissis, morsu navem ad postremum detinuit: de quo Justinus lib. II. cap. 9. Simile quid a L. Glaucio Romano factum narrat. Scævæ et Acilii Valerius quoque meminit lib. III. cap. 2. mutatis nonnihil prænomibus.

transiluit<sup>10</sup> in navem, umbone<sup>11</sup> obvios agens. [69.] Seditionem per decem annos<sup>m</sup> Gallicis bellis nullam<sup>2</sup> omnino moverunt, civilibus aliquas; sed ut celeriter ad officium redierint,<sup>3</sup> nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate.<sup>n</sup> Non enim cessit unquam<sup>4</sup> tumultuantibus, atque etiam obviam semper iit. Et nonam quidem legionem apud Placentiam, quanquam in armis adhuc<sup>o</sup>. esset Pompeius,<sup>5</sup> totam cum ignominia<sup>p</sup> missam fecit: ægreque, post multas et supplices preces, nec<sup>6</sup> nisi exacta de sontibus<sup>q</sup> pœna, restituit. [70.] Decumanos<sup>7</sup> r autem Romæ, cum ingenti-



Supra *puppim* Rhed. uterque.—10 Vulg. *transilivit*, vel ut Vind. 2. Cort. *transiliit*. Nostram lect. servant antiquiores codd. Dein Vind. 1. *est navim*, et *obv. habens*, Huls. *agens*.—1 Boxh. ex Ed. prisca præfert *imcerone*, et conj. superius *apud Mass.* damnante Ond.—2 Invers. ord. *bell. null. Gall.* Fouc.—3 *Redierint* Huls. Medic. 1. 3. Edd. Rom. Camp. quod Burm. et Ond. haud displicebat, reclamante Wolf.—4 *Unq. cess.* Voss. 'Tum *nonam qu.* Fouc. Huls.—5 Ita ordinem statuit Ond. ex duodecim Mss. et Edd. Rom. quem secutus est Baumg. Alii habent *adh. in a. P. e.* Torr. delendum mallet *adhuc*, ac Grut. *esset*, quasi a manu librarii inserta. Abest *esset* sane Fouc. Müll. vel legendum censet *Domitius pro Pomp.* vel aliud quid, quod contineat laudem hujus legionis, ut, *quanq. adh. in ar. prompta, v. promittissima esset v. fuisset*.—6 *Non nisi* Rhed. 1. et paulo ante *missa* Harlem. *immissam* Huls.—7 *Decimanos* Menm. Medic. tr. Harl. Copes. Ven. tr. Camp. *decumanos* Edd. Mediol. Caid.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Umbone*] Umbo media clypei pars, in rotundum instar umbilici eminentior, ferro vel ære munita, qua comminus pugnantes hostem impellebant.

<sup>m</sup> *Decem annos*] Non quidem absolutos, ut supra cap. 25. notatum.

<sup>n</sup> *Auctoritate*] Lucanus lib. v. de Cæsare milites allocuturo super hac ipsa seditione: 'Stetit aggere fulvus Cespitis intrepidus vultu, meruitque timeri, Nil metuens.' Et paulo post Cæsar ipse: 'Vadite, meque meis ad bella relinquitte fatis. Inveniet hæc tela manus, vobisque relictis, Tot reddet fortuna viros, quot tela vacabunt.'

<sup>o</sup> *In armis adhuc*] Dictionem *adhuc* mallet abesse Torrentius, et sane

merito. Seditio enim illa contigit tum, cum ex Hispania rediret, victis Petreio et Afranio, sicque ante pugnam Pharsalicam; quare eo magis probabile est redundare hoc adverbium, quod arma Pompeius, nisi cum vita, non reliquerit.

<sup>p</sup> *Cum ignominia*] De missione honesta et ignominiosa, cap. 7.

<sup>q</sup> *Sontibus*] Hoc est, seditiois auctoribus, præsertim in seditione: quippe sontes sunt omnes.

<sup>r</sup> *Decumanos*] Decimæ legionis milites 'decumum' antiqui non secus ac 'decimum' dixere. Huic præsertim legioni Cæsar indulerat multum, propter virtutem, et confidebat. Notum est autem Romanis legionibus nomina a numero atque or-

bus minis, summoque etiam Urbis periculo, missionem<sup>5</sup> et præmia flagitantes, ardente tunc in<sup>8</sup> Africa<sup>4</sup> bello, neque adire cunctatus est, quanquam deterrentibus amicis, neque dimittere: sed una voce, qua 'Quirites'<sup>u</sup> eos pro militibus appellarat,<sup>9</sup> tam facile circumegit et flexit, ut ei, 'militēs esse,'<sup>10</sup> confestim responderint, et quamvis recusantem ultro in Africam sint secuti: ac sic quoque seditiosissimum quemque et prædæ et agri destinati<sup>v</sup> tertia parte mulctavit. [71.] Studium et fides erga clientes<sup>w</sup> ne<sup>1</sup> juveni quidem defuerunt. Masintham,<sup>x</sup> nobilem juvenem, cum adversus Hiempsalem<sup>y</sup> regem tam enixe defendisset,<sup>2</sup> ut



Pro autem Cujac. aut.—8 Præpos. deletam mallent Burm. Ond. Wolf. et Ruhnk. sed vindicat Baumg. cum Müll. qui etiam pro *ardente* suadet *exardente*, vel *exardescente* recipiendum. Rhed. 2. *ardenti* exhibet, et Rhed. 1. omisit etiam ante *Urbis*.—9 *Appellaret* Huls. Edd. Med. Cald.—10 *Esse se* in Vind. 2. Cort. Fonc. quod revocandum putavit Ern. Mox *at sic* Fonc.—1 *Neni Memm.* quod pro *ne* in accepit Burm. Medic. 1. *nec jus*: dein *Masinthiam* Pal. 2. Vind. 1. Copes. Polit. in marg. Ed. Med. Junt. Steph. Ald. Arg. *Masinthiam* Medic. 1. *Marsithiam* Vind. 3. Pal. 1. Cort. *Marsuthiam* Exc. Cujac. Alii aliter.—2 *Defendissent* Fonc. tum et *juba* Vind. 1. ac *altercationem* Medic.

#### NOTÆ

dine ut plurimum indita, ut 'prima,' 'secunda,' &c. inde primani et secundani, &c.

<sup>5</sup> *Missionem*] Honestam nempe, qualis post expleta stipendia cap. 7. notatum. De præmiis, quæ ut plurimum erant agri, qui eis dabantur colendi, supra c. 20. et in Aug. c. 13. et 24.

<sup>1</sup> *In Africa*] Adversus Scipionem et Jubam, cap. 36.

<sup>u</sup> *Quirites*] Hoc est cives Urbanos, per ironiam, quasi molles et ignavos, otii, quo Urbani delectantur, ut plurimum cupiditatem taxans: quo sensu Lucanus, 'Tradite vestra viris ignavi signa Quirites.'

<sup>v</sup> *Prædæ et agri destinati*] Hæc sunt præmia de quibus supra.

<sup>w</sup> *Clientes*] Quid ii sint cap. 2. Nota quatuordecim continnis capitibus de studiis bellicis, ut proposuerat,


egisse Suetonium; nunc studiorum Civilium partem alteram, administrandæ scilicet Reipublicæ, rationem persequitur. Vide cap. 44.

<sup>x</sup> *Masintham*] Quis ille fuerit, tacent tam historici, quam interpretes. Casaubonus existimat fuisse quandam e stirpe regia alienjus ex illis Africæ regibus, qui quod Romanis restitissent, periere, amisso regno. Cum illum, veteris adhuc umbram splendoris aliquam retinentem, ad pendenda sibi tributa, cogere vellet Hiempsal, res ad Senatum delata fuit, ubi juvenem illum quamvis tutatus Cæsar, tamen facere non potuit, quin stipendiarius, hoc est vectigalis, pronuntiaretur. De stipendiariis cap. 25. in Galb. cap. 12. Vesp. 16. Domit. 12.

<sup>y</sup> *Hiempsalem*] Hunc a Pompeio, annitente Sylla, regem institutum,



Jubæ, regis filio,<sup>2</sup> in altercatione barbam<sup>3</sup> invaserit, stipendiarium<sup>3</sup> quoque pronuntiatum<sup>4b</sup> et abstrahentibus statim eripuit, occultavitque apud se diu:<sup>5</sup> et mox, ex prætura<sup>c</sup> proficiscens in Hispaniam, inter officia<sup>d</sup> prosequentium,<sup>6</sup> fascisque lictorum, lectica sua avexit. [72.] Amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut C. Oppio,<sup>7e</sup> comitanti se per sylvestre iter, correptoque subita valetudine, et deversoriolo,<sup>f</sup> quod unum erat, [loco] cesserit,<sup>8</sup> et<sup>9</sup>



1.—3 *Stipendium* Harlem. Fouc. Edd. Ven. 1. Cald. Med. et cod. Cujac. qui pro et abs. habet ei abs. atque statim omittit.—4 *Pronuntiarum* Ed. Cald. pronuntiavit liber Torr. quod et ipse probat. Mox ab abst. Vind. 2. Cort. Fouc. Ed. Ald.—5 *Diu ap. se* Fouc. Deinde ex præfectura Copes.—6 *Inter off. statim proseq.* Gryph. Bas. Plant. Colin. Torr. Infra advexit Vind. 1. Pin. Fouc. Copes. evexit Vind. 2. Cort.—7 *Appio* Periz. Harlem. Edd. Ven. tr. Cald. Med. et ita alibi. Mox valetud. in Mss. fere omnib. cum Edd. primis.—8 *Vulgatam lect. et in diversorio loco quod unum erat, cesserit* non posse ferri videntur omnes, at in h. l. emendando non consentiunt. Torr. sic: loco in div. q. u. e. cess. Ursin. in div. q. u. e. loco cess. et ita Ed. Rob. Steph. idque probant Voss. Burm. et Casaub. Emendat Græv. et in div. cubiculo, q. u. e. cess. probante Pitisc. vel deletis loco ac et in, legit div. q. u. e. c. et desunt et in Memm. Viterb. Copes. Vind. 2. Cort. Vinc. Beluac. et tantum abest a Fouc. Edd. Rom. Steph. in Pal. 1. 2. Ed. Bon. 1508. in qua non comparet loco, et ita Bip. Goes. conj. quod unum habebat; Jac. Gron. corrigit, et in textum recepit, et in div. loco, quo cubitum ierat, cesserit. Heins. et in diversoriolo eo, quod unum erat, cess. quod dedit etiam Oud. probante Ern. tamen eo supervacaneum esse mone. Alia ratione Oud. proposuit, et deversorii cubiculo, vel cubili eo, q. u. e. c. Boxh. e loco diversorii. Pro loco legitur in marg. Ant. Gryph. locato, et ad oram Plantin. in div. lecto, qui unus erat, quod quasi viri docti conjecturam accipiebant Burm. et Oud. sed in cod. inter Mss. Burneianos in Mus. Britannic. servato, No. 259. exaratur, et in div. lecto q. unum e. Nostra lect. est ex emendatione Casaub. recepta a Grut. et Wolfio, tanquam verissima. Reliquas VV. DD. emendationes V. ap. Burm. et Oud. quas si augere ope-

## NOTÆ

auctor est Plutarch. in Pompeio.

<sup>2</sup> *Jubæ, regis filio*] Hiempsalis regis scilicet. Dio lib. XLVI.

<sup>3</sup> *Barbam*] Hanc patet a barbaris excultam, cap. 67. animadvertimus.

<sup>b</sup> *Pronuntiatum*] Torr. legit in optimo e suis codicibus pronuntiavit: quo sensu intelligeretur Cæsar pronuntiasse stipendiarium, hoc est militem, ut hoc saltem jure protegeretur: sed dubitat, an, quemadmodum stipendiaria provincia Latine dicitur, ita et stipendiarius miles recte dici

possit. Certe alia prorsus est sententia: provincia stipendium tribuit, miles accipit.

<sup>c</sup> *Ex prætura*] Cap. 18.

<sup>d</sup> *Officia*] Prefecturos in provincias magistratu functos amici clientesque, honoris causa, ad Portam usque Salutarem prosequerentur, ibique salutabant.

<sup>e</sup> *C. Oppio*] Illo Cæsar's amico, de quo cap. 52. et cap. 56.

<sup>f</sup> *Deversoriolo* [*diversorio loco*] F. Ursinus in veteri codice legit, et in

ipse humi ac sub divo<sup>s</sup> cubuerit. Jam autem rerum potens, quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores provexit. Cum ob id culparetur, professus est<sup>10</sup> palam, 'si grassatorum<sup>i</sup> et sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum.' [73.] Simultates contra nullas<sup>1</sup> tam graves excepit<sup>2</sup> unquam, ut non<sup>3</sup> occasione oblata libens deponeret. C. Memmii,<sup>k</sup> cujus asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat, etiam suffragator mox in petitione consulatus fuit. C. Calvo, post famosa epigrammata de reconciliatone per amicos agentis, ultro ac prior scripsit. Valerium Catullum,<sup>l</sup> a quo sibi versiculis<sup>4</sup> de Mamurra<sup>m</sup> perpetua

ræ pretium esset, scriberem, mutata interpunctioe, *deversorio, quod u. e. loco, cess.* vel servata etiam præp. in *deversorio, loco q. u. erat, cess.* ubi præter comma nihil in vulg. mutatur. Müll. Obs. p. 11. locum ita constituit, in *dev. loco, qui unus erat, cess.* Banmg.—9 *Ac ipse* Edd. Gryph. Plant. Pnlm. Casaub. Græv. Schild. et aliæ recentiores. Tum Edd. quædam *sub dio*, quod e Mss. corrigebant Pulm. Torr. Pro *cubuerit* habent Fonc. Medic. 2. Vind. uterque, Cort. Periz. Harlem. cum omnibus editis vetustioribus usque ad Pnlm. accubuerit accedente Burm.—10 *Est exulat a Memm. et supra evexit* Fonc. Mox *se grass.* Pal. 2. *cras* Vind. 2. Cort. De suis Torr. præfert *se grass. et sic. o. i. t. s. d. usum esse, t. q. p. omisso se*, sed reliqui codd. in alia eunt.—1 Præter Memm. omnes scripti, et Edd. usque ad Rapheleng. habent *nullos*, quod Casaub. ejusque sequaces respuebant.—2 *Accepit* Rhed. 1.—3 *Non fastidit* Vind. 1. ac pro *oblata* in Medic. 1. est *sublata*. Ceterum *Memmi* Medic. 3. Vind. 1. *Memii* Vind. 2. Cort. Harlem. Periz. *Memii* Ed. Camp. *Memmini* Fonc. Dein *Catulum* Periz. Edd. Rom. Ven. 1. Mediol. (correctum a Polit.) Lugd. Junt.

## NOTÆ

*diversorio quod unum erat, loco cesserit*, apertiore multo sensu, quem vix ullum eruas e vulgata lectione, unde Torrentinus emendat *et loco in diversorio, quod unum erat, &c.* Casaub. forte legendum opinatur *diversoriolo*: particulæ enim illæ, *et in*, non extant in Viterbiensi codice.

<sup>s</sup> *Sub dico*] Paulo narrat aliter Plutarch. in Cæsare, quem cubuisse dicit *ἐν τῷ προστεγίῳ τῆς θύρας*. Est autem *προστέγιον* *Protectum*, seu tecti projectura, quæ aliquantum ante januam spatii tegit, quæ 'suggrundia' Latinis, nobis *saillie de la couverture*; nec mirum tam anguste co loci habi-

tatum; tunc enim, tempestate adactus, in pauperis cujusdam tugurium diverterat, ubi nonnisi cubiculum unicum fuisse notat ibidem Plutarchus.

<sup>i</sup> *Grassatorum, &c.*] Vide infra, in Aug. cap. 32.

<sup>k</sup> *C. Memmi*] De hujus prætura cap. 23. ac rursus de illo, et Calvo, de quo hic, cap. 49. Hunc vero similiter intellexit Ovidius, hoc versu: 'Et tu cum Calvo, docte Catulle, tno.'

<sup>l</sup> *Catullum*] Hic ille Veronensis est, cujus extant opera, licet non omnia; Ciceroni, Pompeio, aliisque ætatis

stigmata<sup>n</sup> imposita non dissimulaverat, satisfacientem,<sup>o</sup> eadem die adhibuit cœnæ, hospitioque patris<sup>p</sup> ejus, sicut consuerat, uti perseveravit.<sup>5</sup> [74.] Sed et in ulciscendo



Arg.—4 *Vers.* non exstat in Harlem. et *Mamura* habet Medic. 1.—5 *Ita Copes. Medic. 1.* receptum ab Oud. et aliis. In Memm. *sicut perseverat uti perseveravit, et emendatum persuerat.* Harlem. *Sicut consueverat ita p.* sic etiam Ven. tres. *persueverat* Dunelm. Voss. *ita pers. uti* Periz. *ita* quoque pro *uti*

## NOTÆ

illius præstantissimis viris familiaris; usque eo liber in Epigrammate scribendo, ut ne Cæsari quidem pepererit. Vide illius Epigramma 30.

<sup>m</sup> *Mamura*] Fuit ille Formianus, Cæsaris quondam exoletus, et in Gallia fabrorum præfectus, qui tantas conegessit divitias, ut Romæ primus, auctore Cornelio Nepote, totius domus suæ parietes marmore incrustaverit, cujus meminit et Plinius lib. xxxvi. cap. 6. sed locus ibi corruptissimus. Catullus Ep. 30. 'Quis hoc potest videre? quis potest pati, Nisi impudicus, et vorax, et heltho, Mamurram habere quod Comata Gallia,' &c. Et adhuc infra Ep. 58. 'Pulchre convenit improbis, Mamurræ . . . . Cæsarique.'

<sup>n</sup> *Stigmata*] Hoc est infamiæ notas; ducta metaphora a stigmatibus, sive notis quibusdam, quas vultui vel fronti nocentium servorum ferro inurebant, quandoque literas: unde Plautus in Casina, servum his literarum notis insignem appellat 'literatum,' Act. II. Sc. 6. vs. 48. Martial. 'Quatuor inscripti portabant vile cadaver.'

<sup>o</sup> *Satisfacientem*] Satisfacere dixerunt, cum qui verbis læserat alterum, juraret coram testibus, nolle se ea dicta. Terent. in Adelphis Act. II. Scen. 1. 'Jusjurandum dabitur te esse Indignum injuria hac.' Et Donat. ad hunc locum, et Plautus in Amphitryone, Act. III. Scen. 2. Jupiter

sub persona Amphitryonis: 'Mane arbitrato tuo jusjurandum dabo, Me meam pudicam esse uxorem arbitrari.' Ulpianus lib. v. § 8. ff. 'de injuriis et famosis libellis:' 'Hac lege permittitur actori jusjurandum deferre, ut reus juret, injuriam se non fecisse,' &c. In Tib. 27. et Claud. 38.

<sup>p</sup> *Hospitioque patris*] De Verona intelligendum videtur, sed in Transpadanas regiones post triumphos ivisse Cæsarem, nemo antiquorum auctoritate dixerit; paulo enim post occisus est. Hac et aliis rationibus adducti Casaub. hic, et Joseph. Scaliger in notis ad Eusebii Chronicon, num. mccccclx. Suetonii hac parte negligentiam accusant. Verum quid si scripta ante triumphos, et condonata dicantur epigrammata? licet enim Ponticæ et Hispanicæ prædæ mentio, quæ in illis habetur, confectis adversus Pharnacem et Pompeios bellis, scripta fuisse persuadere videatur; nihilo tamen minus, cum directa ab eo fuerint ante id tempus Lusitanorum oppida, ut supra cap. 54. retulit Suetonius, et Rhodi etiamnum agens Mithridatis præfectos expulerit, ut etiam supra cap. 5. de illis temporibus forte posset intelligi. Sin minus, aliam quoque Catulli patri, quam quæ erat in regione Transpadana, domum fuisse suspicor, in quam Cæsar post reconciliationem, occasione data, diverterit.

natura lenissimus.<sup>6</sup> Piratas,<sup>9</sup> a quibus captus est, cum in deditioem redeisset, quoniam, suffixurum se cruci, ante juraverat, jugulari prius jussit, deinde<sup>7</sup> suffigi.<sup>r</sup> Cornelio Phagitæ,<sup>s</sup> cujus quondam nocturnas insidias æger<sup>8</sup> ac latens, ne perduceretur ad Syllam, vix præmio dato evaserat, nunquam nocere sustinuit. Philemonem, a manu<sup>t</sup> servum, qui necem suam per venenum inimicis promiserat, non gravius, quam simplici morte, punit. In P. Clodium, Pompeiæ uxoris suæ adulterum,<sup>u</sup> atque eadem de causa pollutarum cærimoniarum reum, testis citatus, negavit, se quicquam comperisse; quamvis et mater Aurelia, et soror Julia, apud eosdem iudices omnia ex fide retulissent: interrogatusque, cur igitur<sup>9</sup> repudiasset uxorem, ‘Quoniam,’ inquit, ‘meos<sup>v</sup> tam suspicione, quam crimine, iudico carere oportere.’ [75.] Moderationem vero clementiamque, cum<sup>10</sup> in administratione, tum in victoria belli civilis, ad-



Cort. Edd. Mediol. Cald.—6 *Levis*. Fouc. Item *ditionem* cum Pal. tr. Medic. 1. 3. Cort. Periz. Edd. Rom. et pluribus, probante Bernecc. *dicione* Memm. Harlem. Vind. 2. Edd. Med. Cald.—7 *Jussit, et tum suff.* Rhed. 2. *Mox sagittæ* Fouc.—8 *Ægre* Edd. Raph. Græv. 1697. 1703. errore typhotetarum. Deinde *Philom.* Harlem. *Phylem.* Medic. 1. *Philomonem* Vind. 1. Ed. Bas. Pejus Vind. 2. Cort. *Amanii servum.* Vocem *serv.* delere voluere Torr. et Grut. Ceterum *punit* in Vind. utroque, et Cort.—9 Fouc. *cur ergo.* *Tum uxorem* abesse mallet Burm. et mox corrigit *meas.* In Cort. *meos quidem tum.* Male divisit Fouc. *in eos.*—10 *Al. tum,* sed *cum* reposuit Burm. ex pluribus codd. et Edd. Cf. Oud. ad loc. omittit in Medic. 1. et *mirabilem* habet a pr. m.—

#### NOTE

<sup>9</sup> *Piratas*] Supra cap. 4.

<sup>r</sup> *Suffigi*] Idem quia Tarquinius Priscus fecerat, Romani criminati sunt; quamvis ob majorem infamiam sceleratis inurendam, ab imperatoribus postea facilitatum sit: quin et Ptolemæus Cleomenis corpus, unguentis fartum, ne cito corrumpere-  
tur, diutiusque agnosci quiret, affigi cruci jusserit; hoc enim modo Plutarchum in Cleomene Casaubonus explicat. Fenestella Epitom. II. ‘decollatos’ dixit.

<sup>s</sup> *Cornelio Phagitæ*] Vide cap. 1.

<sup>t</sup> *A manu*] Vel ad manum, ex illorum numero, quorum manu ad describendas epistolas utebatur, qui et ‘amannenses’ dicuntur in Nerone cap. 44. quin et ‘libertarum amanuensium’ ad fœminarum usum mentio fit Vesp. cap. 3.

<sup>u</sup> *Adulterum*] Vide supra cap. 6.

<sup>v</sup> *Quoniam, inquit, meos*] Idem habet et Plutarchus; dixit tamen supra cap. 6. Cæsarem opinatum fuisse, illam a Claudio adulteratam. Sed eo tempore, de quo hic agitur, ei adversari, utile sibi non ducebat, utpote

mirabilem exhibuit. Denuntiante Pompeio, pro hostibus se habiturum, qui Republicæ defuissent; ipse, medios et neutrius partis suorum sibi numero futuros, pronuntiavit. Quibus autem ex commendatione Pompeii ordines<sup>w</sup> dederat, potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. Motis apud Ilerdam<sup>1</sup> \* deditiois conditionibus, cum, assiduo inter utrasque partes usu atque commercio, Afranius ac<sup>2</sup> Petreius deprehensos intra castra Julianos subita poenitentia<sup>3</sup> interfecissent, admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. Acie Pharsalica proclamavit, 'ut civibus parceretur:' deincepsque nemini non suorum, quem vellet,<sup>4</sup> unum partis adversæ servare, concessit: nec ulli perisse nisi in prælio reperiuntur,<sup>5</sup> exceptis duntaxat Afranio et Fausto<sup>y</sup> et L.



1 *Ilyerdam* Harl. Periz. Medic. 1. Edd. Med. Cald. Ven. 1. Lugd. Junt. Arg. *Ilyerdam* Steph. *Ilyerdam* Vind. 1. et Edd. aliquot.—2 *Et Petr.* Medic. duo, Fouc. Vind. 1. Harlem. Periz. Copes. Edd. Rom. Med. Cald. atque Vind. 2. Cort. Item *inter c.* Copes. Medic. 1.—3 *Sub. pæna* Rhed. 1. *interfecisset* Edd. Lugd. Junt. Ald. Steph. Colin. Mox *proclamabat* Fouc.—4 *Un. qu. vell.* Harlem. Periz. Ven. tres, Bon. Mediol. aliæque. In Vind. 2. et Cort. *vellent*, in Harlem. non apparet *unum*, pro qua voce in Copes. est alia, unde delenda Oud. videntur, et legend. *vellent*.—5 Sic Memm. Medic. 1. 3. *reperiuntur* Copes. Pal. tres. *reperiuntur* alii. In quibusdam etiam exaratur *perisse*.—

## NOTE

quem optimatibus contradicere expectaret.

<sup>w</sup> *Ordines*] Ducendos scilicet, singulorum manipulorum, qui tres in cohorte, supra cap. 31. singulis singuli centuriones præerant cap. 68. 'ordines igitur dare,' idem est ac centurionis gradum.

<sup>x</sup> *Ilerdam*] Citerioris Hispaniæ oppidum, hodie *Lerida*; ubi hac occasione, de qua hic agitur, factis quibusdam induciis, utrinque miles alter in alterius castra, parvo ab invicem spatio sejuncta, transgressus erat. Petreii crudelitatem nedum imitari, Cæsar non sustinuit, ut etiam diligenter conquisitos Petreianos remiserit, quos inter aliqui sponte remanserunt: de quo fuse lib. 1. Bell.

*Delph. et Var. Clas.*

Civil. Cæsar ipse.

<sup>y</sup> *Fausto*] Cui cognomen Sylla, de quo supra cap. 26. Syllæ Dictatoris filius erat, Pompeiique gener, qui, post profligatas omnium in Africa vires, cum Afranio per Mauritaniam iter in Hispaniam tendens, a P. Sittio captus est, et paucis post diebus, dissensione in exercitu orta, uterque, ut habetur in ipso libro de bello Africano, interfectus est. Unde Suetonius ait, Cæsaribus voluntate interfectos esse quibusdam non videri; eos etiam rebellasse, quia victi et dediti in Hispania, post perfidiam illam Petreii, sese in Africa Cæsaribus hostibus junxerant: imperio Cæsaribus periisse, dicit Florus lib. iv. cap. 2.

*Sueton.*

K

Cæsare<sup>2</sup> juvene; ac ne hos<sup>6</sup> quidem voluntate ipsius interemtos putant: quorum tamen et<sup>7</sup> priores post impetratam veniam rebellaverant,<sup>8</sup> et Cæsar,<sup>9</sup> libertis servisque ejus ferro et igni crudelem in modum enectis, bestias quoque ad munus<sup>a</sup> populi<sup>10</sup> comparatas contrucidaverat.<sup>1</sup> Denique tempore extremo<sup>2</sup> etiam, quibus nondum ignoverat, cunctis in Italiam redire permisit, magistratusque et imperia capere. Sed et<sup>3</sup> statuas L. Syllæ atque Pompeii,<sup>b</sup> a plebe disjectas, reposuit. Ac, si qua posthac aut cogitarentur gravius adversus se, aut dicerentur, inhibere maluit quam vindicare. Itaque et detectas conjurationes conventusque nocturnos non ultra arguit, quam ut edicto<sup>c</sup> ostenderet, esse sibi notas:<sup>4</sup> et acerbe loquentibus satis habuit<sup>d</sup> pro con-

//////////

6 *Eos q. Copes. Huls. Medic.1.*—7 Sic præmonente Torr. et præeuntibus Bas. sec. ac R. Steph. edidit Casaub. ejectis nominibus *Afranius et Faustus* ex glossa insertis ante *priores*. Hæc ignorant Ferr. Pal. tres, Medic. 3. Vind. Cort. et Ed. Rom.—8 *Rebellaverunt* Memm. et ceteri cum Edd. ante Bas. e qua et cod. Ferr. plusquamperf. reposuit Torr.—9 Ita Medic. 3. Memm. Pin. Pal. 1. 2. Vind. ut Lips. aliique emendarunt. Præferunt Torr. et Manut. ad Cic. ad Fam. ix. 7. *L. Cæsar*. In Harlem. Periz. Copes. Edd. Rom. Ven. tr. Bas. Ald. Gryph. Colin. Plant. et *Cæsaris*. Pal. 3. ex pr. m. *L. Cæsaris*.—10 Voss. in ora Ed. Plant. legebat *publicum*, faventibus Torr. et Lips. Deletum mallet Ern. et Oud. conj. *populo*, sed nihil mutant Wolf. Baumg.—1 *Contrucidaverant* codd. et Edd. quæ *Cæsaris* habent . . . runt Vind. 2. Cort. *trucidaverant* Harlem. Periz. ‘A manu Suetonii utrobique *rebellarant* et *contrucidarat* fuisse opinor, et hinc natas eas variationes,’ Oud. Paulo ante Copes. *præparatas*.—2 *Postremo* Voss. Tum *per miserat* Memm. Medic. 2. 3. Pin. Vind. uterque, Cort. cum Edd. Rom. et Grævii sec. ac tert.—3 *Deest et Cujac. Mox et Pomp. Vind. 1. Dein cogitaverint* Huls. et *adversum se* Vind. 1. Copes.—4 Ita recipiunt Burm. Oud. Wolf. Baumg. In Medic. 2. Voss. et

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *L. Cæsare*] Julii hic erat cognatus, Catonis Uticæ Quæstor, qui mortuo Catone, Cæsaris ad genua projectus, vitam sibi nec amplius quietam deprecatus, facile obtinuerat, teste Hirtio in fine belli Africani: sed Dio per insidias a Cæsare interemtum ait, cum prius condemnare judicio voluisset.

<sup>a</sup> *Bestias q. ad munus*] Spectaculum populo exhibendum, de quo cap. 39.

<sup>b</sup> *Statuas L. Syllæ atque Pompeii*]

Quamvis ille Cæsarem, vix pueritiam egressum, ad necem tanta cura quæsivisset, c. 1. de repositis a Cæsare Pompeii statuis, dicere solitum Ciceronem, Plutarchus refert: Πομπηίου, Καίσαρ, ἀνδράντρας ἰστὰς, τοὺς ἑαυτοῦ πηγυβείας. *Pompeii statuas erigens, o Cæsar, tuas ipsius constabilis, seu defigis.*

<sup>c</sup> *Edicto*] Hoc est scripto publice affixo. Vide supra cap. 9. et 11. et infra sæpe.

<sup>d</sup> *Satis habuit*] Auctor est Velleius,

cione<sup>5</sup> denuntiare, ne perseverarent; Aulique Cæcinæ<sup>e</sup> criminosisimo libro et Pitholai<sup>6f</sup> carminibus maledicentissimis laceratam existimationem<sup>7</sup> suam civili animo<sup>g</sup> tulit. [76.]† Prægravant<sup>8</sup> tamen cetera facta dictaque ejus, ut et abusus dominatione, et jure cæsus<sup>9</sup> existimetur. Non enim honores modo nimios recepit, ut<sup>10</sup> continuum consulatum,<sup>h</sup> perpetuam dictaturam,<sup>i</sup> præfecturamque morum,<sup>k</sup> insuper prænomen Imperatoris,<sup>l</sup> cognomen Patris patriæ, statuat



Edd. Rom. nota. Ed. Doleti notos. Abest etiam esse a Rhed. 2. Mox acerbo Memm. ac volebat Burm. *acerba*.—5 *Conditione* Harlem. Ven. tr. Tum multæ Edd. inter quas Steph. Pulm. Torr. Casaub. Scriv. Græv. Gron. *Cæcinnæ* exhibent, duplicata litera *n*.—6 *Picolai* Fouc. *Phitolai* Cort. Dein *crimibus* in uno Torr. et Edd. Rom.—7 *Extimationem*, et mox *extimetur*, Periz. Harlem. et plures Edd. Vett.—8 *Vind.* 2. Cort. *pergravant*, et Edd. Rom. *tantum*.—9 *Census* Dunelm. Cujac. Aberant verba *j. c.* a Fouc. relicto spatio.—10 *Deest ut duobus* Torr. Pal. 2. Fouc. Copes. Medic. tribus, Voss. Edd. Rom. Steph. aliis, et libenter ejecerint Ond. Burm. Torr. qui etiam *recepit* abesse ma-

## NOTÆ

longe aliam fuisse mentem Hirtii et Pansa, (in Aug. c. 10. et 11.) Cæsaris amicissimorum; suadebant enim, quam poterant enixe, ut quæsitum armis principatum armis retineret; sed dum ipse amari quam timeri malle se dicitur, occupatus est.

<sup>e</sup> *Auli Cæcinæ*] Hujus extant ad Ciceronem epistolæ, quarum una, quæ est lib. vi. septima, ait, de libro a se scripto, quem celeriter non missum excensat, 'Cum non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur, ne ea res inepte mihi noceret, cum præsertim adhuc styli pœnas dem; qua quidem in re singulari sum fato, &c. cujus summa criminis est, quod armatus adversario maledixi,' &c. Paulo post de Cæsare: 'Quid irascitur ei, qui aliquid scripsit contra suam voluntatem, cum ignorit omnibus, qui multa Deos venerati sunt contra ejus salutem?'

<sup>f</sup> *Pitholai*] Hujus meminit Macrobius, lib. ii. cap. 2. jocum referens in

eum consulem, quem Cæsar dixit in paucas horas, de quo cap. proxime sequenti.

<sup>g</sup> *Civili animo*] Hoc est æquo et remisso, qualem inter cives esse decet. Tib. cap. 10. 'genus vitæ civile,' et Aug. cap. 51. Civilitas commendatur, Claud. cap. 35. quo etiam sensu Juvenal. Sat. v. 'Poscimus ut cœnes civiliter.'

† A. U. C. DCCIX.

<sup>h</sup> *Continuum consulatum*] Qui magistratus duntaxat annuus, nec nisi interjecto decennio, postquam semel gestus erat, obtinendus.

<sup>i</sup> *Perpetuam dictaturam*] Quam ultra sex menses retineri, vetabant leges, sicut et extra Italiam esse, qui ea præditus esset.

<sup>k</sup> *Præfecturamque morum*] Quæ cura Censoriæ dignitatis pars una. Cicero iii. de Legib. 'mores populi regunto,' &c. Vide cap. 41.

<sup>l</sup> *Prænomen Imperatoris*] De prænominibus Tib. cap. 1. Vox autem

inter reges,<sup>1</sup> suggestum in orchestra;<sup>2</sup> sed et ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream<sup>o</sup> in Curia et pro tribunali, tensam<sup>p</sup> et<sup>2</sup> ferculum<sup>q</sup>



lit, renitente Casaub.—1 *Inter gentes* Huls. Mox et vel etiam delendum censuit Ern. Emendat h. l. Cannegetier. ad Coll. LL. Mosaic. p. 142. *ampl. humano, fastigium d. s.* Supra in Voss. *suggestrum*.—2 *Et deist* Bon. ac *fericulum* legitur in Cujac. Pro *juxta* Memm. habet *justu*, et distinguunt

#### NOTÆ

imperator nullius ante Cæsarem prænomen fuit, multorum vero cognomen. Stante Rep. duplicis generis imperatores: primo, quicumque exercitus duces imperio, hoc est belli gerendi jure accepto, suis auspiciis rem gererent; secundo, cum re bene gesta, et occiso hostium numero, eo qui lege definitus erat (Appian. 11. Civil. x. M. assignat) præsentibus salutabantur. Tacitus Annal. 111. rem describit: 'Tiberius id quoque Blæso tribuit, ut Imperator a legionibus salutaretur; prisco erga duces honore, qui Repub. bene gesta, gaudio atque impetu victoris exercitus, conclamabantur; erantque plures simul imperatores, nec super ceterorum æqualitatem.' His multa honoris insignia, cognomen Imperatoris præsertim. Quod si sæpius contigisset, in inscriptionibus eorum in memoriam positus, numerum exprimebant. Hinc in veteribus marmoribus tam frequenter: 'Imperator bis,' 'ter,' &c. Adde et lictores perpetuos, ut aperte innuit Cicero lib. 11. Ep. 15. 'accedit molesta hæc pompa licitorum, et nomen imperii quo appellor.' Tum denique Imperator prænomen fuit, et ejusdem auctoritatis ac nomen regium.

<sup>m</sup> *Statuum inter reges*] Septem erant in Capitolio septem regum Romanorum statuæ, quibus adjuncta fuerat octava Bruti, qui illos ejecerat; juxta quam et Cæsaris statuam fuisse,

testatur Dio lib. XLIII.

<sup>n</sup> *Suggestum in orchestra*] De orchestra supra cap. 39. Suggestum Cæsar primus in ludos invexit, quem morem ceteri quoque principes tenere; dicebatur et cubiculum in Ner. cap. 12. Erat enim tribunal sive locus quidam eminentior, ad modici cubiculi formam tectus, et inædificatus. Morem hunc eleganter indicat Plinius in Panegy. Trajanum laudans, quod sine illa dominationis prærogativa et discrimine spectaret: 'Visenda cum cetera specie, tum quod æquatus plebis ac principis locus: siquidem per omne spatium una facies, nec magis proprius spectandi Cæsari suggestus,' &c. Et paulo post: 'Dabitur non cubiculum principis, sed ipsam cernere.'

<sup>o</sup> *Sedem auream*] Hoc est sella aurea sedebat, ubi alii magistratus curuli utebantur; scilicet in Senatu, in foro, pro Rostris, ut Casaub. ex Di-one suspicatur. 'Suggestus in curia' a Floro dicitur lib. 11. cap. 2. in fine.

<sup>p</sup> *Tensam*] Sacri cujusdam vehiculi genus est, quo solennibus ludorum pompis Deorum simulacra vehabantur: pro ipsa quandoque pompa sumitur.

<sup>q</sup> *Ferculum*] His simile de quibus cap. 37. Torrent. tamen ex Grammaticis quibusdam colligit, pulpitem sive suggestum fuisse in tensa positum, cui simulacra Deorum impone-



Circensi pompa,<sup>r</sup> templa, aras, simulacra juxta Deos,<sup>s</sup> pulvinar,<sup>t</sup> Flaminem,<sup>u</sup> Lupercos,<sup>v</sup> appellationem mensis<sup>w</sup> e suo nomine. Ac nullos non<sup>3x</sup> honores ad libidinem cepit, et



Edd. Steph. Ald. Arg. Junt. *simulacra, j. D. p.*—3 Ita rescribi jussit Casaub. atque extat in Memm. Pal. 2. Vind. 1. Fouc. ac seqq. Editores sunt amplexi præter Bernecc. et Wolf. qui retinendum putant vulgatum non-

## NOTE

bant. Sensus igitur est, Cæsarem voluisse, ut cum Deorum statuis sua quoque gestaretur, honore pari. Quimos, Romanis inauditus lucusque, circa principum honores postea solitus est usurpari. Quanquam nec ante Græcis foret incognitus, ut ex quodam Athenæi lib. v. loco eruit Casaubonus.

<sup>r</sup> *Circensi pompa*] Hoc est, celebritate illa maxima ludorum Circensium, qua Deorum simulacra solenniter gestabantur, auro argentoque, ac pretiosissimis vestibus undique splendentibus: hanc totam fusc et graphice descripsit Halicarn. lib. vii.

<sup>s</sup> *Simulacra juxta Deos*] Testatur Dio collocatum ipsi in Capitolio curum, qui Jovem spectaret adversum, ubi Cæsaris imago videbatur super orbis imagine posita, cum inscriptione, 'semideus est.'

<sup>t</sup> *Pulvinar*] Pulvinaria lectuli fure in templis strati, Diis dicati: unde ipsa quoque templa, et loca sacra, pulvinaria dicuntur: inde etiam lectisternia, cum nempe placandæ Deorum iræ, illorum imaginibus, si plures essent, super pulvinaribus impositis convivium apponebant; quod sæpe factum, ut ex multis Livii locis, præsertim lib. v. colligere est. Pulvinaria et apud Græcos in usu fuisse, primus observavit Casaubonus, ut ipse testatur; sed pulvinaria, non lectisternia, qualia apud Livium.

<sup>u</sup> *Flaminem*] Quid sint Flamines

cap. 1. cum tres tantum Numa Flamines instituisset, temporis progressu ad 15. creverat illorum numerus. Et post Julium Cæsarem singulis imperatoribus, cum inter Divos referrentur, singuli Flamines attributi sunt. Cicero in Philippica Antonium taxat, quod primus Julii Flamen fuerit; 'Est ergo Flamen, ut Jovi, ut Marti, ut Quirino, (qui tres a Numa instituti,) sic D. Julio M. Antonius.'

<sup>v</sup> *Lupercos*] Ii Romanorum Sacerdotum antiquissimi, jam inde ab Evandro ad Romulum, atque ab eo ad extrema illa Reipub. tempora conservati, Pani Lycæo sacra faciebant, bina sodalitate distincti Fabianorum et Quintilianorum, quibus, in Cæsaris honorem, addita tertia Julianorum. Cærimonie erant, ut pastoritio et fero more nudi, per lasciviam discurrentes in orbem, cæderent obvios, incisus in corrigias caprarum jugularum pellibus: quin et ad ejusmodi verbera ultro se mulieres offerrebant, ratæ id ad fecunditatem conducere, quo nomine in Philippica multis exagitur Antonius.

<sup>w</sup> *Appellationem mensis*] Julius hic est, de quo sic Macrob. lib. i. cap. 12. 'Sequitur Julius, qui cum, secundum Romuli ordinationem, Martio anni tenente principium, Quintilis a numero vocaretur; nihilominus tamen, post præpositos a Numa Januariam ac Februariam, retinuit nomen. . . . Sed postea in honorem Julii

dedit. Tertium et quartum consulatum titulo tenus gessit,<sup>4</sup> contentus dictaturæ potestate, decretæ cum consulatibus simul: atque utroque anno<sup>a</sup> binos Consules substituit sibi<sup>b</sup> in ternos novissimos menses; ita ut medio tempore comitia nulla habuerit,<sup>c</sup> præter Tribunorum<sup>d</sup> et Ædilium plebis; Præfectosque pro Prætoribus<sup>e</sup> constituerit, qui præsentibus<sup>5</sup>



*nullos.* Pro ac Fouc. at.—4 *Gess. ten.* Cujac. Inferius in utroque Huls. In Periz. distinguebatur cum consulatibus: simul.—5 Corrigebat Torr. *absente se*, Lips. *pro se*, Burm. *præscribente se*, vel *et præsentibus se*, Perizon. *proficiscente se*, Ern. *præcunte se*, Oud. *præsentes*, Bremi *etiam præsentibus se*, Fabric. ad Dion. XLIII. 28. *pro pr. se*, Baumg. *pro absente se*. Alii *præsidente*. Casanb. cum Wolf. Corsin. Ruhnk. emendationem vel Lipsii vel Torr. præferunt.—

#### NOTÆ

Cæsaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio, Marci filio consule, Julius appellatus est, quod hoc mense, ad quartum Idus Quintilis, Julius procreatus sit.<sup>7</sup>

<sup>x</sup> *Nullos non*] Codices vulgati *non nullos* habent, quod nec ineptum est: nec enim omnes honores prorsus sibi usurpavit, siquidem aliquos titulo tenus exercuit, et eos duntaxat cepit deditque, quorum hic fit enumeratio.

<sup>y</sup> *Titulo tenus*] Habenti quippe majorem potestatem, dictaturam nempe, inutilis erat consulatus.

<sup>z</sup> *Cum consulatibus*] Id quoque contra leges; duos enim magistratus gerere vetitum.

<sup>a</sup> *Utroque anno*] Hoc est tertio et quarto ejus consulatu. Quo loco non convenit Suetonius cum iis qui fastos concinnarunt. Tertio quippe Cæsaris consulatu neminem illi substitunt, solusque hoc anno reperitur cum Cæsare M. Æmilium Lepidus, qui collega idem et Magister equitum ei fuerit. In quarto consulatu substitutum omnes consentiunt: sed alii, ut Dio lib. XLIII. ad annum 708. Q. scilicet Fabium Maximum, et C. Trebonium: alii, quos inter Cassiodorus,

solius Fabii meminere.

<sup>b</sup> *Substituit sibi*] Hic dupliciter Cæsar prævaricatus est contra majorum instituta: primo, quod consulatus neque toto anno, neque reliquo anni tempore gestus est; sed ipse vivens, nec jussus, eo se abdicavit, aliumque subrogavit; deinde quod Caninius ille, de quo modo, eodem tempore et consul creatus est, et inivit et deposuit magistratum.

<sup>c</sup> *Comitia nulla habuerit*] Vel quod Ægypti, Ponti, et Africæ bellis distineretur; vel ut Magistratus suo, non populi beneficio, dignitatem adepti, sibi forent obsequentiores; de Comitibus cap. 13.

<sup>d</sup> *Præter Tribunorum*] Singulorum magistratum, qui populi suffragiis eligebantur, singula erant comitia: v. g. Consularia, Prætorialia, Tribunitia, &c. Consulibus, Prætoribus, &c. creandis.

<sup>e</sup> *Præfectosque pro Prætoribus*] Non modo qui prætorum, sed et quæstorum, aliorumque, quorum comitia non habuerat, magistratum vice fungerentur: pro prætoribus autem ideo dixit, quod prætorialia illis concessa sunt ornamenta.

se<sup>f</sup> res urbanas administrarent. Pridie autem Kalendas Januarias<sup>g</sup> repentina Consulis morte<sup>h</sup> cessantem honorem in paucas horas petenti<sup>i</sup> dedit. Eadem licentia, spreto patriæ<sup>6</sup> more,<sup>k</sup> magistratus in plures annos ordinavit: decem prætoriiis viris consularia ornamenta<sup>l</sup> tribuit: civitate donatos, et quosdam e<sup>7</sup> semibarbaris Gallorum,<sup>m</sup> recepit in



6 Sic Mss. et Edd. tantum non omnes. Habent Dnnelm. Medic. 1. 3. Cort. Voss. et Edd. Rom. cum pr. Græv. *patrio*. Dein *pluris* Memm. Medic. 3. in quo etiam *annis*. Tum *ordinamenta* Cujac.—7 *Ex sem.* Vind. 2. Cort. In Harlem. Edd. Med. Cald. deest præpos. Hinc in Harlem. a m. sec. *semi-*

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Præsente se*] Torr. legit *absente se*, vel addit *etiam præsentem se*. Lipsius Elect. lib. II. cap. 17. *pro se*. Dio enim lib. XLIV. refert ad Hispanicum bellum proficiscentem Cæsarem Lepido, præfectisque illius, custodiam urbis, negotiorumque curam reliquisse: neque tamen hoc modo convenire videtur Dio cum Suetonio; hic siquidem quo tempore habita quædam a Cæsare comitia memorat, Romæ tunc fuisse satis innuit, tribunorum autem et ædilium habita disertis affirmat verbis. Unde præferenda videtur posterior Torrentii lectio, *etiam præsentem se*, quaqua via ceteroquæ convenient anctores illi non hoc uno loco discrepantes.

<sup>g</sup> *Pridie Kalendas Januarias*] His Kalendis magistratum inibant destinati jam iude a mense Sextili; ut cap. 14. et 15. notatum est: quanquam non perpetuo hoc die magistratum inierint, ut ex III. et IV. Livii colligere est.

<sup>h</sup> *Consulis morte*] Fabii illius, de quo hic.

<sup>i</sup> *In paucas horas petenti*] Huic Caninius Rebilus nomen fuit, Ner. cap. 15. de quo Epist. 31. lib. VII. Cicero: 'Ita Caninio consule, scito neminem prandisse, nil tamen eo con-

sule mali factum est; fuit enim mirifica vigilantia, qui toto suo consulatu somnum non viderit,' &c. nec minus elegans de eodem jocus apud Macrobi. lib. II. cap. 2. Pitholai illius, de quo cap. proxime præcedenti, 'ante Flamines, nunc consules Diales fiunt.'

<sup>k</sup> *Spreto patriæ more*] Id ipsum deplorat ibidem Cicero.

<sup>l</sup> *Consularia ornamenta*] Ea fuere sella Curulis, regia, et eburnea, in qua jus dicebatur; trabea, seu prætexta, ac præsertim præeuntes cum fascibus lictores: in Claud. cap. 5.

<sup>m</sup> *Semibarbaris Gallorum*] Schildius hæc verba de Narbonensibus intelligit: sed quidni de Ædnis, aut de Togatis Gallis, quibus antiqua cum Romanis societas, ac proinde ut diuturnus usus, ita et barbari minus. Equidem notavit Sigonius lib. I. de antiquo jure provinciarum cap. 6. Cæsarem de Narbonensi Gallia tam bene meritum, ut multos ex ea Senatores allegarit: unde ductum illud emanavit, 'Galli braccas,' &c. quod legitur cap. 80. Hæc enim eadem erat ac Braccata cap. 25. verum hos speciatim hic designari vix crediderim, cum de supradictis quoque pari jure, vel potiori, possit intelligi.

Curiam. Præterea monetæ<sup>n</sup> publicisque vectigalibus peculiare<sup>s</sup> servos<sup>o</sup> præposuit. Trium legionum, quas Alexandriae relinquebat, curam et imperium<sup>p</sup> Rufioni,<sup>q</sup> liberti sui filio, exoleto suo, demandavit. [77.] Nec minoris impotentiae voces propalam edebat, ut T. Ampius<sup>to r</sup> scribit :



*barbaros.* Mox recipit Huls.—8 Malebat Gron. *peculiatos*, vel *peculiosos*, quod et Ern. placet. Mox *reliquerat* Vind. 2. Cort.—9 Ita edderunt Burm. Ern. Bip. Oud. Baumg. cum tribus Torr. Pal. 1. 2. Copes. Ed. Rom. *Ruphioni* Huls. *Rufieni* Cujac. *Rusioni* Pal. 3. Harlem. Periz. Voss. Edd. Ven. tr. Bon. Junt. Ald. Steph. Bas. et omnes vetustiores. *Rusioni lib. sui, suo fil.* Bas. Pulm. auctore Turneb. restituit *Rufini*, et ita Plant. Pitisc. Var. et aliae. Rhed. 1. *Cimoni* dat. Torr. legit *Rufino*, et Scheff. *Rusoni*. Ed. Gron. *Rusini*. Alii paulo aliter. *suo exol.* est transposite in Medic. 2. Harlem. Periz. cum Edd. multis, unde Oud. legendum vellet *libertini filio*.—10 Eadem varietas hic ut supra. Cod. Torr. *T. Ampirius*. Casaub. Memm. Pal. 2. 3. Copes. Harlem. Periz. Edd. Rom. Ven. tr. Cald. Mediol. Steph. *T.* vel *Titus Amprius*. Cort. *T. Amptius*. Rhed. 1. *Titus Lamprius*. Pin. Viterb. Fouc. *T. Anplius*, ex quo nomine conj. Burm. natam vocem *amplius*, quam ante vel post *τδ esse* infarciunt Pal. 1. 3. Periz. Harlem. Vind. Cort. et Edd. Vett. usque ad Casaub. qui delevit, auctoribus Mss. antiquioribus, et *T. Ampius* scribend. Jussit, quem secuti sunt omnes, invito Ursin. legente ex cod. suo *Tampius*. Superius *potentiae* Vind. 1. qui etiam habet *scripsit*.—1 Ita omnes libri. Casaub.

#### NOTE

<sup>n</sup> *Monetæ*] Hujus cudendæ cura trium ab initio virorum erat, qui inde Triumviri monetales dicti sunt, hac nota designati: Triumviri A. A. A. F. F. hoc est, Ære Argento Auro Flando Feriendo. Æs enim primo, deinde argentum, denique aurum signatum est.

<sup>o</sup> *Peculiaris servos*] Peculiares servi, si ad strictos juris apices vim vocis exigas, ii fuere, qui peculio servorum aut filiorum familias annumerabantur. Pater enim familias peculium habere non potest, nemadmodum nec servus bona. Unde cum nec servus, nec filius familias esset Cæsar, aliter hic intelligendum patet, pro eo nempe, quod proprium est, non publicum aut commune: quo eodem sensu Galb. cap. 12. 'loculi peculiares' accipiendi: nec enim etiam tunc is erat Galba, qui peculium habere posset: quamvis apud

antiquiores, 'peculiare' pro eo, quod peculii est, accipiatur. Plant. Mercat. Act. III. Sc. 1. 'Quin tibi ecce illam dabo, natam annos sexaginta, Peculiarem,' &c. Cum autem publicani equites Romani vectigalia quæ ex portoriis, metallis, pascuis, &c. conducebant, propriis, nequum publicis, servis, curam hanc Cæsar demandavit.

<sup>p</sup> *Imperium*] Cum ne admissi quidem in militia essent liberti, prisca Romæ temporibus.

<sup>q</sup> *Rufioni* [*Rufini*] Casaub. et Torr. variant Mss. alii *Rusioni*, alii *Rufoni*, *Rufioni*, &c. hoc præfert Torr. quod Rufinus, Corneliæ gentis cognomen, Cæsaribus liberto male convenire videatur, quanquam et Rufio Trebatiorum sit.

<sup>r</sup> *T. Ampius*] Alii *Amprius*, *Ampirius*, *Amplius*, &c. Extat ad Ampium Ciceronis epistola, et ejus meminit

Nihil esse Rempublicam, appellationem<sup>s</sup> modo sine corpore ac specie.<sup>1</sup> Syllam<sup>t</sup> nescisse literas qui dictaturam<sup>u</sup> deposuerit. Debere homines consideratius jam loqui secum, ac pro legibus habere,<sup>2</sup> quæ dicat. Eoque arrogantiae progressus est, ut, haruspice tristitia et sine corde exta<sup>v</sup> sacro quodam<sup>3</sup> nuntiante, futura diceret lætiora,<sup>w</sup> cum vel-



conj. *sine re*, et explicat *speciem* 'id, quod vere est atque subsistit.' Mallet Salmas. *speciem*, quod in textum recepere Burm. et Ond. probantibus Gron. Græv. ac Ern. qui tamen hoc ordine reponunt, *app. mod.* (vel *mod. omisso*) *ac sin. cor. sp.* Baumg. maluit ita, *ac sp. sine cor.* sed etiam cum Wolf. vulg. defendit.—2 Deest *habere Copes.* Dein *professus* loco τὸν *progr.* Vind. 1. et *haruspice* Fouc.—3 *Exacta sacra* Pin. Voss. *exacta sacra quondam* Medic. 2. Ed. Camp. *exacta sacro* Cujac. *sacra quondam* Periz. Harlem. Vind. uterque, Cort.

## NOTÆ

Cæsar ipse lib. de Bell. Civil. III. unde præferendum censuerunt.

<sup>s</sup> *Appellationem*] Id ipsum Cicero conqueritur in Epistolis ad Atticum, nullum scilicet esse colorem, nullum succum, nullam formam relictam Reip. quo sensu Lucanus: 'Omnia Cæsar erat, privatæ curia vocis Testis adest,' &c.

<sup>t</sup> *Syllam*] Plutarchus in Sylla, et Gellius lib. I. cap. 12. relictum ab eo tradunt rerum suarum commentarium. Sallustius bello Jugurthino literis Græcis et Latinis doctissime eruditum refert, et inde colligas rudem non fuisse, qui tam vera de Cæsare conjecisset, cap. 1. sed rudis in eo visus ac imperitus, qui tanta se dignitate abdicasset. Cæsar quippe difficilinus seu periculosus ducebat deponere principatum, quam occupare: quod et alii multi, ut passim legere est. Et de Cæsare ipso, sup. cap. 29.

<sup>u</sup> *Dictaturam*] De hac cap. 9. Rerum potitus hanc in annos 120. sumserat, cum non nisi semestris esset, ac postmodum, urbe proscriptionum (de quibus c. 11.) cædibus exhausta, sponte deposuit, ita felicitati suæ confidens, ut privatus medio in foro ver-

saretur. Hac autem voce Cæsar ludebat in ambiguo, quasi dictare Dictatoris esset, quemadmodum et Grammaticorum discipulis suis dictantiam quæ reddant, Horat. lib. I. Epist. 18. vers. 14. 'Ut puerum sævo credas dictata magistro Reddere.' Et Dictatura dictandi munus hoc, ad quod nosse oportet literas, æque significaret, ac magistratum illum in Repub. summum.

<sup>v</sup> *Sine corde exta*] Cor non semper in extis habitum est; sed tantum ab eo tempore, quo victus a Romanis est Pyrrhus. Hoc si deesset, immolantis vitæ periculum portendi, vulgo nuntiabant haruspices. Unde scribit Plinius lib. II. cap. 37. magnam de divinatione tunc temporis argumentantibus fuisse quæstionem, num potuisset hostia sine corde vivere. Hoc ipsum, de quo hic sermo est, ridens Cicero lib. de Divinatione II. postquam multis impugnavit extispicium, tandem subjungit, 'ego enim possum vel nescire quæ vis sit cordis ad vivendum, vel suspicari contractum aliquo modo bovis exile, et exiguum, et vietum cor, et dissimile cordis fuisse.'

<sup>w</sup> *Futura dic. lætiora*] Responsum hoc in Hispania factum, Sabellicus

let; nec pro ostento ducendum, si pecudi cor<sup>x</sup> defuisset. [78.] Verum præcipuam et inexpiabilem<sup>4y</sup> sibi invidiam hinc maxime movit. Adeutes<sup>5</sup> se cum plurimis honorificentissimisque decretis<sup>z</sup> universos Patres conscriptos sedens pro æde Veneris Genetricis<sup>a</sup> excepit.<sup>6</sup> Quidam putant, retentum a Cornelio Balbo, cum conaretur assurgere: alii, ne conatum quidem omnino, sed etiam admonentem



Fouc. cod. Torr. (qui etiam omisit *et*) Edd. Rom. Ven. tr. Med. Cald. Lugd. Junt. *sacro quondam* Bas. Gryph. Plant. Ond. omisso *sacro* cum Medic. 1. 3. Edd. Bon. Paris. reponendum censet *quondam*. Probat Wolf. ex Guelph. 2. —4 *Exitiabilem* Mss. Palm. Torr. et Polit. codd. Par. Memm. Medic. 1. 3. marg. Gryph. Ed. Bon. quod haud displicebat Ond. *in exit.* Ed. Paris.—5 *Adeutis* Memm. qui mox *excepit*. Rescripsit *plurimis* Casaub. fide codd. Torr. Nonnii Turonens. Polit. et Edd. Rom. quibus accedunt Vind. et Cort. In Periz. et omnibus fere Edd. Vett. *pluribus*.—6 *Recepit* Rhed.

#### NOTÆ

existimat, ubi simile quid ipsi contra Pompeios pugnaturo contigit. Conjectura ducta ex Appiano, qui, Romæ degentem Cæsarem Haruspici respondisse ait, ‘necesse est eveniat, quod evenire necesse est.’

<sup>x</sup> *Si pecudi cor, &c.*] Cicero ibidem: ‘tu vero quid habes, quare putes, si paulo ante cor fuerit in tauro opimo, subito idem in ipsa immolatione interiisse? an quod aspexerit vestitu purpureo exordem Cæsarem, ipse corde privatus est,’ &c. Hoc ulli animanti contingere posse, ut sine corde vivere queat, nusquam accepi; et contra sentiunt Cicero loco citato, Aristoteles, et Plutarchus. Appianus tradit illis extis non cor, sed caput defuisse. Cum igitur extorum caput sit in jecore, ut Cicero ibidem tradit, minus mirum est, animal sine illo vivere potuisse, tum ex antiquorum, tum ex recentiorum præsertim sententia medicorum; hi siquidem jecoris obeundo muneri, repurgandæ scilicet bili, lienem sufficere posse putant, et certe (ut ut est de munere) ipsa probavit experientia, ut de Ma-

thia Ortelio refert Thomas Bartolinus lib. 1. cap. 14. anatomix reformatæ.

<sup>y</sup> *Inexpiabilem*] Tres Torrentii codices habent *exitiabilem*, et vetus quoque Politiani, et Turonensis, sed priorem lectionem habent plures, ex quibus unum e Regiis antiquissimum laudat Casaub.

<sup>z</sup> *Decretis*] Illis quibus honores supra memorati deferebantur. Senatus decreta a Senatusconsultis hoc distinguunt aliqui, quod hæc generalia, illa vero specialia, et alicujus causa emissa, ut si cui provincia vel honores decernerentur.

<sup>a</sup> *Pro æde Veneris genetricis*] Supra cap. 61.

<sup>b</sup> *Cornelio Balbo*] Hic Cæsari affinis erat, M. enim Accius Balbus Juliam Cæsaris sororem duxerat. Balbum illum dixisse ferunt, ‘memineris esse te Cæsarem.’ Cæsar tamen ipse postea causatus est, se tunc temporis comitali morbo (de quo supra cap. 45. et 50.) correptum assurgere non potuisse.

C. Trebatium,<sup>c</sup> ut assurgeret, minus familiari vultu respexisse. Idque<sup>o</sup> factum ejus tanto intolerabilius est visum, quod ipse, triumphanti et subsellia tribunicia<sup>d</sup> prætervehenti<sup>7</sup> sibi unum e collegio<sup>e</sup> Pontium Aquilam<sup>f</sup> non assurrexisse, adeo indignatus sit, ut proclamaverit:<sup>8</sup> ‘ Repete<sup>g</sup> ergo a me, Aquila, Rempublicam Tribunus:’ et nec destiterit per continuos dies, quicquam cuiquam, nisi sub exceptione polliceri, ‘ si tamen per Pontium Aquilam licuerit.’ [79.] Adjecit ad tam insignem despecti Senatus contumeliam multo arrogantius factum. Nam cum<sup>9</sup> sacrificio Latinarum<sup>h</sup> revertente eo, inter immodicas ac novas populi

<sup>o</sup> *Et hæc agenti ratio visa est eo magis intoleranda, quod ipsemet adeo succensuerit, quia Pontius Aquila solus e collegio Tribunorum non assurrexisset sibi triumphanti, et prætereunti per sedes tribunitias, ut exclamaverit: O Aquila, tu Tribunus reposece igitur a me administrationem Reip. et diebus consequentibus, si aliquid promitteret alicui, non cessaverit promittere, tantum sub hac adjunctione, si tamen Pontius Aquila non prohibuerit.*

2. Tum exurgere Rhed. 1.—7 Prætereunti Harlem. Edd. Rom. Ven. 2. 3. Bon. Junt. Ald. Med. Cald. et plures. prætereunti Periz. Ven. 1. Mox de coll. Fouc. qui etiam repente pro repete.—8 Proclamarit Vind. 1. Dein a exulat ab Harlem. Periz. a m. pr. Item constiterit Fouc.—9 Nam in cum Memm. pro nam cum in, ut Huls. Fouc. Medic. tr. Vind. Cort. Ed. Camp. Mox modicas Copes. Periz. Vind. 2. Cort. Harlem. (in quo deest populi) Edd. Ven. tr. In Lugd. et Junt. prava distinctione interim

## NOTE

<sup>c</sup> *C. Trebatium*] Hic ille juris peritus, qui Cæsarem in Gallias comitatus erat, ad quem tot Ciceronis Epistolæ.

<sup>d</sup> *Subsellia tribunicia*] Moris erat, ut magistratus populi Romani expectarent triumphantes in aliqua porticu, ut de Octavia narrat Joseph. lib. Bellor. vii. c. 16. ubi notandum ex Asconio, subsellia fuisse Tribunorum, et minorum magistratum, majorum vero Sellas Curules.

<sup>e</sup> *Collegio*] Decem erant Tribuni plebis invicem collegæ.

<sup>f</sup> *Pontium Aquilam*] Hunc Dio tradit Mutinensi bello, de quo in August. cap. 9. Decii Bruti legatum occubuisse, unde acerrimum liberta-

tis propugnatorem fuisse colligas.

<sup>g</sup> *Repete*] Contumeliæ causa dictum, quasi exprobraret Pontio, quod ambitiosa illa libertatis ostentatione se publicæ fortunæ arbitrum non agnosceret, vel quasi rationem Reip. gesta reposeceret.

<sup>h</sup> *Sacrificio Latinarum*] Supple feriarum. Dionysius Halicarnasseus lib. iv. ferias Latinas a Tarquinio Superbo institutas refert, icto cum Latinis fœdere, quod ut sempiternum esset, ejus consilio designatum est fanum in Albano monte, loco populis ntrisque ad conveniendum accommodo. Illic singulis annis commune sacrificium celebraturi, omnes conveniebant, suam quique ex compacto portionem, ag-

acclamations quidam e turba statuæ ejus coronam lauream candida fascia<sup>1</sup> præligatam<sup>10</sup> imposuisset, et Tribuni plebis Epidius Marullus<sup>1</sup> Cæsariusque Flavius coronæ fasciam detrahi, hominemque duci in vincula jussissent;<sup>2</sup> dolens seu parum prospere motam regni mentionem, sive, ut ferebat,<sup>3</sup> ereptam sibi gloriâ recusandi, Tribunos graviter increpitos potestate privavit: neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis discutere valuit,<sup>4</sup> k quanquam et plebi<sup>5</sup> l regem se salutanti, 'Cæsarem se, non regem esse,'<sup>6</sup> responderit; et Lupercalibus<sup>m</sup> pro Rostris a Consule Antonio admotum sæpius capiti suo diadema repulerit,<sup>7</sup> n atque



*modicus.*—10 Memm. *præligata*, probante Grævio. Vind. 1. *præligatam*.—1 *Manilius* Fouc. *Marullus* Periz. Harlem. Edd. Med. Cald. *Marulus* Vind. 2. Edd. Ven. 1. Lugd. Ald. Junt. Gryph. *Maryllus* Cort. *Maurulus* Vind. 1. Tum *Cæsariusque* Periz. *Flavius* Memm. cum Edd. Junt. Ald.—2 *Hominemque in vinc. detrahi jussissent* Rhed. 2. Dein *propter parum* Vind. uterque, Cort. Periz. Harlem. Edd. Venetæ, Med. Cald. Bon.—3 *Referebat* Dunelm. Vind. 1. Voss. 1. Ed. Camp. Torr. conj. *præferebat*.—4 Hanc lect. prætulernnt Casaub. Grut. Bernecc. Burm. Ern. et Baumg. cum Viterb. Vind. 1. Lys. non *voluit*, ut placuit Torr. ex suis, accedentibus Pal. tr. Copes. Harlem. Periz. et Edd. omnib. præter Bas. poster. Steph. et Grav. pr.—5 *Plebeio* Pal. 1. Fouc. Vind. 2. Cort. Voss. probantib. Torr. et Giphon. Burm. sub hoc verbo nomen proprium latere putat. Al. *plebei*.—6 *Esse reg.* Periz. Harlem. Ven. 1. *se esse non reg.* Ven. 2. 3. Bon. quare insititium τὸ *esse* Ond. videbatur.—7 *Antonium adm. c. s. d. repulit* siue *sæpius* Copes. *repulit* etiam Medic.

#### NOTE

nos v. g. caseos, &c. afferentes, et accipientes, ut hac epularum et sacerorum communicatione invicem assuescerent. Romani sacrificio præerant, eratque moris, ut Consul antequam paludatus ad exercitum proficisceretur, Latinas indiceret, iisque in Albano monte cum Latinarum civitatum magistratibus operam daret. Quod Cæsar utpote consul tunc temporis observabat.

<sup>1</sup> *Candida fascia*] Hæc erat insigne regium, seu regium diadema, ut vertit Plutarchus, *διάδημα βασιλικόν*. Tali fascia candida ornata causiæ regum Macedoniae, ut nostri hodie galericis quibusdam: sic Casaub.

<sup>k</sup> *Valuit*] Torr. quatuor in libris legit *voluit*, et præfert.

<sup>1</sup> *Plebi*] Alii *plebei*, alii *plebeio*, quod Gifanio probatum notat Schildius, rejicit tamen Casaubonus, et partem hic pro toto sumtam existimat, perditissimum scilicet e plebe quemque pro tota plebe. Notum enim ex Philippica II. Ciceronis, quanto hoc populi dolore factum fuerit. Appianus dicit, quibusdam illum circa portas gradientem salutantibus ut regem, responsum illud esse factum, quo confirmatur explicatio Casauboni.

<sup>m</sup> *Lupercalibus*] De his Indis cap. 76.

<sup>n</sup> *Repulerit*] De quo Velleius lib.



in Capitolium Jovi Optimo<sup>8</sup> Maximo miserit. Quin etiam valida<sup>9</sup> fama percrebruit, migraturum Alexandriam<sup>o</sup> vel Ilium,<sup>10p</sup> translatis simul opibus imperii, exhaustaque Italia dilectibus, et procuratione Urbis amicis permissa: proximo autem Senatu,<sup>1</sup> L. Cottam Quindecimvirum<sup>2q</sup> sententiam dicturum, ut, quoniam libris<sup>3</sup> fatalibus<sup>r</sup> contineretur, Parthos nisi a rege non posse vinci, Cæsar rex<sup>s</sup> appellaretur. [80.] Quæ causa<sup>4</sup> conjuratis<sup>t</sup> maturandi fuit destinata negotia,<sup>5u</sup> ne assentiri necesse esset. Consilia igitur,<sup>6</sup> disper-

//////////

3. Ed. Rom. quæ supra *respondit*.—8 *Optimo* deest Copes.—9 Ita Viterb. Pal. 1. et marg. Gryph. suffragantibus Casaub. Oud. Ern. et aliis. *varia* Pal. 3. Memm. Copes. et Edd. tantum non omnes.—10 *Ilium* Harlem. Periz. Edd. Ven. Lugd. Mediol. Junt. Steph. Ald.—1 Post *senatu* rursus addunt *percrebruit fama* Harlem. Periz. et Edd. ad Torr. usque. Mox *L. Cott.* omittit Rhed. 2.—2 *Decemvirum* fuisse dicendum censuit Jos. Castal. Dec. vi. Obs. 9. Dein *dicturum dixisse* Vind. 2. Cort.—3 *Libr.* deest Medic. 3. Memm. qui etiam *detineretur*. Huls. *continetur*. Oud. conj. *futis Sibyllinis*.—4 *Quæ sententia causa* Vind. 1. Ferr. Periz. Harlem. Ven. 1. *quæ summa causa* Rhed. 2.—5 *Vocem negot.* abesse mallent Casaub. Grut. tamen retinendam ducit Baumg. cum Oud. et Gron.—6 *Ergo* Fouc. Tum *ante Copes.* Cort. et *trinive*

#### NOTÆ

II. 'Cui (Cæsari nempe) magnam invidiam conciliarat M. Antonius, omnibus audendis paratissimus, imponendo capiti ejus Lupercalibus sedentis insigne regium, quod ab eo ita repulsum erat, ut non offensus videretur.' Meminit et hujus loci Cicero II. Philippica, et ideò Antonium sectatur.

<sup>o</sup> *Alexandriam*] Præter urbis pulchritudinem et situs commoditatem, accedebat forte et causa Cleopatrarum.

<sup>p</sup> *Ilium*] Propter suam et Romanorum originem: ad hoc respexisse videtur Horatius lib. III. Od. 3. 'Sed bellicosæ fata Quiritibus Hac lege dico, ne nimium pii, Rebusque fidentes, avitæ Tecta velint reparare Trojæ.'

<sup>q</sup> *Quindecimvirum*] Libros Sibyllinos ab alio quam ab eo, qui publice ad id erat constitutus, inspicere nefas erat, quare duo tantum illis inspicien-

dis viri ab initio creati, qui Duumviri, tum decem, denique quindecim viri, qui ab hujusmodi muere Sibyllini dicti sunt.

<sup>r</sup> *Fatalibus*] His Sibyllinis libris populi Romani fata continebantur.

<sup>s</sup> *Cæsar Rex*] Idem de Sibyllinis refert Appianus, ac insuper hac de causa censuisse quosdam in Senatu, ut Cæsar, quemadmodum antea dictator fuerat appellatus, ita et Rex diceretur, et quocumque alio nomine reges appellantur, nec regis nomine ullum alium appellarent, quæcumque gentes Romanæ ditioni subjiciebantur.

<sup>t</sup> *Conjuratis*] 'Conspiratos' vocat cap. 82. et hoc eodem 'conspirationis principes.' Unde patet promiscue usurpari voces illas; nec enim ullo sese jurejurando aut sacrificio astrinxisse leguntur, quo tamen proprie fiebat conjuratio.

sim antea habita, et quæ sæpe bini ternive ceperant, in unum omnes contulerunt: ne populo quidem jam præsentī statu læto, sed clam palamque detractante<sup>7</sup> dominationem, atque assertores<sup>v</sup> flagitante. Peregrinis in Senatū allec-tis<sup>w</sup> libellus propositus est: <sup>x</sup> ‘Bonum factum:’<sup>8</sup> <sup>y</sup> ne quis Senatori novo Curiam monstrare velit:’ et illa vulgo canebantur,

Gallos Cæsar<sup>z</sup> in triumphum ducit, idem in Curiam.<sup>9</sup> <sup>a</sup>

Galli bracas<sup>b</sup> deposuerunt, latum clavum sumserunt.

//////////

Fouc.—7 *Detractante* Periz. Harlem. Edd. Camp. Med. Cald. et ita alibi, *dominationi* Pin. cui quid subesse putat Scheff.—8 *Bon. fact.* geminatum extat in Memm. nec inepte putat Græv. Nullam distinctionem habent post *fact.* Edd. Rom. pr. Ven. tr. Bon.—9 Ita Torr. Græv. Faërnus et Grut. ex Mss. multis restituerunt, et habent omnes Medic. Vind. uterque, Cort. Voss. Pulm. Pal. I. 2. Par. Vulgabatur prius *idem in curia*, ut in Periz. *inde in curiam* Pith. et cod. Ursin. qui etiam *duxit*. Manus docta in ora Steph. *item in curia*.—

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Negotia*] Vocem hanc abundare, nec esse Suetonii, Casaub. existimat; et certe apud Ciceronem ‘*perficere cogitata*,’ et apud Livium ‘*maturare cæpta*,’ sine addito, non semel occurrunt.

<sup>v</sup> *Assertores*] Qui se in libertatem assererent; hoc est vindicarent, libertatis vindices.

<sup>w</sup> *In Senatū allectis*] Allectos Senatores ex festo Budæus annot. in Paudectas eos fuisse dicit, ‘qui propter inopiam ex equestri ordine in Senatus sunt numerum assumti.’ Et ita locum hunc intelligit: sed cum Senatores illi novi fuerint, illi Gallorum semibarbari, de quibus cap. 76. divitiis indignisse non videntur, et vox allecti lateri quadam accipienda significatione.

<sup>x</sup> *Libellus propositus est*] Publice affixus ut omnibus innotesceret, nimirum ne peregrini illi locorum urbis ignari curiam invenire possent.

<sup>y</sup> *Bonum factum*] Boni ominis causa sic præfari solitum in edictis proponendis, ut adhuc infra in Vitellio cap.

14. et Plautus in Pænulo, Prolog. ubi jocosum proponitur histriionum edictum, ‘*bonum factum: edicta ut servetis mea:’* et Isidorus lib. 1. cap. 22. ubi compendii causa, literis B et F tantum designari solitum notat: de quo plura habet Brissonius lib. III. de Formulis, statim ab initio.

<sup>z</sup> *Gallos Cæsar*] Trochaici duo, ut pridem Turnebus annotavit Advers. III. cap. 22. quorum in altero ‘*sumserunt*,’ legitur penultima brevi, quemadmodum apud Virgilium ‘*steterunt*’ Æneid. II. et III. ‘*Obstupui, steteruntque comæ, et vox faucibus hæsit.*’

<sup>a</sup> *Idem in Curiam* [*idem in Curia*] In duobus Mss. Torr. legit *idem in Curiam*; et probat hoc sensu, ut ‘*idem*’ Cæsar, qui Gallos in Triumphum duxerat, eosdem duxisse in Curiam, intelligatur. In Codice Salmas. Schildius, *Idem in Curiam*.

<sup>b</sup> *Bracas*] Bracæ vestimenti genus, Gallis Narbonensibus proprii, ut supra cap. 22. et 76. sed quoddam vestimentum illud fuerit, obscurum est, cum et alii quoque populi ejusdem

Q. Maximo<sup>c</sup> suffecto, trimestrique<sup>10 d</sup> Consule theatrum introëunte, cum lictor animadverti<sup>e</sup> ex more<sup>1</sup> jussisset, ab universis conclamatum est, 'Non esse Consulē<sup>f</sup> eum.'<sup>2</sup> Post remotos<sup>g</sup> Cæsetium<sup>3</sup> et Marullum Tribunos, reperta sunt proximis comitiis<sup>h</sup> complura suffragia, Consules eos



10 Torr. legebat *trim.* sine copula. Edidit Oud. *trimestriq.* fide codd. Paulo ante pro *suffecto* Vind. 2. et Cort. *suffectio*.—1 Memm. *ex monere*, unde conj. Burm. *ex munere*. Tm *acclamatum* Rhed. 2.—2 Malebat Torr. *non esse eum Cons.* accedente Lips. et sic Memm. tres Medic. Cort. Voss. Pin. At Ed. utraque Rom. non habet pronomen.—3 Variant codd. h. l. ut supra c. 79. nisi quod *Cæcitiū* Copes. *Maniliū* Vind. 2. Dein prænomen *L.* deest Cort.—

## NOTÆ

nominis vestimento usi sint, Scythæ v. g. ut testatur Ovidius in Tristib. lib. v. Eleg. 7. 'Pellibus et laxis arcant mala frigora bracis.' Et Sarmatæ, ut Pomponius Mela: 'bracati sunt,' inquit, 'Sarmatæ totum corpus; nisi qua vident etiam ora vestiti.' Unde colligas tunicarum loco fuisse bracas, quod Suetonio convenit, pro iis siquidem latum clavum summum narrat, quem fuisse tunicam, ex cap. 45. supra et ex cap. 38. Ang. constat: quanquam sint, qui bracas pro periscelidibus accipiant, hoc est, pro femoralibus, quibus crura velabantur. De quibus in Aug. cap. 82.

<sup>c</sup> Q. Maximo] De quo supra cap. 76.

<sup>d</sup> Trimestri] Pridie Kalend. Jan. obiisse, supra cap. 76. notatum est, et ex Cicerone, loco mox laudato, constat. Uno igitur mense suffectum oportuit, quo etiam tempore ex Hispania Cæsarem rediisse Dio annotavit.

<sup>e</sup> Animadverti] Solenne verbum est lictoris, turbam adveniente consule summoventis, et sui quemque officii admonentis. Horat. Od. 16. lib. II. 'Non enim gazæ, neque consularis Summovet lictor miseros tumultus Mentis.' Lictorem quandoque consul ipse jubebat animadvertere, si

quid quod contra dignitatem esset omitteret: exemplum habes Livii lib. XXIV. de Fabiis patre et filio, et Valer. lib. II. cap. 2.

<sup>f</sup> Non esse Consulē] Propter rationes supra cap. 76. allatas. Hinc Cicero Famil. lib. VII. Epist. 31. 'Comitiis Quæstoris institutis, sella Q. Maximi, quem illi consulē esse dicebant,' &c. absentibus enim honoris causa, sua sella ponebatur.

<sup>g</sup> Post remotos] Male quidam non distinguebant has voces a præcedentibus: puncto enim separandæ sunt omnino; in illam siquidem offensam tribuni nondum incurrerant, cum Fabius obiit.

<sup>h</sup> Proximis Comitiis] Hoc est quæ proxime insecta sunt exauctorationem Cæsetii et Marulli: Kalendis nempe Januariis indicebantur feriæ Latinæ, et recenti etiamnum tantæ superbiæ odio procliviores ad ejusmodi suffragia fuerunt animi. Quo confirmatur Casauboni sententia, existimantis hæc comitia legitimo tempore non reservata, sed ante mensem Martium, aut ipso ejus initio habita, et accelerata propter festinationem Parthici belli, ad quod primo vere profecturus erat. Si quidem illum quatuor non amplius diebus occupare conspirati.

declarantium. Subscripsere quidam L. Bruti statuæ: <sup>i</sup>  
 ‘Utinam viveres.’ Item ipsius Cæsaris: <sup>4</sup>

Brutus, <sup>k</sup> quia <sup>5</sup> reges ejecit, Consul primus factus est:

Hic, quia Consules ejecit, rex postremo factus est.

Conspiratum est in eum <sup>6</sup> a sexaginta amplius, C. Cassio, <sup>1</sup>

Marcoque et Decimo Bruto <sup>7</sup> <sup>m</sup> principibus conspirationis. <sup>8</sup>

Qui primum cunctati, utrumne illum in campo, <sup>n</sup> per comitia  
 tribus ad suffragia vocantem, <sup>9</sup> <sup>o</sup> partibus divisus e ponte <sup>p</sup>



<sup>1</sup> Quod iterum sequebatur statuæ, ejiciendum censent Oud. et Baumg. præeuntibus Torr. et Græv. Non comparet in Fouc. Pal. 2. Copes. Medic. 1. 3. utraque Ed. Rom. In Medic. 2. Dunelm. tantum inter lineas.—<sup>5</sup> Faërnus legit *Brutus qui r. . . Hic qui Cons.* utrobique deleta litera *a*. Mox *postremus* Edd. Lugd. Junt. Steph. Ald. Arg. *proximo* Vind. 1. In Fouc. et Edd. Rom. versus secundus non habetur.—<sup>6</sup> *In eum est* Rhed. 1. In Vind. 2. Ed. pr. Casaub. et Junk. *Marcelloque*. Etiam *Decio* Medic. 2. a m. pr. Voss. et Edd. aliquot.—<sup>7</sup> Græv. leg. vellet *Brutis*, quod probant Burm. Oud. et Baumg.—<sup>8</sup> Liber opt. Torr. *conjuratiōis*. Utrumque supervacaneum putat Grut. Mox Periz. *utrum*, iuncta particula, et *illum* omittunt Copes. Medic. 3. recte, iudice Burm.—<sup>9</sup> *Vocante* Dunelm. Voss. Deinde pro *partibus* habent *patribus*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *L. Bruti statuæ*] De qua supra ad cap. 76. ubi de regum statuīs.

<sup>k</sup> *Brutus*] Duo sunt itidem Trochaici. Nota est ex Livii lib. 1. aliisque, historia Junii Bruti regnum expulso, qui, pulso Tarquinio Superbo, primus consul factus est, cum Tarquinio Collatino.

<sup>1</sup> *C. Cassio*] Hunc ipsum esse, de quo cap. 63. Beroaldus, et Sabellicus, Appiano auctore existimant: sed Tranquillus aperte diversos indicat; illum siquidem ‘Lucium,’ hunc ‘Caium’ appellat: superioris tamen frater erat, unde erroris ansa facile potuit arripi.

<sup>m</sup> *Marcoque et Decimo Bruto*] Illius tribunali (tunc enim beneficio Cæsaris cum Cassio prætor erat) ascripserant, ‘Brute dormis, neque veres Brutus.’ Hunc Cæsar inter secundos hæredes testamento scripserat, provinciamque Celticam ei dederat.

<sup>n</sup> *In campo*] Martio nempe, ubi comitia habebantur.

<sup>o</sup> *Tribus ad suffragia vocantem*] Convocato comitiis populo, factaque ab eo magistratu, ejus auctoritate habebantur, oratione, tribuum omnium nomina in quandam cistellam conjiciebant, quæ singula postmodum educentes, ut unumquodque prius exierat, tribus illa per præconem ad ferendum suffragium vocata, e loco in quem ab initio discesserat (suis quippe singulis locus assignabatur) transibat in ovile, seu septum, huic usui cancellis inclusum, ubi tribunal erat magistratus.

<sup>p</sup> *Partibus divisus e ponte, &c.*] Ita ut alii super, alii sub ponte collocati essent: pontes autem illi erant constructæ ad tempus quasi quædam mensæ, per quas tribus in ovile admittebantur. Harum in parte primas suffragii tabellas a diribitoribus accipiebant, quas rogatoribus in ex-

dejicerent, atque exceptum trucidarent; an<sup>10</sup> in Sacra via,<sup>11</sup> vel in aditu theatri<sup>12</sup> adorirentur: postquam Senatus Idibus Martiis<sup>13</sup> in Pompeii Curiam<sup>14</sup> edictus est, facile tempus et locum prætulere. [81.] Sed Cæsari futura cædes evidentibus prodigiis denunciata est. Paucos ante menses, cum in colonia Capua deducti lege Julia<sup>15</sup> coloni<sup>16</sup> ad construendas villas sepulcra vetustissima disjicerent, idque eo studiosius facerent, quod aliquantum<sup>17</sup> vasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant; tabula ænea in monumento, in quo dicebatur Capys, conditor Capuæ,<sup>18</sup> sepultus, in-



Edd. Junt. Ald. Seb. Gryph.—10 An deest Copes. ac præpositionem in utrobique fastidiant Edd. Junt. Ald. suffragante Burm. *aditum* Harlem. *Infra editus* Vind. 1.—1 Verba *Cap. d. l. J. c.* deerant Cujac. et Exc. Voss. *Mox dissicerent* Memm. Copes. *dejicerent* Ven. tres, *disjecerint* Periz. *discinderent* cod. Torr. probante Bernecc. Invertit Oud. vocum ordinem, scribens auctoritate Medic. trium, utriusque Vind. Cort. et Edd. Rom. *ret. sep.* Paulo ante Exc. Voss. *destruendas vetustissimas vill. destinendas* Medic. 2. *extendendas* Vinc. Belluac.—2 *Aliquantulum* Rhed. 2. Tum *oeris* Memm. pro *operis*, unde conj.

## NOTE

trema parte redderent, alterutram, ut visum fuerat, mittentes in Cistam propositam. Notandum vero Tributorum comitorium (de quibus c. 13.) sermonem hic esse, ne mirum videatur Cæsarem in ponte, non in ovili, ubi tribunal vulgo ponebatur, constituisse; qui enim hæc habebat comitia Magistratus, cistam ipse rogatoris loco defererebat, quod in centuriatis vel curiatis, de quibus cap. 13. non obtinebat.

<sup>10</sup> *Sacra via*] De qua cap. 46.

<sup>11</sup> *Theatri*] Pompeiani; ibi enim ludi tunc agitabantur; quo de opere in August. cap. 31.

<sup>12</sup> *Idibus Martiis*] Hunc diem magna hilaritate Romani transigebant; utpote sacrum Annæ Perennæ, quam Didonis alii sororem, Lunam alii, alii denique aliud quid esse dicebant. Largioribus enim poculis indulgentes, pro numero cyathorum annos mutuo sibi precabantur. Ovidius III. Fastrorum de illo die, ubi festivitatem

*Delph. et Var. Clas.*

populi descripsit: 'Sole tamen vinoque calent, annosque precantur, Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt. Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos, Quæ sit per calices facta Sibylla suos.'

<sup>13</sup> *Pompeii Curiam*] In qua Senatum haberi moris erat, quoties in ejusdem theatro ludi erant habendi, testatur Appianus, factum hoc enarrans. Cur autem in ea Senatus haberi potuerit, Aug. cap. 29.

<sup>14</sup> *Lege Julia*] De qua cap. 20.

<sup>15</sup> *Capys, conditor Capuæ*] Virgil. lib. x. 'Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur nrbi.' Livius tamen Samnitium hunc ducem fuisse lib. IV. auctor est. Capuam alii dictam voluit, quod circumjectarum esset caput nrbi: alii a situ campestri, de quo Festus in voce 'Capnam.' Ejus hodie ruinæ visuntur duobus amplius passuum millibus dissitæ a nova Capua.

*Sueton.*

L

venta est, conscripta literis verbisque Græcis, hac sententia: 'Quandoque<sup>3 w</sup> ossa Capyis<sup>4</sup> detecta essent, fore, ut Iulo<sup>5 x</sup> prognatus manu<sup>6</sup> consanguineorum<sup>y</sup> necaretur, magnisque mox Italiæ cladibus<sup>z</sup> vindicaretur.' Cujus rei,<sup>7</sup> ne quis fabulosam aut commentitiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Cæsaris. Proximis diebus equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine<sup>8</sup> consecrarat,<sup>a</sup> ac vagos et sine custode<sup>b</sup> dimiserat, comperit

//////////

Burm. *æris*.—3 *Quandocumque* Pal. 3. Vind. 1. Vinc. *quando* Medic. 1. Vind. 1. Cort. Periz. Harlem. Edd. Ven. et reliquæ præter Steph. Casaub. et recentiores, quæ *quandoque*.—4 *Capus* Memm. Cujac. *Capys* Fouc. Ven. tr. Junt. Ald. Gryph. Lugd. *Capis* Copes. Harlem. Edd. Rom. Bon. uti et supra.—5 *Ilo* Memm. probantibus Burm. Ond. Ruhnk. *Ilio* conj. Salm. et ita Dunelm. Medic. 2. Cujac. accedente Torr. *Julio* Voss. Ed. Bas. poster. *Julius* Vind. 2. Cort. *Ilo* Ms. Turneb. *Iulo* vendicat Wolf.—6 *More* cons. Harlem. Edd. Ven. Mediol. Cald. Sabell. Dein *magnis mox* Medic. 1.—7 *Quam rem* Vind. 1. Periz. Harlem. Voss. Edd. Ven. Med. Cald. Bon. et omn. Vett. præter Bas. et seqq. Mox probant, quod in membb. nonnullis superscriptum legitur, *fabulosum aut commentitium*, Casaub. Burm. Ruhnk.—8 Solus Memm. *Rubiconi flumini*, et ita edidit Græv. auctoribus Turneb. et Casaub. Tum *ut vag.* Fouc. qui postea *patibulo*. Etiam deest et Harlem. Edd. Ven. tr. Bon. et Omn. exceptis Casaub. et recentioribus. Tum *comperit* Periz. Harlem. Vind. 1. Voss. Edd. Ven. 1. Med. Cald. Lugd. Gryph.

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Quandoque*] Vulgati legebant *quando*. Ex tribus Mss. Torrentius emendavit. Sumit enim pro *quandocumque*: quo sensu alias etiam apud Jurisconsultos.

<sup>x</sup> *Fore, ut Iulo*] Torrentius uno libro legit *Ilio*: 'quid enim,' ait, 'Capyis ad Cæsarem, aut cur in ejus sepulcro de Iuli posteris?' sed ex Virgilii loco mox laudato, et ex Dionysii Halicaru. lib. 1. constat, Capyn unum ex Æneæ sociis: quin et ex eodem Dionysio, Æneæ propinquum fuisse verosimillimum est. Capys enim Assaraci filius, Anchisæ pater fuit: quo minus mirandum videtur, si quorum origo communis, communia quoque fata significentur; cum et Turnebus *Adversar.* xxiv. lib. cap. 14. legit *illo*.

<sup>y</sup> *Manu consanguineorum*] Obscura est illa consanguinitas apud auctores:

nullum enim e conjuratis hoc modo Cæsari junctum referunt, nisi de Bruto, cujus pater existimatus est, cap. 50. sive de Cæsaris adulteriis, quæ multa fuerunt, intelligas. Aut potius, latiori significatione consanguinei dicuntur Romani, ejusdem inter se sanguinis.

<sup>z</sup> *Italiæ cladibus*] Augusti bella inivit, de quibus mox in Aug.

<sup>a</sup> *Quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat*] Turnebus *Adversar.* xxiv. cap. 14. legit *Rubiconi flumini*, qua ratione Plutarchus ait, immolatum Euphrati taurum a Lucullo exercitum tracturo; sed de tauris videtur hoc esse convenientius, quam de equis: tauriformes quippe a poetis dicuntur fluvii. Hor. lib. iv. Od. 14. 'Sic tauriformis volvitur Aufidus.' Et Torr. ad illum locum. Unde hic existimat

pertinacissime pabulo abstinere,<sup>c</sup> ubertimque flere.<sup>d</sup> Et immolantem haruspex Spurinna<sup>9</sup> monuit, caveret periculum, quod non ultra Martias Idus<sup>e</sup> proferretur. Pridie autem easdem Idus avem regaliolum,<sup>f</sup> cum laureo ramulo<sup>10</sup> Pompeianæ Curiaë se inferentem, volucres varii generis ex proximo nemore persecutæ ibidem discerpserunt. Ea vero nocte, cui illuxit dies cædis, et ipse sibi visus est per quietem<sup>1</sup> interdum supra nubes volitare, alias cum Jove dextram jungere;<sup>2</sup> et Calpurnia<sup>3</sup> uxor imaginata est, col-

Plant. Bas.—9 Medic. 2. Harlem. et Edd. Vett. plures hic et mox *Spurina*. Dein ignorat *monuit* Fouc. et habent *ut cav.* Vind. 1. Periz. Harlem. et O. Vett. præter Bas. et seqq.—10 *Ramo* Vind. 2. Cort. Tum *descerps.* Harlem. Periz. *desceperunt* Ed. Mediol. pr. *descriperunt* Cald. *diceps.* Ed. Camp.—1 *Perqu.* omittit Rhed. 1. Dein *super nub.* Fouc.—2 *Al. c. J. d. j.* desiderau-

## NOTÆ

non flumini, sed Marti consecratos, quales Virgiliani illi Minervæ, de quibus lib. III. *Æneid.* ‘Quatuor hic, primum omen, equos in litore vidi, Tudentes late campum.’ Sed solita fuerunt hoc modo consecrari, et libera dimitti, generis omnis animalia, atque ea præsertim, quæ dominis aut utilia maxime, aut grata fuerant, ut libertatem quasi præmium ferrent. Ursæ nempe, elephantis, equi, aves, quin et pisces, quibus affundi unguentum moris erat, ut ex Athenæo, Æliano, &c. fuse hic probat Casaubonus. De illis equis Luc. lib. I. ‘Primum in obliquum sonipes opponitur amnem, Excepturus aquas: molli tunc cetera rumpit Turba vado faciles jam fracti fluminis undas.’

<sup>b</sup> *Vagos et sine custode*] Græci *ἄφερα* dicunt, ut Plutarchus, in Lucullo, de bobus Dianæ Persicæ sacris narrat.

<sup>c</sup> *Pabulo abstinere*] Ad hoc Virgilius alludens *Eclog.* v. qua Julii, ut censent, mortem deflet sub persona Daphnidis: ‘Nulla neque amnem Libavit quadrupes, neque graminis at-

tigit herbam.’ Illis nempe diebus quibus mortuum fingit Daphnida.

<sup>d</sup> *Ubertimque flere*] Huc quoque respexisse Virgilium lib. II. *Æneid.* in Pallantis funere, Torrentius existimat: ‘Post bellator equus, positus insignibus, Æthion It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.’ Quod ne poëtice fictum videatur, obstiterit Plinius, qui lib. VIII. c. 42. de equis ait, ‘præsagiunt pugnam, et amissos lugent dominos, lacrymasque interdum desiderio fundunt.’

<sup>e</sup> *Martias Idus*] Quas etiam ipse sibi Scorpionis occasu ferales fore annotarat, auctore Plinio lib. XVIII. cap. 26.

<sup>f</sup> *Regaliolum*] Casaubonus notat scriptum in Glossario ‘Regaviolum,’ nec inepte: Regem enim avium aviculam hanc appellari, dicit Plinius lib. VIII. cap. 25. medicis Græcis passerem troglodyten dici, atque inimicitias cum aquila exercere: lib. X. cap. 74. trochilum indigitat: nos *roi-telet*.

<sup>g</sup> *Calpurnia*] L. Pisonis filia, de qua supra cap. 21. ‘imaginata’ dicitur,

labi fastigium<sup>h</sup> domus, maritumque in gremio suo confodi: ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. Ob<sup>4</sup> hæc simul et ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an se contineret, et, quæ apud Senatum proposuerat agere, differret; tandem Decimo Bruto adhortante,<sup>i</sup> ne frequentes ac jam dudum opperientes<sup>5 k</sup> destitueret, quinta fere hora<sup>l</sup> progressus est: libellumque insidiarum indicem, ab obvio<sup>6 m</sup> quodam porrectum, libellis<sup>n</sup> ceteris, quos sinistra manu tenebat,



tur in Harl. Edd. Ven. tr. Med. Cald. Bon. et Paris. *aliasque c. J. d. conjungere* Periz. *dextras* Gryph. Bas. Plant. *Jove sibi dextram* Lugd. Arg. Junt. *alam cum Jove* Rhed. 1. *alias* abjiciendam putat Burm. deinde conj. *altusque cum J.* sed demum in lect. vulg. acquiescit.—3 *Calphurnia* de more Copes. Periz. Medic. Vind. et Edd. aliquot.—4 *Et hæc* Fouc. Deest ob Edd. Rom. et in Copes. *inf. ob.*—5 *Opperientis* Memm. qui etiam *e quinta.* Tum *ind. insid.* Cort. et Medic. duo, *judicem* Fouc.—6 Memm. *ab ovio*, ut supra c. 63. unde conj. Torr. *Orinio.* Mox Fouc. *commisit*, et *deinde* Periz. Harlem. Vind.

#### NOTÆ

pro somniasse. Ut et Plinius in Epist. 'imaginatus venisse Neronem,' de somnio Fannii.

<sup>h</sup> *Collabi fastigium*] Simpliciter hic accipiendum non est pro summa ædium parte, sed pro ornameto aliquo, quod domui Cæsaris Senatus-consulto ad majestatem impositum fuit, quo etiam templorum tecta distinguebantur a ceteris; nec mirum, illi siquidem aras, templa, pulvinaria, &c. tanquam Deo decreverant. Plutarchus in Cæsare ἀκρωτήριον vocat, Latinius interpres *Pinnaculum*. Et Florus lib. iv. cap. 2. fastigium domus inter honores Cæsari delatos recenset.

<sup>i</sup> *Bruto adhortante*] Plutarchus qui hæc pluribus narrat, arreptum manu, et deductum ait, injecto metu, ne hoc et inter cetera convicia calumniatores objicerent, Senatores scilicet alias redituros, cum meliora fuissent Calpurniæ somnia, &c.

<sup>k</sup> *Opperientes*] Ad faciendum solenne illud, ut iniquiebat Brutus, Senatusconsultum, quo diadema ubicum-

que extra Italiam gestare, Cæsari liceret.

<sup>l</sup> *Quinta fere hora*] Circiter undecimam ritu nostro; diem enim in duodecim duntaxat horas dividebant, ut satis notum est.

<sup>m</sup> *Obvio*] Torrentius in optimo lib. legit *Ovio*, unde suspicatur *Orinio*, quod Romanum nomen est. Plutarchus in Cæsare traditum ait libellum hunc ab Artemidoro, natione Gnidio, qui, cum Cæsar alios libellos ministris suis statim tradebat, vehementer petiisset, ut statim legeret, magna quippe contineri, sed præ nimia turba impeditum, ac frustra conantem, manu denique servasse non lectum. Quod tamen ipsum aliter ab aliis referri, subjungit idem auctor. Simile quid de Arclia Thebanorum tyranno refert in Pelopidæ vita Plutarchus: et de Nicephoro Cedreus.

<sup>n</sup> *Libellis*] Libellos supplices intellige, quibus principes adire moris erat, ad quos rescribere et principes solebant. Vide et cap. 53. in Aug. de Domitiano: sic Martial. l. viii. Epig.



quasi mox lecturus, commiscuit. Dein pluribus hostiis cæsis,<sup>o</sup> cum litare<sup>p</sup> non posset, introiit Curiam, sprete religione, Spurrinamque irridens, et ut falsum arguens, quod sine ulla sua<sup>7</sup> noxa Idus Martiæ adessent: quanquam is, venisse<sup>s</sup> quidem eas, diceret, sed non præterisse. [82.] Assidentem conspirati,<sup>9</sup><sup>q</sup> specie officii, circumsteterunt: illicoque Cimber Tillius,<sup>10</sup><sup>r</sup> qui primas partes susceperat,<sup>1</sup> quasi aliquid rogaturus,<sup>s</sup> propius accessit; reuientique et gestu in aliud tempus differenti ab utroque humero togam apprehendit:<sup>1</sup> deinde clamantem, ‘Ista quidem vis

//////////

duo, Cort. (qui *etiam ut f.*) et multæ Edd. Vett.—7 Grut. restituit *sua* ex Pal. tribus, quibus accedunt Pin. Fouc. Medic. Vind. 2. Cort. Voss. Periz. Copes. Harlem. Edd. Rom. Ven. Lugd. Junt. Ald. Steph. probantibus Scheff. et Baumg. Ignorat Edd. reliquæ, et repndiatum est a Græv. Burn. Oud. Wolf. aliisque. Ceterum *noxia* legitur in Medic. 2. Harlem. Periz. Edd. Med. Cald. Cf. h. l. Oud. fusius disputantem.—8 *Enim venisse* Voss. *advenisse* Rhed. 1. *Infra præterisse* Huls. Harlem. cum Edd. quam plurimis, ac pro *eas* Vind. 1. *Marcus*.—9 *Conspicati* Edd. Plant. Torr. Casaub. et Raphael. sed in nulla antiquiore Ed. *comparati* Medic. 1. *consp. et compacti* Exc. Voss. *Mox in speciem off.* Rhed. 2.—10 Sic scribendum docuerunt Pulm. Græv. Perizon. Anim. Hist. c. VIII. Manut. cum Edd. Plant. et recentiorib. idque recepere Wolf. Oud. Baumg. Libri Torr. et Voss. *Tullius*, quod placitum Casaub. et Glandorpio. Tristannus cum Patino *Atilius* ex nummo præferunt, quibus accedit Burm.—1 *Acceperat* Rhed. 2. *Dein gestum* Medic. tres, uterque Vind. Voss. Harlem. Periz. a m. pr. Edd. Rom. Camp. Ven. 1. Mediol. aliæque. ‘J. Celsus *rem trahenti*, quasi *gestu rem*, &c. legisset. Et forsitan olim fuerit

#### NOTÆ

ultimo: ‘Dante tibi turba querulos, Auguste, libellos.’

<sup>o</sup> *Pluribus hostiis cæsis*] De hoc sacrificandi more antequam Senatuum ingrederentur, infra in Aug. c. 35.

<sup>p</sup> *Litare*] Solenne verbum hoc est rite sacrificare et impetrare. Cujus rei signum erat, si mancum monstruosumve nihil in sacrificio affuisset: si enim victimæ viscera pallere, tetrive suffusa maculis apparuissent, si tabidum jecur, aridæ vel nullæ pulmonum fibræ, &c. tunc non litatum existimabant. Hinc Martialis Epig. 73. lib. x. ‘Non quæcumque cadit victima cæsa litat.’ Verbum hoc tam de hostiis, quam de Diis ipsis dicitur. Hostiæ quippe litantur, hoc est sa-

cificantur, et Dii ipsi litantur, hoc est placantur. Vide quod notatum est ex Servio, in August. cap. 96. et in Othone cap. 8.

<sup>q</sup> *Conspirati*] Quidam *conspicati*, male; vide cap. 80.

<sup>r</sup> *Cimber Tillius* [*Tullius*] Pulmanus scripsit *Tillius*; Græci enim Plutarchus et Appianus Τίλλιος, sed consensum Latinorum Mss. præfert Casaubonus: hujus ut Julianarum partium propugnatoris acerrimi meminit Seneca III. de Ira cap. 30. et Cicero II. Philipp.

<sup>s</sup> *Aliquid rogaturus*] Re quidem ipsa fratris exulantis reditum rogasse, Plutarchus censet.

<sup>1</sup> *Togam apprehendit*] Ut illam ab

est, <sup>u</sup> alter e Cascais <sup>z</sup> <sup>v</sup> aversum <sup>3</sup> vulnerat, paulum infra jugulum. Cæsar Cascæ brachium arreptum <sup>4</sup> graphio <sup>w</sup> trajecit; conatusque prosilire, alio vulnere tardatus est. Utque animadvertit, undique se strictis pugionibus <sup>x</sup> peti, toga caput obvolvitur: simul <sup>5</sup> sinistra manu sinum <sup>y</sup> ad ima

*gestu cum.* Oud. Apprendit Cujac.—2 Ita emendandum statuerunt Oud. Wolf. Baumg. ut et mox *Casca*. Primo loco legebat Beroaldus *alter Casca*, cum codd. trib. Torr. Cort. et ex ejus sententia Edd. Bon. Lugd. Junt. Ald. Bas. Gryph. Steph. et alia. Præbet Memm. *alt. e Cassiis*, probantibus Turneb. Adv. xxiv. 14. Græv. Burn. *alter Cassius* Pal. tres cum Edd. Vett. ante Bon. quod placet Casaub. Grut. et Pulm.—3 Sic reposuit Baumg. ex Memm. Copes. quibus accedunt Medic. 3. Dunelm. a m. pr. *adversus* Rhed: 2. *aversum* servant omnes alii Editores.—4 *Abreptum* Edd. Bas. Gryph. Plant. Torr. *arrepto* Copes. Medic. 1. 3. Ed. Steph. et Pal. 1. 2. a m. sec. *accepto* a m. pr. *abrepto* Harlem. Periz. Vind. 1. Ursin. Edd. Ven. tres. Cald. Mediol. Bon. Lugd. Junt. Ald.—5 *Deest simul* Huls. et sequentia *et inf. c. p. v.* pro glossemate habet Grut. In Copes. *inferiori*: Harlem. Periz. Edd. Ven. Med. Cald. *inferioris*, Medic. 1. *inferioris parte*, suprascr. *corporis*, Vind. 1. *coris*, pro scripturæ

## NOTÆ

humeris demitteret, quod signum invadendi conspiratis erat, ut ait idem Plutarchus, hac verisimiliter de causa, ut facilius cohiberentur ejus brachia, maxime si, ut quidam censent, clausa undique toga foret.

<sup>u</sup> *Ista quidem vis est*] Hoc proverbii loco usurpatum, si quando premerentur acrius. Plautus in Captivis III. 5. 'Vis hæc quidem hercle est, et trahi, et trudi simul.'

<sup>v</sup> *Alter Cascais* [*Cassius*] Torr. ex tribus Mss. et Plutarcho emendat *Casca*, quod Serviliorum cognomen est, unde Bruto materna stirpe conjunctos Cascais, verisimiliter colligere est; sed Pulmannus et Casaubonus ex veteribus membranis contra vulgatas editiones restituerunt: cui accedit etiam, quod licet duo Cascais, ut et Cassi duo, conjuraverint, unus tamen Casca tunc exlaret.

<sup>w</sup> *Arreptum graphio*] Casaubonus in Mss. quibusdam legit *arrepto*. Sed verosimilius est arreptum brachium. Graphium stylus quidam ferreus est,

ab una parte peracutus, ab altera plauus, illa qua literas in cera exararent, hac qua delenda inducerent, ceramque rursus complanarent: unde, 'stylum vertere' apud Horatium, pro delere: his autem sæpe abnsi sunt ad eadem, ut ex Plutarcho in Gracchiis constat. Quapropter cautum aliquando fuit, ne ferrea graphia quisquam haberet, sed ossea tantum.

<sup>x</sup> *Pugionibus*] Quos (quia ferrum gerere vetitum erat) in scriniis suis, libellorum loco, deferendos curaverant.

<sup>y</sup> *Sinum*] Togæ sinus hic nihil aliud est, quam ima ejus pars, dextro collecta brachio, ita ut tunica subtus apparet: hanc, obvoluto prius capite, deduxit ad imas partes, ne quid inhoneste nudaretur. Quod enim ex Quintiliano, Apuleio, &c. colligas, sinus togæ duos fuisse, eosque non attextos, sed assutos: quorum alter superior, a dextro latere ad sinistram humerum, tanquam balteus oblique

crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus et viginti plagis confossus est, uno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito. Etsi<sup>6</sup> tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti<sup>2</sup> dixisse, Καὶ σὺ,<sup>a</sup> τέκνον; <sup>7</sup> Exanimis, diffugientibus<sup>8 b</sup> cunctis, aliquamdiu jacuit, donec lecticæ impositum, dependente brachio,<sup>c</sup> tres servuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antistius<sup>9 d</sup> medicus existimabat, letale ullum repertum est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat. Fuerat animus conjuratis,<sup>10</sup> corpus occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere: <sup>e</sup> sed metu M. An-



compendio. Hinc Oud. conj. *inferiore sui parte*.—6 *Et sicut dant Periz. Harlem. Cort. Edd. Ven. tr. Med. Lugd. Junt. Ald. et sic Pin. Fouc. etsi (ut trad. qu.) Bas. Seb. Gryph. Supra Rhed. 1. tantummodo*.—7 Ita ediderunt VV. DD. auctoritate Memm. Pal. Medic. Voss. Copes. Periz. Cort. Vind. 2. et Edd. Vett. Alii præmittunt καὶ σὺ εἰ ἐκέλευον, et sic Pitisc. Schild. In Viterb. καὶ σὺ ἐκέλευον εἰ. cod. Torr. καὶ σὺ εἰς ἐκέλευον. Pal. 5. Τί καὶ σὺ, omissis ceteris. Ed. Lugd. tantum καὶ σὺ εἰ ἐκέλευον. Integra præbent Edd. Rom. sed in fine τέκνον. Pin. ita referebat καὶ ἐν τεκνίον, unde suspicabatur Giphon. καὶ σὺ τεκνίον, diminutive. Ceterum Græca desunt Harlem. Fouc. Vind. 1. Ed. Ven. 1.—8 *Defugientibus* Harlem. Periz. Edd. Ven. tr. Med. Cald. Bon. *desilientibus* Rhed. 1.—9 Cod. Torr. *Antius*, et sic marg. Ed. Bas. Pal. 1. videtur habuisse *Amustius*, et ascriptum oræ *Anrustius*. Tum existimat Copes.—10 Rhed. 2. *conjuratorum*; Casaub. vellet *conspiratis*, repugnante Oud. Dein

#### NOTÆ

duceretur, alter inferior, ab umbilico sic demitteretur, ut infra imam togam non deflueret. Posteriorum inventum fuisse Manutius affirmat; et tales veteribus non fuisse, ipse Quintilianus auctor est. Videsis nonnihil super hoc loco in Ang. cap. 99.

<sup>2</sup> *M. Bruto irruenti*] Cæsarem ab eo genitalibus percussum, tradit Plutarchus: ut participes cædis omnes essent: convenerat inter illos, ut suum quisque vulnus inferret.

<sup>a</sup> Καὶ σὺ [εἰ ἐκέλευον, κ. τ. λ.] Hoc est, *tu quoque ex illis es, tu quoque filii?* Alii legunt, καὶ σὺ τέκνον, alii καὶ σὺ εἰς ἐκέλευον, &c. quæ tamen lectiones tanti affectus non sunt ac prior. Et illa non sunt ad Bruti vel ætatem, vel familiaritatem simpliciter referenda,

sed ad Serviliam, de qua c. 50.

<sup>b</sup> *Diffugientibus*] Cum enim hoc peracto, Brutus rationem Senatui vellet reddere, omnes horrore correpti, diffugientesque undique, urbem metu et tumultu complevere.

<sup>c</sup> *Dependente brachio*] Lectica enim, a tribus tantum servis bajulata, propendebat, cum sex vulgo solerent lecticas bajulare: in Claud. cap. 25. &c.

<sup>d</sup> *Antistius*] In uno libro Torrent. legit *Antius*, et probat, nisi et medicus ille libertus dicatur cujusdam ex Antistorum familia; hanc enim illustriorem fuisse existimat, quam ut quisquam ex ea medicus.

<sup>e</sup> *Acta rescindere*] De quibus c. 3.

tonii<sup>f</sup> Consulis, et Magistri equitum<sup>g</sup> Lepidi, destiterunt. [83.] Postulante ergo L. Pisone socero,<sup>h</sup> testamentum ejus aperitur, recitaturque<sup>i</sup> in Antonii domo, quod Idibus Septembribus<sup>i</sup> proximis in Lavicano<sup>2</sup> suo<sup>k</sup> fecerat, demandaveratque virgini Vestali<sup>l</sup> maximæ.<sup>m</sup> Q. Tubero tradit, hæredem ab eo scribi solitum,<sup>3</sup><sup>n</sup> ex consulatu ipsius primo usque ad initium civilis belli, Cn. Pompeium; idque militibus pro concione recitatum. Sed novissimo testamento tres instituit hæredes, sororum nepotes,<sup>o</sup> C. Octavium<sup>p</sup> ex



*Tiberin* Ed. Rom.—1 *Recitaturque* Huls. Mox *Septembris* Periz. Harlem. et a Ven. 1. omn. Vett. præter Rom. et deinceps Gryph. Bas. et recentiores. *proximis* deest Rhed. 1.—2 Edd. Rom. Bon. et Doleti *Lavicano*, probante Burm. qui provocat ad Drakenb. in Sil. XII. 534. sed V. Oud. *Levic*. Rhed. 2.

#### NOTE

<sup>f</sup> *M. Antonii*] De eo plura modo in Aug. hunc utpote Cæsari conjunctissimum, et robore corporis validum, Brutus Albinus extra Senatum detinuerat, prolixos consulto sermones miscens, donec cædes peracta foret.

<sup>g</sup> *Magistri equitum*] Cæsar enim dictator erat, c. 76.

<sup>h</sup> *Pisone socero*] Vide supra cap. 21.

<sup>i</sup> *Idibus Septembribus*] Mense Octobri reversum in urbem ex Hispania, scribit Velleius, unde in villa sua constitisse verosimile est, vel interea dum triumpho necessaria pararentur, vel ut fessum se tot bellis iusticatione relaxaret. Ut ut est, totos sex menses potitus non est parta illa tot laboribus auctoritate; siquidem Idibus Martiis proxime secutis occisus est.

<sup>k</sup> *In Lavicano suo*] Villa seu prætorium fuit in agro Lavicano, quemadmodum dicitur in Formiano, in Tusculano, &c. Lavici hodie *Valmontone* in agro Ostiensi. Alii Suburbanum fuisse aiunt ad portam Lavicanam, quæ hodie dicitur *di santu Croce*.

<sup>l</sup> *Vestali*] Sæpe ab aliis factum, ut

de Aug. infra c. 101. et de Antonio Plutarchus.

<sup>m</sup> *Maximæ*] Ætate tantum maximam intelligo, non etiam dignitate, Abbatissarum instar nostrarum, quod tamen Beroaldus censet; illis Vestalibus enim præfuisse alium a Pontifice neminem, indicant Plutarchus in Numa, Gellius lib. 1. c. 12. et Dionysius lib. II. 3. Equidem cum in ejusmodi ministerio, primum decennium in addiscendis sacris, alterum in exereendis, tertium denique in edocendis insumerent, quin aliqua inter ipsas fuerit ordinis hujus prærogativa, et dignitas, negandum non videtur, sed hac ratione non nisi antiquissimæ in Sacerdotio dignitas maxima. Nec alio modo Valer. Maximus, et Capitolinus in Valerianis, intelligendi videntur.

<sup>n</sup> *Scribi solitum*] Testamentum enim conditum semper et paratum habebant, quod pro varia rerum mutatione immutarent: nota hic voce 'novissimus' nunquam usum Cicero-nem, et rationem reddit Gellius lib. X. cap. 21.

<sup>o</sup> *Sorum nepotes*] De illis Sorori.

do drante,<sup>q</sup> et <sup>+</sup> L. Pinarium et Q. Pedium ex quadrante reliquo : <sup>s</sup> in ima <sup>r</sup> cera <sup>s</sup> C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit : <sup>t</sup> plerosque <sup>6</sup> percussorum in tutoribus



—3 *Solum* Ed. Steph.—4 Voculam et deleri malint Torr. Oud. præeunte Jo. Mercer. Opin. l. 1. c. 12. Huls. dat *L. Quinarium*, Edd. Ven. *Pinatium*.—5 Hæc Lipsii est emendatio, Elect. 1. c. 20. cui astipulati sunt omnes præter Salmas. De mod. Usur. c. 11. p. 466. *Reliquos in ima* habent omnes Mss. et Edd. ad Casaub. usque, qui etiam corrigebat *reliquo, aliosque in ima*. Conjecturam Lips. tamen proxime occupavit Mercer. Op. c. 12. nisi ex litera *s* facienda vocula *sed*. Pal. 3. *in una uncia*. Fonc. *in una cera*, cum Ed. Ven. 1.—6 Ita ex pluribus codd. Oud. Wolf. Baumg. Al. *pluresque*. Mox *in tutores*

## NOTÆ

bus, præterquam de Julia Augusti avia, pauca reperiuntur, ut et de nepotibus earum. Q. Pedius postea cum Augusto Consul fuit. Pinarium meminit Appianus lib. III. Bellor. Civil. ubi dicitur Augustus ab illis partem hæreditatis requisivisse: nota quidem est ejus familiæ antiquitas, propter sacra Herenlis. Virgil. lib. VIII. Æneid. ‘Et domus Herculei custos Pinaris sacri.’

<sup>p</sup> *Octavium*] Qui postea Augustus appellatus est, de quo toto lib. sequente.

<sup>q</sup> *Ex do drante*] Hæreditatem totam in 12. ut plurimum uncias, instar assis, dividebant, unde inductus loquendi usus, ‘ex asse hæres.’ Hoc est ex 12. unciis, sive ex toto. Mediam igitur hæreditatis partem, quasi medium assem, semissem vocavere; quarta pars sive tres uncia, quadrans; tertia sive quatuor uncia, triens dicebatur. Dodrans vero dicitur, quasi deest quadrans, ad totum nempe complendum assem, qua ratione Octavius, ex hæreditate Julii Cæsaris, tres quadrantes obtinebat, hoc est uncias seu hæreditatis partes novem; Pinarium autem et Pedius, ambo non nisi tres uncias, quas proprio nomine quadrantem appellavit Suetonius.

<sup>r</sup> *Reliquo*: [*reliquos*] *in ima*] Lipsius Elect. lib. I. cap. 20. sic distin-

guit: *L. Pinarium, et Q. Pedium ex quadrante reliquo*. Quem contra codices omnes, et vulgatas editiones sequitur Casaub. cum Torrentio, ut sit sensus, reliquum ex hæreditate quadrantem illis concessum, vel addit *aliosque in ima cera, &c.* ut de substitutionibus intelligatur, eæ quippe in inferiori plurimum tabularum parte scribebantur. Unde potius multo videtur, nil quicquam mutato, ‘reliquos’ eodem sensu atque ‘alios,’ relinquere: per se quippe satis intelligitur superesse quadrans, do drante demto.

<sup>s</sup> *Cera*] Hac illita fuerunt tabulæ, quibus testamenta describebant.

<sup>t</sup> *Adoptavit*] Hoc est in familiam suam ascivit: nec enim, si rem ad strictos juris apices revocaveris, propria hæc fuerat adoptio: quia legandi verbo in lege 12. tabularum, quæ testamentorum jus constituit, adoptiones non significantur; sed ut adoptiones ejusmodi verarum instar censerentur, debebat is qui nomen ferre jussus erat, delato prius ad Prætorem Urbanum testamento, obtinere insuper a populo, lege Curata, (et postmodum ab Imperatore,) ut sibi in defuncti familiam, nomine mutato, transire liceret. Quod et ab ipso Augusto præstitum est, annitente contra, quantum potuit, Anto-

fili, si quis<sup>7</sup> sibi nasceretur, nominavit; Decimum Brutum etiam in secundis hæredibus.<sup>u</sup> Populo hortos<sup>v</sup> circa Tiberim publice, et viritim trecentos sestertios<sup>w</sup> legavit. [84.] Funere indicto,<sup>x</sup> rogos exstructus est in Martio campo juxta Juliæ tumulum: <sup>y</sup> et pro Rostris aurata ædes<sup>z</sup> ad<sup>8</sup>



Rhed. 1.—7 *Si qui Memm. et ita sæpe. filiis si qui Huls. filius Ed. Cald. Item sec. in her. Vind. 1. et ortos idem cum aliis multis.*—8 *Ad abesse malit Torr. ac Harlem. Periz. Edd. Lugd. Cald. Mediol. sed correctum in marg. Paulo*

#### NOTE

nio, ne scilicet ille pro legitimo filio Cæsaris haberetur, Dione lib. XLV. et Appiano III. de Bellis Civilibus auctoribus. Quæ tamen omnes Juris solemnitates impedimento non erant, quominus Historicis et Oratoribus illi dicerentur testamento adoptati. Quo sensu adoptandi verbo usum hic patet Suetonium. Talis adoptionis exemplum non male forte subjicias, ex l. facta LXIII. § 10. ff. ad Sc. Trebell. Vide l. Adoptio XVIII. ff. de Adoptionibus, et Cujacium lib. Observ. VII. c. 7.

<sup>u</sup> *In secundis hæredibus*] Intestatos mori cives Romanos, nec sibi hæredes extare, ignominiosum videbatur: quapropter plures gradus hæredum constituebant, nimirum ut deficientibus, qui primo gradu instituti dicebantur, vocarentur substituti; qui secundo gradu erant, nominati, et sic deinceps. Vide titulum ff. de vulgari et pupillari substitutione. Notat Appianus de D. Bruto miserandum præsertim id populo visum esse.

<sup>v</sup> *Hortos*] Quibus publice populus uteretur: meminit Horat. Sat. IX. 'Trans Tiberim longe cubat is prope Cæsaris Hortos.' Et Cicero ad Attic. lib. II. Epist. 6.

<sup>w</sup> *Trecentos sestertios*] Hoc est singulis e plebe dedit 13. l. 2. s. Plutarchus ait 75. drachmas, quod æ-

qualem drachmæ ac denarii valorem, et quatuor in utroque sestertios, ut supra ex Budæo posuimus c. 4. fuisse, manifeste confirmat.

<sup>x</sup> *Funere indicto*] Non omnium indictiva fuere funera, sed nonnisi quorum aut opes ingentes, aut eximia in Remp. merita: (aliorum funera dixere tacita, plebeia, tralatitia, quod sine ludis, aliaque pompa fierent:) illis non ludi modo, sed et desultores, aliaque id genus amplissima. Unde nata videtur quædam nobilium funerum differentia, eorum scilicet, quæ dicebantur simpliudiarum, quasi simpli ludiarum, hoc est, ut Josephus Scaliger explicat lib. I. Auson. lect. cap. 28. quibus simpli ludii, saltatores nempe, non etiam desultores, &c. et indictiva proprie, quibus omnia magna.

<sup>y</sup> *Juliæ tumulum*] Supra cap. 26.

<sup>z</sup> *Pro Rostris aurata ædes*] Quid, Rostra c. 6. Bononiensis editio legebat *sedes*: verum repugnant Mss. Hæc autem fuit imago, et, ut ait, simulacrum ædis illius, de qua supra cap. 61. et 78. Quod et addendum videtur ad ea, quæ ipsi supra humanum fastigium decreta sunt, ceteris enim, qui pro Rostris huc usque laudati fuerant, nonnisi lectus positus est. At inductis principum consecrationibus, frequentia postmodum hæc fuere.

simulacrum templi Veneris Genetricis collocata; <sup>9</sup> intraque lectus eburneus, <sup>a</sup> auro ac purpura stratus, et ad caput tropæum <sup>b</sup> cum veste in qua fuerat occisus. Præferentibus munera, <sup>c</sup> quia suffecturus dies non videbatur, præceptum est, <sup>10</sup> ut, omisso ordine, <sup>d</sup> quibus quisque vellet itineribus Urbis, portaret in campum. Inter ludos <sup>e</sup> cantata sunt quædam ad miserationem et invidiam cædis ejus, accomodata ex Pacuvii <sup>f</sup> Armorum <sup>1</sup> iudicio :

Men' servasse, <sup>2</sup> <sup>s</sup> ut essent, qui me perderent ?



ante aur. sedes Vind. 1. Ed. Bon.—9 *Coll. est. Fonc.* Tum *intra quæ* Ed. Camp. *intra quam* Dunelm. Dein *et purp.* Medic. 1. Vind. 2. Cort. Periz. Pro *trop.* Vind. 1. *strophium.* Tandem *cum qua* Cort.—10 *Est* omittit Cujac. cum Medic. tr. et Edd. Rom. probante Ond. Habet Pin. *et quib.* ac Fonc. deest *urbis.*—1 *Pacuvianorum* Medic. duo, Copes. Edd. Ven. tr. Mediol.—2 Ita legendum esse consentiunt Casaub. Ond. Ern. Wolf. et Baumg. cum Memm. Copes. Harlem. Dunelm. Cujac. Periz. Edd. Ven. Bon. Junt. Lugd. Ald. et

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Intraque lectus eburneus*] Appianus auctor est, cereum Cæsaris simulacrum huic lecto superimpositum, atque machinamentis quibusdam sic erectum, ut circumvolvi undique, et a populo cum acceptis omnibus vulneribus, mire effictis, conspici facile posset. Unde verosimillimum fit, quod ait Casaub. et ædem auratam, et lectum ipsum pegmatidis instar fuisse, qualia describuntur infra in Claud. cap. 34. Ætate sua id testatur in more positum apud Romanos fuisse Polybius, Quintil. tamen lib. vi. c. 2 corpus ipsum lecto impositum ait.

<sup>b</sup> *Ad caput tropæum*] De tropæis supra c. 11. quæ repræsentatio vestis cruentæ sic populum egit in furorem, 'ut non occisus esse Cæsar, sed occidi tum videretur,' ut ait ibid. Quintil.

<sup>c</sup> *Munera*] Ad funera nobilium celebranda, multa ab amicis in rogum una cum cadavere conjiciebantur, quæ vel sibi ipsis, vel mortuis pretiosa fuissent, ut patet ex hoc Suetonii capite, et Virgil. v. Æneid. 'Con-

gesta cremantur Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo,' &c. Quæ inferiæ dicebantur, ut et inferri quæ mortuis donabantur. Vide legem ultimam ff. de auro, argento, mundo legatis.

<sup>d</sup> *Omisso ordine*] Fuisset enim hoc ceteroqui nimii temporis; quippe ibant magistratus, tum Senatores, post hos, equites; inde milites arma, sed versa gerentes, ac denique populus in sua quisque tribu.

<sup>e</sup> *Inter ludos*] Funebres, quibus id peculiare fuit, ut non a magistratibus tantum, sed et ab ipsis privatis ederentur, et fabulæ, ut patet ex hoc loco, æque ac certamina, de quibus supra cap. 10. et 26. populo exhibebantur.

<sup>f</sup> *Pacuvii*] Poëta Brundisius fuit, Tragediarum scriptor, ac unius inter alias, cui titulus 'Armorum iudicium;' argumento ab hac disceptatione ducto quæ Ajacem inter et Ulysem de Achillis armis exorta est.

<sup>s</sup> *Men' servasse* [*Men' me servasse*]

et ex Electra Attilii<sup>3 h</sup> alia, ad similem sententiam. Laudationis loco<sup>4</sup> Consul Antonius per præconem<sup>i</sup> pronuntiavit Senatusconsultum,<sup>k</sup> quo omnia ei divina simul<sup>5</sup> atque humana decreverat: item jusjurandum, quo se cuncti pro salute unius<sup>6</sup> astrinxerant: quibus perpauca a se verba addidit. Lectum pro Rostris<sup>l</sup> in Forum magistratus<sup>m</sup> et



pluribus. Pulm. edidit *men' me serv.* et sic Pitisc. Var. cum aliis nonnullis. In Edd. Rom. et Pal. 1. tantum *me serv.* inde Grut. repetebat *me me serv.* quod et fecerat Torr. paulo aliter *men' men' serv.* Deinde Burm. invertit ordinem *servasse mene, vel men'.*—3 Variant admodum Mss. *Acili* vel *Acilii* Memm. Copes. Periz. Harlem. Cujac. Edd. Rom. Ven. 1. Lugd. *Accii* Ven. 2. 3. Junt. Steph. Ald. sine *alia*. Casaub. legebat *Attii alia*, quem secuti Bip. Reliqui codd. *Atilii* vel *Atillii*, quemadmodum reposuerunt Oud. Wolf. Baumg. et Bayle. Dict. Hist. sub voce.—4 In Edd. Ven. tr. Lugd. Junt. Ald. Arg. distinguitur ita: *sent. laud. loco Consul.* hand improbante Burm. Mox *præ-nuntiavit* Memm.—5 *Div. ei sim.* Huls. Periz. Harlem. Voss. Medic. duo, Vind. 2. Cort. Pin. et Edd. omnes præter Rom. usque ad Bas. *sim. ei et div.* Vind. 1. et idem cum Ven. 1. *ac hum.*—6 Edidit Oud. fide Vind. 2. et

#### NOTÆ

Torrentius censet scribendum bis *men' men'*, &c. nec placet Casaubono prior lectio, tum quia commodus ex ea sensus, non nisi ægre elici potest; ut quid enim ejularet, quod se servasset ipsum? minime; sed quod Pompeianorum, beneficio suo servatorum, fraude periret: tum quia vulgatum tuentur membranæ, scilicet *men' servasse*, &c. manco equidem versu; sed recta sententia. Dicebatur ille versus apud Pacuvium ab Ajace, vel de Græcis, quibus exprobrabat victorias suas, vel de Ulysse ipso, quem ab Ajace quoque servatum notat Ovidius *Metamorphos.* l. XIII. 'Opposui molem clypei, texi-que jacentem. Servavique animam (minimum est hoc laudis) inertem.'

<sup>h</sup> *Atillii* [*Attii*] Sic emendat Casaubonus. Alii *Atillii* legunt, quos sequitur Torrentius, qui et vocem *Electra*, tanquam e glossemate in textum invectam, rejicit, quod tragædiæ hujus nominis ab Atillio scriptæ mentionem nullibi reperit. Sed et Atillii, et Electræ So-

phoclis, ab eo in Latinum sermonem conversæ, meminit Cicero l. de Finibus, ubi et Pacuvii quoque sermo est. Ut et Gellius lib. xv. c. 24.

<sup>i</sup> *Per præconem*] Pronuntiabat præco, cui tamen scriba subjiciebat verba. Appianus tamen non tantum pauca a se, hoc est suo ipsius nomine et voce, addita ab Antonio dicit, sed etiam lecta fuisse hæc omnia. Et elegantem ab eo habitam orationem Dio dicit lib. XLIV. quam et recenset.

<sup>k</sup> *Senatusconsultum*] De quo supra c. 74.

<sup>l</sup> *Lectum pro Rostris*] Hoc est, qui erat pro Rostris, locutione Græca; quo loco Casaub. legit *detulerant* pro *detulerunt*. Facili, ut patet, errore, quique videtur admissus. Suetonius enim, studio brevitatis, non nisi notatu digna retulit, præteritis quæ in usu communi erant, ablutionibus v. g. unctionibus, et collocatione, quæ tamen funerum partem efficiebant: propinqui siquidem cadaver primum aqua calida ablutum unge-



honoribus functi detulerunt.<sup>7</sup> Quem cum pars in Capitolini Jovis cella<sup>n</sup> cremare, pars in Curia Pompeii, destina- ret, repente duo quidam, gladiis succincti, ac bina jacula gestantes, ardentibus cereis succenderunt: confestimque circumstantium turba virgulta arida, et cum subselliis tri- bunalia,<sup>o</sup> quicquid præterea ad manum<sup>8 p</sup> aderat, congeg- sit:



Cort. unius pro sal. Mox ab se Edd. Rom. Tum magistratibus Cort.—7 Casaub. malebat detulerant. Dat Cort. quæ cum. Infra circumstantium codd. Casaub. circumstantibus Periz. a pr. m.—8 Ita legend. sentiunt Börm. Ern. Baumg. probante Oud. sed tamen conjiciente odorum. Sic etiam reperitur in Cort. Edd. Bon. Lugd. Ald. Gryph. Bas. Steph. Torr. Bip. aliisque. Sed O. reliqui codd. cum Edd. Rom. Ven. tr. Junt. Arg. accedentibus Casaub. Torr. Wolf. habent ad donum. Heinsius et Grævius legebant idoneum. Ceterum

## NOTÆ

bant, ut iv. Æneid. Anna Didonis soror: 'Date vulnera lymphis Abluam,' &c. Et lib. vi. de Miseno: 'Pars calidos latices, et athena undantia flammis Expediunt, corpusque lavant frigentis, et unguunt.' Quibus peractis, in ædium vestibulo collocabatur, honestissima veste viventis indutum, quod proprio vocabulo dicebatur collocatio, et apertius innuitur infra, in August. c. 100. inde corpus ablutum, unctum, et coronatum ab amicis affluentibus, post legitimos dies, qui septem erant, efferebatur ad bustum, quo tempore ad honestandas concursu exequias populus evocabatur his verbis: 'Exequias L. v. g. Titio quibus est commodum ire jam tempus est, ollus ex ædibus effertur.' Tunc impositum lecto splendide strato corpus præcedente tibicine, qui nœniam in defuncti laudem caneret, funeris pompa procedebat. Quæ omnia facta esse oportuit cum pro Rostris cada- ver, ibi quippe laudatus defunctus extra urbem cremandus efferebatur. Quare detulerant longe videtur melius, quam detulerunt.

<sup>n</sup> Magistratus] Sic et aliquando Vestales Syllam defunctum detule-

runt, cum Senatoribus. Tennioris vero fortunæ homines a Vespis seu Vespillonibus tempore vespertino efferebantur.

<sup>n</sup> Cella] Locus templi sacratio- rum erat, quem intrare profano nemini fas. Unde hoc quoque inter honores divinos reponendum: neutrum enim fas erat, in urbe, nedum in Jovis cella, cremari mortuös. Quin ne cremari quidem moris antiquissimi fuisse, probat Cicero i. de legib. 6. ubi dicit, Syllam primum e patriciis Corneliis, quod Marii reliquias ad Anienem sitas dissipari jussisset, veritum ne suo corpori idem accideret, cremandum hoc voluisse.

<sup>o</sup> Cum subselliis tribunalia] Hæc prætoris et aliorum magistratum, illa Judicum, de quibus supra c. 11. et 12.

<sup>p</sup> Ad manum [donum] Sic in suis omnibus Torr. legit: quare intelligendæ sunt inferiæ, de quibus hoc capite Beroaldus in bonis codicibus legisse se ait ad manum: quam lectionem videtur confirmare etiam Plutarchus, cancellos, gradus, trapezitarum tabulas, una congestas affir- mans, sed priorem lectionem præferendam contendit Casaubonus.

deinde<sup>9</sup> tibicines<sup>9</sup> et scenici artifices<sup>r</sup> vestem, quam ex instrumento triumphorum<sup>10</sup> ad præsentem usum induerant, detractam sibi atque discissam<sup>15</sup> iniecere flammæ, et veteranorum militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrabant: matronæ etiam pleræque<sup>2</sup> ornamenta sua, quæ gerebant, et liberorum bullas<sup>t</sup> atque prætextas. In summo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim,<sup>u</sup> suo quæque more, lamentata est: præcipueque Judæi,<sup>v</sup> qui etiam noctibus continuis bustum<sup>w</sup> frequenta-



in Cujac. extat *aberat*.—9 *Dein* Cujac. Pro *tibic.* Bapt. Pius se legisse ait in quibusdam codd. *siticines*, quod Heins. placuit.—10 *Tr. inst.* inverso ord. Voss. Cujac. Cort. Medic. tres, Fouc. qui omittit *ex*, et ita edidit Oud.—1 *Ac discissam* Vind. 1. *discissam* Rhed. 2. Tom *injecerunt* Vind. 2. Cort. *flammis* Vind. 1.—2 *Burm. conj. pleraque.* Mox *sua quæque* Medic. 1. et in Edd. nonnullis *quoque*, inferius Rhed. 2. *præcipue Jud.* omisso *que*, ac *frequentaverunt*

#### NOTE

<sup>9</sup> *Tibicines*] Sic in libris omnibus legit Casaubonus; si tamen Servium in v. Æneid. audias, legendum *tubicines*. Ad tubam quippe provectionis ætatis funera proferebantur, ex Persii Satir. III. minoris autem ad tibus, ut de Archemoro Statius: 'Tibia, cui teneros suetum producere manes.' Vide Gellium lib. xx. cap. 2.

<sup>r</sup> *Scenici artifices*] Qui suam scenicis ludis operam navabant; per instrumentum autem triumphorum, intellige vestem, qua Cæsaris ludis triumphalibus usi fuerant, cap. 37.

<sup>5</sup> *Discissam*] De hoc more in luctu, supra c. 33. in more etiam, vestimenta quædam cum mortuis vel condere vel urere. Virgil. VI. Æneid. de Miseni funere: 'Purpureasque super vestes, velamina nota, Conjiciunt,' &c.

<sup>t</sup> *Bullas*] Macrob. lib. I. cap. 6. ubi pluribus explicat, quid et unde prætexta et bulla: hanc tandem fuisse concludit auream cordis figuram, ab initio triumphantium insigne, non puerorum ornamentum; quam ante

pectus ingenui pueri annectebant; nec enim libertinis idem licuisse, sed lorum eos pro bullæ decore gestasse; quod et Asconius 'scorteam bullam' appellavit, de Prætexta cap. 1.

<sup>u</sup> *Circulatim*] Torr. nove dictum notat, pro per vices, vel per suos quæque natio orbis et circulos.

<sup>v</sup> *Judæi*] Utpote qui multis, iisque honorificentissimis a Cæsare decretis insigniti fuerant, quæ omnia fusc enumerat Josephus lib. Antiquit. XIV. cap. 17. Quanquam bello civili a partibus Pompeii stetissent, sed metu potius quam benevolentia, hunc enim oderant, propter captam ab eo Hierosolyman.

<sup>w</sup> *Bustum*] Cicero, II. de legibus, bustum accipit pro ipso monumento, alii pro rogo post crematum corpus, quo sensu Servius ad hunc II. Æneid. locum, 'semiustaque servant Busta.' Unde Bustuarii dicti sunt gladiatores, qui ante sepulera dimicabant, post exoletum morem captivos ibidem necandi; quæ sanguinis effusio, quasi ad placandos inferos Deos, inferiæ quoque dicebatur.

runt. [85.] Plebs statim a funere <sup>x</sup> ad domum Bruti et Cassii cum facibus tetendit: atque <sup>3</sup> ægre repulsa, obvium sibi Helvium <sup>4</sup> Cinnam, <sup>y</sup> per errorem nominis, quasi Cornelius <sup>z</sup> is esset, quem graviter pridie concionatum de Cæsare requirebat, <sup>5</sup> <sup>a</sup> occidit: caputque ejus præfixum hastæ circumtulit: postea solidam columnam prope viginti pedum lapidis Numidici <sup>b</sup> in Foro <sup>c</sup> statuit, scripsitque: PARENTI PATRIÆ. <sup>d</sup> Apud eandem <sup>6</sup> longo tempore <sup>e</sup> sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per

Edd. Rom.—3 Mallet Burm. a qua. Deinde rursus ovium Memm.—4 *Hevilium* Periz. *Hevilum* Voss. *Eilium* Cujac. *Ejulium* Copes. *Hejulium* Edd. Rom. Ven. 1. (quæ et *Cinam*) Junt. Arg. Lugd. *Helium* Bon. Ven. 2. 3. Gryph. Col. lin. Bas. *Elicium* Huls. Item *esset is* Periz. Edd. Ven. tr. Bon. Med. Cald. et seqq. ad Casaub. usque.—5 *Inquirebat* reposuit Casaub. ex Viterb. cum Pal. 1. 2. Copes. Huls. Medic. 1. Vind. 2. Cort. Tum deest *ejus* Ven. 1. et paulo ante *concionari* dat Pal. 1.—6 *Long. temp. ap. eam sacr.* Rhed. 2. *eam* etiam Fouc. Ms. Corcondon. Medic. 2. Vind. 1. Voss. et Edd. Ven. 1. Lugd. Bon. Gryph. Plant. Pro *quasdam* in Fouc. *quascunque*, et Exc. Voss. *persev.*

## NOTE

<sup>x</sup> *Statim a funere*] Plutarchus ait non perfecto funere, sed incenso rogo, sustulisse inde torres, &c.

<sup>y</sup> *Helvium Cinnam*] Tribunum illum plebis, Cæsaris amicum, de quo supra c. 52. Idem habet Valer. Max. lib. ix. c. 9. additque Plutarchus in Cæsare, Cinnam hunc, nocte illa, cui funeris dies illuxit, somniasse, se ad cœnam a Cæsare invitari, ac reluctantem manu abductum.

<sup>z</sup> *Quasi Cornelius, &c.*] Præcipue quod, cum esset Cæsaris affinis, ut habet ibidem Valerius, unaque prætor, hac sua oratione percussores ejus honoribus afficiendos, Reique publicæ conservatores prædicasset.

<sup>a</sup> *Requirebat*] Casaub. in Viterbensi codice legit *inquirebat*.

<sup>b</sup> *Columnam... lapidis Numidici*] Hoc est marmoream; quippe marmor ex Numidia in Italiam invehabatur, maculosum nigro colore, cum albo et rubeo mixtum, de quo Plinius lib.

xxxvi. cap. 6. Græci aram a populo, columnam ab Antonio erectas aiunt. Hanc verosimillime Cicero sceleratam appellat, in Philippicis.

<sup>c</sup> *In foro*] Eo ipso ubi crematus erat loco. Notat hic Casaub. reliquiarum meminisse neminem, excepto Dione, qui in paternum eas monumentum delatas a libertis ejus refert.

<sup>d</sup> PARENTI PATRIÆ] Cicero Epist. 3. lib. xii. ad Familiares, non a plebe, sed ab Antonio, non columnæ, sed statuæ Cæsaris, non PARENTI PATRIÆ, sed PARENTI OPTIME MERITO, ascriptum dicit. Quæ tanta dissensio omnia hæc facta fuisse forte persuasit.

<sup>e</sup> *Longo tempore*] Atqui paulo post eversa est per Dolabellam columna; unde hic locus intelligendus videtur de diurnis sacrificiis, quæ etiam post disjectam columnam illic facta sunt.

Cæsarem jurejurando distrahere,<sup>f</sup> perseveravit. [86.] Suspicionem Cæsar quibusdam suorum reliquit, neque voluisse se<sup>7</sup> diutius vivere, neque curasse, quod valetudine minus prospera uteretur: ideoque, et quæ<sup>8</sup> religiones<sup>g</sup> monerent, et quæ renuntiarent amici, neglexisse. Sunt qui putent, confisum eum novissimo illo Senatusconsulto ac jurejurando,<sup>h</sup> etiam custodias Hispanorum, cum gladiis sectantium<sup>9</sup> se,<sup>i</sup> removisse. Alii e diverso, opinatum,<sup>k</sup> insidias undique imminentes<sup>l</sup> subire semel satius esse, quam



*plebs.*—7 Ern. delendum putat *se.*—8 *Atque Ven. tr. Bon. Ven. ut sæpe. Dein putant Cujac.*—9 Hæc Casaub. est emendatio. Vulgo *inspectantium*, et ita Memm. Fouc. Pal. tr. (sed in marg. tert. *exspec.*) Cujac. et al. *ad inspec.* Dunelm. Lisl. pro quo Torr. *insectantium*, Jac. Gron. *adinsectantium*, Lips. *ad id sectantium*, Oud. *septantium*, Heins. *stipantium* (quod et Græv. probat, et

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Jurejurando distrahere*] Hoc est dirimere et finire, quod verbum originem habuit ab auctionibus, (de quibus sup. ad c. 50.) ubi res pluribus dividitæ, quasi in diversa trahuntur. Quo vero sensu hic accipitur, signum est honoris divini, tum quod per Deos, aut heroes jurabant, tum quod locum illum, ubi crematus erat, templi instar habitum oportuit: in templis enim controversiæ hoc modo dirimi seu distrahi solitæ. Patet ex Plin. epist. I. lib. v. Quod postea frequentius usitatum est, etiam erga vivos, ut de Aug. Horatius epist. I. lib. II. 'Præsenti tibi divinos largimur honores, Jurandasque tum per nomen ponimus aras.' Et per fortunam, salutem, caput imperatorum jurasse, vulgatum est. Quod et hodie tam viget apud Persas, quam quod unquam maxime vixit.

<sup>g</sup> *Religiones*] Hoc est somnia, auspicia, prodigia, &c. de quibus supra cap. 83.

<sup>h</sup> *Senatusconsulto et jurejurando*] De quibus c. 84.

<sup>i</sup> *Hispanorum sectantium se*] Ha-

buit et Augustus ad corporis custodiam Hispanos: in August. cap. 49. Vulgatæ editiones legebant *inspectantium*, pro *observantium*. Ego, inquit Casanbonns, non puto Latinitatem pati, ut aliter legatur, quam *sectantium*.

<sup>k</sup> *Alii e div. opinatum* [*opinantur*] Torrentius in duobus codicibus legit *opinatum*, nec in iisdem reperitur vox *confessum*. Quod longe melius videtur, transposita voce *ferunt* ante vocem *alii*, sic: *alii e diverso opinatum insidias undique imminentes subire semel satius esse, quam cavere semper ferunt; alii dicere solitum, &c.*

<sup>l</sup> *Undique imminentes*] Nec enim illum fugiebat, quo adversus ipsum animo forent etiam qui videbantur amici. Cicero lib. XIV. Epist. I. ad Attic. hæc ejus verba refert. 'Ego dubitem quin summo in odio sim, cum M. Cicero sedeat, neque suo commodo me convenire possit? at qui si quisquam est facilis, hic est: tamen non dubito quin me male ode-rit,' &c. Et epist. sequenti, de eodem idem loquendo: 'Ego nunc

cavere semper.<sup>10 m</sup> Alii ferunt, dicere solitum, non tam sua, quam Republicæ interesse, uti salvus esset: se jam<sup>1</sup> pridem potentiae gloriæque abunde adeptum: Rempublicam, si quid sibi eveniret, neque quietam fore, et aliquanto deteriore conditione civilia bella subituram. [87.] Illud plane inter omnes fere constitit,<sup>2</sup> talem ei mortem pæne ex sententia obtigisse. Nam et quondam, cum apud Xenophontem legisset, Cyrum ultima valetudine mandasse quædam de funere suo, aspernatus tam lentum<sup>3</sup> mortis genus, subitam sibi celeremque optaverat. Et pridie quam occideretur, in sermone nato super cœnam<sup>n</sup> apud M. Lepidum, quisnam esset finis vitæ commodissimus, repentinum in-



habet Vind. 1.) vel *circumstantium*, v. *speculantium*, conjecerunt.—10 Ita ex Torr. et Græv. sententia post Burm. editum est ab Ond. Wolfio, et Baumg. Vulgo, *alii e dir. opinantur, ins. u. i. s. confessum satius esse, q. c. s. In Medic. Huls. Pin. Cujac. opinantur ins. u. i. s. semel, quam cavere solitum ferunt, non tam*, et ita Pal. tres, nisi quod 1. 2. pro *semel* habeant *sæpe*, et 3. *solicitem*, pro qua voce Medic. 2. *semper*. Vind. 1. *op. ins. u. eminentes semel qu. cav. sol. sumunt non t. s.* Vind. 2. *op. ins. u. i. semel qu. cav. satius ferunt non t. s. ommissis ceteris.* Cort. et Edd. Mediol. Cald. Ven. 2. 3. Lugd. nihil mutant, nisi quod pro *confessum* dent *confisum*. In Periz. vero (qui in marg. habet *opinatum*, ut in marg. Gryph. et codd. Torr.) et Edd. Ven. 1. Bon. Bas. deest simpliciter *confess.* at in Edd. Rom. sic editur: *opinatum ins. u. i. sub. sem. qu. cav. satius fer. non.* Habet Voss. *sub. sem. solitum fer. non*, reliquis ejectis, et Dunelm. *adinspec. semel confessum satius esse, qu. cav. semper, semel, qu. cav. solit. fer. non.* Rhed. 1. *e dir. opinantem.* Gron. recepit vulg. ad vocem esse, tum corrigit: *quidam jacere solitum fer. non.* Burm. autem proposuit *opinantur, ins. u. i. sem. maluisse subire, qu. cav. scmp. et tandem Ond. opinatum, i. u. i. subire sem. sat. esse. Quidam jacere solitum fer. vel op. i. u. i. sub. s. qu. cav. sat. fer. ac jacere solitum, non.* aut etiam sine copula.—1 *Sed prid.* Fouc. Mox a *neq. quietem* ad fin. capitis exulant omnia a Vind. 1.—2 Barth. ad Stat. Theb. x. 311. *legebat ill. pl. interque omn. constitit*, quod et Burm. placet. In Copes. *ill. pl. fere int. omn.* Rhed. 1. *fere constat.*—3 Cujac. habet *tale tum.*

## NOTE

tam sim stultus, ut hunc ipsum facilem hominem putem mihi esse amicum, cum tandem scdens meum commodum expectet, &c.

<sup>m</sup> *Quam cavere semper*] Hortantibus amicis, ut custodias corporis cohortes Hispanas duceret, respondit, nihil assidua custodia infelicius esse, et in perpetuo timore commorantibus. Quo sensu Dionysius Syracu-

*Dclph. et Var. Clas.*

sanns, cognitis Calippi amici insidiis, dixit melius esse mori, quam vivere, non solum hostes caventem, sed et amicos.

<sup>n</sup> *Super cœnam*] Hoc est, inter cœnandum: patet ex cap. 77. Tib. 56. Calig. 22. Juvenal. Sat. v. 'Tale super cœnam facinus narraret Ulysses Alcinoos.' Aliud est inter cœnam, in Aug. cap. 71.

*Sucton.*

M

opinatumque prætulera. [88.] Perit sexto et quinquagesimo ætatis anno:° atque in Deorum numerum<sup>p</sup> relatus est, non ore<sup>4</sup> modo decernentium, sed et persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primo consecratos<sup>5</sup> ei<sup>q</sup> hæres Augustus edebat, stella crinita<sup>r</sup> per septem dies continuos<sup>6</sup> fulsit, exoriens circa undecimam horam: creditumque est, animam esse Cæsaris in cælum recepti: et hac de causa simulacro ejus in vertice<sup>s</sup> additur stella. Curiam, in qua



Mox *subitamque* Fouc. *nacto* Vind. 1. et *Lapidium* Huls.—4 Ern. arbitratur Suet. scripsisse *honore*. In Huls. *homine*.—5 Torr. ex Mss. duob. legend. voluit *primos consecratos*, et ita Ed. Bas. 1546. eamque mutationem admiserunt Græv. Gron. Burm. Ern. sed omnib. codd. adversatur ea lectio, excepto Copes. et Ed. Steph. in quibus *primos consecratos*, et repudiata est ab Ond. Wolf. et Banmg.—6 *Cont. dies* Fouc. Medic. Viud. 2. Cort. Voss. Edd. Rom. quod excudendum curavit Ond. Mox *est* deerat Rhed. 2. et *esse* Cnjac. Item

#### NOTÆ

° *Sexto et quinquagesimo ætatis anno*] Ut autem duo belli fulmina, Cæsar et Scipio, eodem hoc ætatis anno, sic et duo doctrinæ lumina, Virgilius et Plinius obiere, ait Torrentius; sed et Romulus, Pompeius ipse, et Antonius Triumvir, hos annos nati periere, &c. quem annum climactericum aiunt, propter multiplicatum octies septenarium.

<sup>p</sup> *In Deorum numerum*] Hæc est illa tam celebris imperatorum ἀποθέωσις, consecratio; cujus honor ad Cæsarem usque alii a Romulo nemini publice impertitus. Privatum vero non semel: auctor quippe Plutarchus in Quæst. Rom. parentes nonnullos a liberis consecratos, et domestica religione cultos, iique erant, qui ‘animales Dii’ dicebantur, quod animas ipsorum in Deos conversas existimarent. Unde cum imperatores patres patriæ dicerentur, publicas quoque consecrationes illis attribuit adulatio; exemplo præsertim a Græcis ducto, qui peculiari quadam veneratione Heronum memoriam commendabant, quod Latini multo

inverecundius, ut ait Casaubonus, quem consule, in Deorum numerum referri, aut consecrari dixerunt. Quod Augustus in Cæsare patre sanxit. Unde Manilius: ‘Jam facit ipse Deos, mittitque ad sidera numen Majus, et Augusto crescit sub principe cælum.’

<sup>q</sup> *Primo consecratos ei*] Alii legunt *consecrato*, alii *quos primos*, &c. Hos autem Veneri genetrici dicatos, excepto Suetonio, ceteri omnes aiunt: quare suspicatur Casaubonus *ei* intelligendum esse pro *ab eo*, quod alias non semel hic auctor: multos enim Augustus edendos jusserat. Sed quid si *primo ei* intelligatur, quasi primo post Romulum e Romanis consecrato?

<sup>r</sup> *Stella crinita*] Cometes videtur, de quo intelligendus Virgil. Eclog. ix. ‘Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.’ Qua nota et nummi signati, cum voce ‘Divus Julius.’ Vide Senec. lib. vii. Quæst. Natur. c. 17. et Plin. lib. ii. c. 25.

<sup>s</sup> *In vertice*] Virgil. Æneid. viii. ‘Patrumque aperitur vertice sidus.’

occisus est, obstrui<sup>t</sup> placuit, Idusque Martias ‘parricidium’<sup>u</sup> nominari, ac, ne unquam eo die Senatus ageretur.<sup>7</sup> [89.] Percussorum autem fere neque triennio<sup>v</sup> quisquam amplius supervixit, neque sua morte<sup>w</sup> defunctus est. Damnati omnes, alius alio casu periit:<sup>8</sup> pars naufragio, pars praelio: nonnulli semet eodem illo pugione,<sup>x</sup> quo Cæsarem violaverant, interemerunt.



*hac de c. sine et dant Medic. duo, Vind. 2. Cort. add. in vert. Medic. 1. Etiam plac. obst. Vind. 1.—7 Malebat Lipsius haberetur. Ms. Cort. et Ed. Rom. 2. cogereetur, quomodo pro var. lect. exaratur in Vind. 2. Periz. nec improbat Ern. In Ed. Rom. pr. cogereetur. Tum Huls. alius alia causa.—8 Mallent periere Oud. et Ern. Dein Vind. 1. violaverunt.*

## NOTÆ

Et Plin. loco citato.

<sup>t</sup> *Obstrui*] Appianus dicit populi furore combustam.

<sup>u</sup> *Parricidium*] Quod aræ vel columnæ inscriptum fuerat, ut notatum est ad c. 85.

<sup>v</sup> *Triennio*] Eos præsertim intelligit, qui a morte Cæsaris ad Philippense bellum, et ipso Philippensi bello, periere. Secus enim triennium prætergressi sunt nonnulli, qui cum

Sexto Pompeio, atque etiam Antonio fuerunt, de quibus in August.

<sup>w</sup> *Neque sua morte*] Sed violenta, quo sensu Virgil. lib. iv. in fine: ‘Nam quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed misera ante diem,’ &c. Et Senec. in epistolis: ‘bella res est mori sua morte,’ &c.

<sup>x</sup> *Illo pugione*] Cassium innuit, de quo in Aug. ut et Brutum, auctori- bus Plutarcho et Dione lib. XLVIII.

## C. JULIUS CÆSAR OCTAVIANUS

### AUGUSTUS.<sup>1</sup>

---

---

**G**ENTEM Octaviam<sup>a</sup> Velitris<sup>2 b</sup> præcipuam olim fuisse, multa declarant. Nam et vicus<sup>c</sup> celeberrima parte oppidi jam pridem Octavius vocabatur: et ostendebatur ara Octavio consecrata, qui bello dux finitimo, cum forte Marti rem divinam faceret, nuntiata repente hostis incursione,

.....

<sup>1</sup> Variant inscriptiones hujus vitæ. Medic. 1. habet simpliciter *Octavius*, Medic. 2. *Divus Augustus*, Dunelm. *Incipit Div. Aug.* in aliis *De Divo Augusto*. Vind. 2. Cort. Periz. *Octavius Cæsar Augustus*. Vind. 1. et Ed. Rom. princeps omittunt inscript. altera exhibet *Augusti Octaviani Cæsaris Vita*. Edd. Ven. 1. cum Mediol. *Divus Octavianus Cæsar Augustus*. Vulgo *D. Octavius Cæs. Aug.* quod mutavit Oud. cum Wolf. in *Cæs. Octavianus Aug.* Baumg. secutus est Burm. Ern. et Bip.—<sup>2</sup> *Velitris* Memm. *Vellitris* Vind. 1. Dein Ed. Rom. *Andrææ præc. omnium f.* Inde conj. Casaub. *præc. omn. olim f.* sed Burm.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Gentem Octaviam*] Gens et familia, quanquam promiscue interdum usurpentur, exacte tamen loquentibus eo modo differunt, quo totum et pars. *Une maison et ses branches.*

<sup>b</sup> *Velitris*] Reperitur quoque Velitra in singulari. Volscorum oppidum est, hodie *Velitri*. An et Octavius Tusculanus, ille Tarquinii Superbi gener, de quo Livius lib. 1. in ea sit gente reponendus, non satis liquet; conjectura tamen non levis est, propter Tusculi, ubi hic habitabat, Velitrarumque viciniam, ac nominis toto Latio celebritatem.

<sup>c</sup> *Vicus*] Insigne quoddam hujus in suos fuisse beneficium, conjicit ex eo Casaubonus, quod de nomine alicujus loco nomen imponere heroici fuerit honoris; unde cum aræ quoque et ludi eis decernerentur, ideo huic phrasi, 'ara Octavio consecrata,' non necessario supplendam vult præpositionem *ab*; unde accipit de ara ipsi Octavio consecrata. Torrentius vero sic interpretatur: 'id est, (ne quis erret,) ab Octavio. Frequens Suctonio, ut præpositiones omittat.'



semicruda exta<sup>d</sup> rapta foco<sup>3</sup> prosecuit,<sup>e</sup> atque ita praelium ingressus, victor rediit. Decretum etiam publicum extabat, quo cavebatur,<sup>4</sup> ut in posterum quoque<sup>5</sup> simili modo exta Marti redderentur, reliquiæque<sup>f6</sup> ad Octavios referrentur. [2.] Ea gens, a Tarquinio<sup>7</sup> Prisco rege inter Romanas gentes<sup>8g</sup> allecta, [in Senatum] mox a Ser.<sup>9</sup> Tullio



omn. glossam vocat.—3 *Foco* Medic. 2. Periz. (*foco* tamen in marg.) Edd. Rom. Ven. 1. Mediol. Deest Fouc. qui *persecuit* habet cum Pin. et duob. Torr. Item *redit* Medic. duo, Copes. ut et cap. seq.—4 *Caveat* Pin.—5 Edd. ante Casaub. *quoque anno in post.* Ms. Torr. *in post. quoq. anno.* Burm. vellet *quoquo anno in post.* Nostram lect. testantur meliores codd.—6 *Reliquaque* Cujac. et maluit Ern. *deferrentur.*—7 *Tarquino* Copes. Ed. Bon.—8 Totum comma variis impeditum est difficultatibus. Delent in *Sen.* Manutius, Torr. Wolf. Ond. Alii, ut Ern. *in patric.* expungunt, vel *inter patricias* vel *patricios* legunt, alii et *in patricios*, vel *sine et*, uti Burm. cum cod. Viterb. qui etiam *inter Romanos*, deleto *gentes*, vel *inter Romanos equites*; pro quibus Beroald. et Sabellic. ediderunt, ac Turneb. Pith. et J. Gulielmus de Magn. Pop. Rom. c. 3. etiam voluerunt legi, *inter minores gentes*, quia inveniebant in codd. *inter minus gentis*, ut in Memm. et ita in duob. Pal. Medic. 1. Polit. *inter minis gentis* Huls. Immo in Copes. *inter minores gentis* (qui et *in Senatu*) cum Edd. Bon. Paris. Lugd. Plant. Vind. 1. *inter minores gentium.* Ond. faciebat *inter minores Quirites* vel *inter minimos Quirites.* Walther. deinde post Tullio interpungit.—9 *Servio* habent Fouc. Cujac. Harlem. Copes. Medic. 3. Pin. Palm. et Voss. ac *Tullo* Medic. 2. Vind. 2. Periz. Cort. Ceterum Pal. 1. Viterb. uterque Vind. Cort. præbent *patricios.* Mox pro *transd.* vel ut in Memm. Medic. 3. Vind. ntroque Cort. *tractata* exaratur, in Medic. 1.

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Extâ*] Hoc est victimæ præcordia, inter quæ cor ipsum annumeratum est; sed non ab initio.

<sup>e</sup> *Prosecuit*] In Deorum sacrificiis totam quandoque victimam cremabant, vocabantque holocaustum, hoc est, totum combustum; quandoque partem qua vrescerentur ii, qui sacrificio intererant, prosecabant, quod verbum in sacrificiis erat solenne. Hoc secundum sacrificii genus tunc temporis ab Octavio celebrabatur, cum præ repentina hostium incursione sacrificii finem expectare non licuit, nec inceptum deserere voluit; quapropter præcordia, quamvis nondum percocta, eripuit ex igne, et prosecuit, hoc est reddidit Marti, cui sacrificabat, partem ad vescendum reservavit.

<sup>f</sup> *Reliquiæ*] Hoc est partes edulio servatæ; prosciæ vero dicebantur, a prosecando, partes Diis porrectæ. Quod etiam verbum sacrificantibus erat solenne ex disciplina haruspicum: porrici enim dicuntur exta, quando porriguntur, hoc est in aram focumque dantur.

<sup>g</sup> *Inter Romanas gentes*] Beroaldus et Sabellicus legunt *minores gentes*; sed male: si enim inter minores gentes, quamvis nove diceret Suetonius allectam Octaviam gentem, perperam addidisset, 'a Servio in patriciæ transducta'; majorum enim et minorum gentium differentia non est nisi inter patricios, docente Livio lib. i. allectos a Tarquinio Prisco, vel a Bruto, ut ait Tacit. lib. Annal. xi. centum in patres, qui minorum gen-

in patricias<sup>b</sup> transducta, procedente tempore ad plebem se contulit,<sup>i</sup> ac rursus magno intervallo<sup>10 k</sup> per D. Julium in patriciatum rediit.<sup>11</sup> Primus ex hac magistratum populi suffragio cepit C. Rufus.<sup>m</sup> Is quæstorius Cneum et Caium procreavit: a quibus duplex Octavioꝝ familia defluxit,<sup>2</sup> conditione diversa. Siquidem Cneus et deinceps ab eo reliqui omnes functi sunt honoribus summis: at Caius ejusque posteri, seu fortuna, seu voluntate, in equestri ordine<sup>n</sup> constitere,<sup>3</sup> usque ad Augusti patrem. Proavus Augusti secundo Punico bello stipendia in Sicilia Tribunus militum fecit, Æmilio Pappo<sup>4o</sup> imperatore. Avus municipalibus



*producta.*—10 Ita Vatic. Viterb. Pal. 1. 2. Palm. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. ac Polit. in marg. Ed. Mediol. magno inter D. Memm. et cod. Pithæi, qui id non temere respndendum judicat. *magni vi per* Pal. 3. Copes. Huls. Harlem. Periz. et Edd. O. a Rom. ad Casaub. usque. Heins. tentabat magno iterum per, vel cursu magno, et Burm. suadet magno per, repetito e superioribus tempore.—1 Rediit cum Copes. Medic. 1. 3. Dein Ruffus habent Edd. fere omnes vett.—2 Defl. fam. Edd. Rom. defulxit Periz.—3 Constituerunt Huls. Copes. Cujac. Medic. 1. 2. Polit. et Edd. Rom. quod receipt in textum Oud.—4 Sic rescribi jussit Torr. Al. Pappo, vel ut in Memm. Fone. Medic. 1. 3. Pin. utroque Vind. Cort. Polit. Pal. 1. Paulo. Pighius in Fast. b. l. legendum existi-

#### NOTE

tium fuerint appellati. Unde dicendum esset sola voce ‘patricias,’ majorum gentium intelligi κατ’ ἐξοχήν, quanquam daretur *minores gentes* scriptum a Suetonio, ad designandos minorum gentium patricios, quod alibi non reperitur. Superest igitur ut legatur *Romanus* hoc sensu, ut Tarquinii Priscus civitate donatam gentem illam in Senatum allegerit; Servius autem Tullius etiam in patricias cooptaverit, ut de Claudiis factum infra videbitur, in Tiberio.

<sup>b</sup> *In patricias*] Senatores omnes non fuisse patricios, inde et præterea Ciceronis et Catonis exemplo patet, et infra c. 10. ‘Patricius, necdum Senator.’

<sup>i</sup> *Ad plebem se contulit*] Adoptione forte, ut de Claud. in Jul.

<sup>k</sup> *Magno intervallo*] Legunt alii

*magna vi.* Verum qui conveniat dictatori et Cæsari, cui ad libitum omnia facere in promptu erat? Hoc ergo intelligitur factum lege Cassia, qua Cæsar dictator, patriciorum augens numerum, in eum ascivit Octavinum, qui postea Augustus dictus est, adolescentem statim ab inducta virili toga.

<sup>1</sup> *In patriciatum rediit*] Nove dictum notavit Torrentius, pro, a plebe ad patres traducta est. Patriciatus vero eadem dignitas, non quæ sub recentioribus imperatoribus.

<sup>m</sup> *C. Rufus*] Supple Octavius. Erat gentis nomen, quemadmodum Cn. et Caium, Octavios intellige: prænominibus enim fratres distinguebantur, de quibus plura in Tiberio.

<sup>n</sup> *In equestri ordine, &c.*] Non dicit in ordine plebeio, quanquam a patri-

magisteriis <sup>5</sup> contentus, abundante patrimonio, tranquillissime senuit. Sed hæc alii. Ipse Augustus nihil amplius quam equestri familia ortum se scribit, vetere <sup>6</sup> ac locuplete, et in qua primus Senator pater suus fuerit. M. Antonius <sup>7</sup> libertinum ei proavum exprobrat, restionem, <sup>r</sup> e pago Thurino: <sup>s</sup> avum argentarium. <sup>t</sup> Nec quicquam ul-



mat *Prætor*, loco *τοῦ imperat.*—5 *Ministeriis* Viterb. Pal. 3. *contentusque* Huls. et vitiose Vind. 1. *matrimonio.*—6 *Veteri* Huls. Tum et *locupl.* Vind. 2. Cort. fuerat iidem cum Vind. 1. Retinent autem omnes Mss. vocem *suus*, ab Græv. Ed. pr. exultantem.—7 *Libertum ejus* Pal. 1. Tum ex pago Harlem. Periz. Edd. Rom. Mediol. et pleræque. Item *Turino* Memm. Medic. 1. Vind. 2. Periz. *Thironio* Fonc. Cuncta a *M. Anton.* ad finem Cap. desunt Vind. 1.—8 Prænomen *C.* vulgo omissum, restituerunt ex codd. multis Ern. Oud. et Bernecc. Unus Torr. dat *At C. Oct.* Edd. Bon. Paris. *Caius Octav.* Ven.

## NOTÆ

bus ad plebem antea transisse dixerit, quia nempe, ut facile conjicere est, illis erat census equestris, de quo supra in Jul. cap. 33. quod solum requirebant, ut in equestrem ordinem civis Romanus legeretur: licet autem patricium ordinem non receperit Octavia gens, nisi Julii temporibus, Cnei tamen Octavii nepotes equestrem ordinem prætergressi dicuntur, propter honores ab eis gestos; quicumque enim equites magistratum gesserant, equites ii esse desinebant.

<sup>o</sup> *Emilio Pappo* [*Pappo*] De illo Livius lib. xxviii. Pappum veteres dixerere lanuginosum illum cardui florem, qui vento tam facile cedit; mutnati a Græcis, quibus dicitur *πάππος*, quæ vox avum quoque significat.

<sup>p</sup> *Magisteriis*] Magisteria vocat dignitates seu, ut vulgo dicitur, officia municipii sui, quæ magistratus nomine non donabantur, propter Romanorum magistratum longe superiorum excellentiam.

<sup>q</sup> *M. Antonius*] Quadam Epistola Suetonii temporibus adhuc extante: aliud autem non est antiquorum hæc de re testimonium, nisi epistola Ciceronis in fine lib. iii. ad Quintum

fratrem; quam tamen Ciceronis esse negat Casaubonus, licet veterem existimet. Multa continet Augusto et ejus majoribus probrosa.

<sup>r</sup> *Restionem*] Hoc est restium, seu funium, venditorem aut opificem, scribendumque minori caractere: non enim cognomen est; alioqui stolidè fuisset exprobratum: quod ita intelligendum censet Casaubonus, ut familias habnerit Octavium pater ejusmodi artificiorum peritas, unde quæstum faceret; simili ratione qua Ciceronis pater fullo dictus est; sed cum neque etiam in hoc fuerit opprobrium, moris siquidem erat, dicatque insuper Antonius libertinum restionem, ut servili genere ortum indicet, videtur ita intelligendum, ut restium opificem, aut ad minimum venditorem, fuisse exprobraverit.

<sup>s</sup> *Pago Thurino*] Non extat hodie; erat autem in magna Græcia: hinc Sinus Thurinus, qui Tarentini pars est.

<sup>t</sup> *Argentarium*] Fuit olim in civitatibus certum corpus, sive *σὺστημα* argentariorum, quorum erat publicum officium: l. argentarius, ff. de edendo, et fides publica: l. si ven-

tra de paternis Augusti majoribus reperi. [3.] C.<sup>8</sup> Octavius pater a principio ætatis et re et existimatione<sup>9</sup> magna fuit: <sup>a</sup> ut equidem mirer,<sup>10</sup> hunc quoque a nonnullis argentarium,<sup>u</sup> atque etiam inter divisores<sup>v</sup> operasque<sup>w</sup> campestres, proditum. Amplis<sup>t</sup> enim innutritus opibus, honores et adeptus est facile, et egregie administravit. Ex prætura Macedoniam<sup>x</sup> sortitus,<sup>2</sup> fugitivos, residuam Spartaci<sup>y</sup> et Catilinæ manum, Thurinum<sup>3z</sup> agrum tenentes,<sup>4</sup> in

<sup>a</sup> Octavius pater fuit potens divitiis, et fama conspicuus ab ineunte ætate.

//////////

1. Octavianus.—9 *Æstimatione* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. tr. Lugd. Junt. et plures, etiam Torr. Casaub. et Græv. posteriores, sed *exist* firmatur multis et optimis codd. *magnus* Pin. quod Scheff. hand contemnendum videbatur.—10 *Miretur* Huls. Dein *diversores* Fouc. *operisque* Medic. 3. Polit. qui et *campestris*. Verba hæc desunt Huls.—1 *Amplius* Vind. 1. *ampliss.* quasi pro *amplissimus*, Vind. 2. Cort.—2 *Potitus* Periz. sed in marg. *sortitus*. 3 *Thuringum* Memm. Medic. tres. *Turingum* Vind. 2. a m. pr. Fouc. Edd. Rom. Ven. 1. et *Turing.* Mediol. et aliæ. *Turinum* Ven. reliquæ. *Turrinum* Vind. 2. *Tirunum* Huls. *Thurigum* Exc. Cujac. Paulo ante *residuamque* Cort.

#### NOTÆ

tri. ff. de rebus auct. jud. possid. Tabernas, et mensas, cum ære in foro positas habebant: l. qui tabernas, ff. de contrah. empt. Apud mensas pecuniæ deponerentur, permutabantur, emebantur, vendebantur: quod Latine est cambire. Per eos plerique pecuniam credebant, et fœnori occupabant, emebant, vendebant, auctionem, et omnia negotia exercebant: l. si hominem, ff. depositi, &c. deque his omnibus, rationes conficiebant: lib. iv. ff. de edendo. Eorum munia, quæ varia sunt, variis quoque appellationibus designantur. Nam et mensarii dicuntur, sive mensuarii, et nummularii, et argentarii, et argentariæ mensæ exercitores, &c. Plura vide apud Cujacium, ad l. si unus, ff. de pactis.

<sup>u</sup> *Argentarium*] De argentariis dictum c. 2.

<sup>v</sup> *Divisores*] De his in Jul. c. 80.

<sup>w</sup> *Operas*] Operæ campestres dicebantur illi, qui in comitiis operas suas candidatis elocabant, nempe a campo Martio, ubi habebantur.

<sup>x</sup> *Macedoniam*] In Jul. c. 35.

<sup>y</sup> *Spartaci*] Noti ex historia Romana flagitiosi viri, quorum ille e Lentuli familia gladiator, qui, effracto suo et aliorum quorundam ergastulo, negotii multum consulibus et consularibus viris facessit, donec victus a Crasso audacter pugnans interiit: hic vero, qui, conflato ex omni Italiæ colluvie exercitu, aliquot annis post Spartacum profligatus est: amborum reliquiæ in unum contractæ has Italiæ oras atrocissimi infestabant, tunc cum Octavius in provinciam profectus est.

<sup>z</sup> *Thurinum*] Calabria pars est hodie, qua Octavio iter erat delatum petenti provinciam; quapropter dicitur, extra ordinem datum fuisse negotium illud; non enim id erat suæ provin-

itinere delevit, negotio sibi in Senatu extra ordinem dato. Provinciae praefuit non minore justitia, quam fortitudine. Namque Bessis<sup>a</sup> ac Thracibus magno praelio fuis, ita socios tractavit, ut epistolae M. Tullii<sup>5</sup> Ciceronis extent, quibus Quintum fratrem, eodem tempore parum secunda fama proconsulatum<sup>b</sup> Asiae administrantem, hortatur et monet, imitetur in promerendis sociis vicinum<sup>c</sup> suum Octavium. [4.] Decedens Macedonia, priusquam profiteri<sup>6</sup> se candidatum<sup>d</sup> consulatus posset, mortem<sup>7</sup> obiit repenti-



—4 *Ferrentem* Vind. 2. Cort. *Mox et Thrac.* Fouc. Vind. 1. Copulam delendam voluit Torr. et ita Ed. Sabell. atque Vind. 2. Cort.—5 *Tullii* deest codd. quibusdam Burm. et Oud. cum Edd. Rom. Ven. 1. Lugd. Junt. Ald. Steph. Deinde habet Periz. in quib. In fine Cap. et imit. Medic. 3.—6 Sic restituerunt VV. DD. ex Viterb. cod. Ursin. et Ed. Steph. quibus accedit marg. Gryph. In reliquis Mss. omnibus et Edd. priscis *confiteri*. Paulo ante *recedens* Harlem. Ed. Camp. et in *Maced.* Fouc.—7 Accusativum reposuit Græv. e Memm. astipulantibus Medic. 1. 3. Cort. in quibus exaratur *mortem*

#### NOTÆ

ciæ, sed ut iisdem copiis, quas in Macedoniam ducturus erat, grassatoribus in itinere liberaret Remp.

<sup>a</sup> *Bessis*] Hi erant Thraciæ populi, ad Nessum amnem, qui annis hodie dicitur Turcis *Charasou*, quare verosimillima videtur Beroaldi sententia, qua delendam censet conjunctionem, ut legatur *Bessis Thracibus*.

<sup>b</sup> *Proconsulatum*] Provinciarum alia consulares, quæ ab iis, qui in urbe consulatum gesserant, consulari imperio obtinebantur, unde etiam proconsules dicebantur: alia prætoria, quas, qui prætores in urbe proximo anno fuerant, prætorio imperio obtinebant, et proprætores appellabantur. Suetonium arguit Turnebus lib. Advers. xxiv. cap. 15. quod Asia non fuerit nisi prætoria, cujus tamen proconsulatum dixit: verum cum id omnino penes Senatum esset, ut quem, et in quam vellet provinciam mitteret, constat identidem illud immutatum, atque ex magistratum nomine, qui provincias obtinebant, fuisse quo-

que denominatas. Ita ut in consulares prætorii quandoque mitterentur, quemadmodum Octavius in Macedoniam, quæ Consularis erat, utpote in qua Antonio, qui consulatum una cum Cicerone gesserat, successit, et vice versa, &c.

<sup>c</sup> *Vicinum*] De provinciarum vicinitate verosimilius est intelligi: non enim longe ab Asia distat Macedonia, quamvis alii de Urbana vicinia intelligant, ut qui ædes conjunctas, aut parum semotas in urbe habitarent.

<sup>d</sup> *Candidatum*] Vult Fenestella lib. II. cap. 7. candidatos ab initio dici solitos tantum eos, qui consulatum ambirent; alii vero de aliis quoque honoribus semper dictum existimant. Nota est ratio nominis, quod nempe candidis quibusdam vestibus induti forent. Quod vocabulum ad aliarum quoque rerum petitores translatum est. Obiit ille Octavius Nolæ, ut ex cap. 100. infra colligas, et ex Tacito I. Annual. constat.

nam, superstitionibus liberis, Octavia<sup>8</sup> majore,<sup>e</sup> quam ex Ancharia,<sup>f</sup> et Octavia minore, item Augusto, quos ex Atia tulerat. Atia M. Atio Balbo et Julia, sorore C. Cæsaris, genita est. Balbus, paterna stirpe Aricinus,<sup>g</sup> multis in familia senatoriis imaginibus,<sup>h</sup> a matre Magnum Pompeium arctissimo contingebat gradu; functusque honore præturæ inter<sup>9</sup> Vigintiviros agrum Campanum<sup>i</sup> plebi Julia lege divisit. Verum idem<sup>10</sup> Antonius, despiciens etiam maternam Augusti originem, proavum ejus Afri generis fuisse, et modo unguentariam<sup>k</sup> tabernam, modo pistrini-



*repentinam obiit.* Vulgo morte ob. *repentina.*—8 Turbant Mss. his nominibus. In Copes. Fouc. (qui omittit voc. *liberis*) hic et mox *Octavio*. Vind. 2. et Cort. non habent *Oct. maj. q. ex Anch.* et. Medic. 1. 3. ac Polit. cum Pin. *Octario maj. quom.* Pro *Ancharia* Medic. 1. Copes. *Hancaria*, Pin. *Atharia*, Edd. Ven. tr. Med. Cald. *Anthana*, Bas. *Ancharina*, Camp. *Antonia*. Item *Octavio min.* Medic. 1. 3. Polit. Mox ex *Actia* Periz. *Accia* Copes. Harlem. Edd. Rom. Ven. Bon. Junt. Ald. Bas. et omn. usque Plant. ut et mox. *Acia* Pin. Fouc. et infra *Acacia*. Tum *At Atia m.* Medic. 1. 2. Polit. contra *Atia* exulat a Vind. 1. sicut *M. Atio* a sec. Huls. et Cort. *Matio* Cujac. *Matio* Edd. Rom. Mediol. 1. Ven. 1. Cald. Lugd. Junt. *Accio Balbo* Ven. 2. Bon. *Mantio Balbo* Bas. Tandem *Jura* Memm. pro *Julia*, Vind. 2. *sor. Jul.*—9 *Intra Vig.* Ed. Bon.—10 Ita Mss. O. et Edd. usque ad Steph. Plant. et Gryph. in quibus, cum Var. Pitisc. Burm. *M. Antonius*. Ern. et Bip. ediderunt *M. Ant. idem.* Dein *objecit* Medic. 1. Pin. *quidam* Medic. 2. Voss. *Carmensis*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Octavia majore*] Hanc Plutarchus C. Marcello, deinde Antonio nupsisse tradit. Suetonius autem non illam, sed Octaviam minorem Marcello nupsisse affirmat, in Jul. c. 27.

<sup>f</sup> *Ancharia*] Priori conjugæ, de qua Plut. in Antonio.

<sup>g</sup> *Aricinus*] Aricia Latii oppidum, non longe ab urbe Roma: in Jul. cap. 46.

<sup>h</sup> *Imaginibus*] Hæ fuerunt illustrium virorum simulacra, circa, coloribus artificiose adumbrata. Juven. Sat. viii. 'Tota licet veteres exornent undique cæræ Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.' Qui suam tantum imaginem exhibebant, hi novi; qui vero majorum quoque imagines exhibere poterant, nobiles habeban-

tur. Pro iis, inquit Budæus lib. i. in Pandectas, posteriora tempora insignia gentilicia habuerunt, quæ 'arma' vulgo vocantur: quæ ipsa quoque primum, ut simile est veri, virtutis præmia fuerunt, ac rerum præclare gestarum decora.

<sup>i</sup> *Agrum Campanum*] De hoc et lege Julia, in Jul. c. 20. viginti autem illi viri fuerunt, per quos Cæsar divisit agrum illum; cum ante illum, non plures quam tres viros ejusmodi rebus præficere solitus esset Senatus, qui triumviri coloniis deducendis et agris dividendis dicebantur. De his quoque in Jul. c. 20.

<sup>k</sup> *Unguentariam*] Venalibus unguentis refertam. Sunt autem unguenta odorum commixtiones diversorum,

num<sup>1</sup> Ariciæ exercuisse, objicit. Cassius quidem Parmensis,<sup>m</sup> quadam epistola, non tantum ut<sup>r</sup> pistoris,<sup>n</sup> sed etiam ut nummularii nepotem,<sup>o</sup> sic taxat Augustum: ‘Materna tibi farina<sup>2</sup> ex crudissimo Ariciæ pistrino; hanc finxit<sup>3</sup> manibus collybo<sup>p</sup> decoloratis Nerulonensis<sup>4</sup> mensarius.’ [5.] Natus est<sup>r</sup> Augustus, M. Tullio Cicerone et<sup>5</sup> Antonio



Memm. Medic. 1. 3. et marg. Ed. Mediol.—1 *Ut* deest Harlem. et Ed. Camp. sicut *etiam* Vind. 1. Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. Med. Cald. Quare Polit. pro *ut* in marg. adscriptis *et*. Supra Perizon. correxit *pistrinam*.—2 *Siquidem* post *farina* addunt Edd. Bas. Schild. et aliæ, pro quo habent *si* Pal. tres Periz. Harlem. Vind. Cort. Voss. Lips. Edd. Rom. Ven. 1. Lugd. Med. quod placet Oud. qui tamen conj. *scilicet*. Græv. scribi jussit *farina est ex*, ut habetur in Memm. et ita legerat Scheff. cui astipulantur marg. Ed. Steph. et Mediol. cum Ed. Pitisc. In Pin. *farine se ex*, Cujac. *farie si ex*. Heins. faciebat *farina estur*, et Burm. *tibi cibus far.*—3 *Pinsuit* liber Torr. *pinsit* Edd. Bas. Colin. Gryph. Plant. sed revocavit *pinxit* Casaub. ex codd. Illud tamen placebat Torr. nec damnat Oud. Tum *manibus* abest Pin.—4 *Nerulonensis* Viterb. Fouc. Vind. Pin. Pal. 1. pro quo mallet Casaub. *Vetuloniensis*. Ed. Rom. *Nerulonenses*, Lugd. *Nemorensis*, probantibus Periz. Ern. Wolf. Oud. Fecit Jac. Gron. *Nerul* *Æensis*, ut *Nerul* sit nomen proprium viri ex *Æa* oriundi.—5 Edendum curavit Oud. *Cic. C. Antonio*, auctoribus Memm. Copes.

#### NOTÆ

addito oleo et balsamo, unguendis deliciarum aut etiam valetudinis causa corporibus.

<sup>1</sup> *Pistrinum*] De pistrinis in Julio c. 31.

<sup>m</sup> *Cassius Parmensis*] De quo in Jul. Scriptor fuit tragediarum, militumque in partibus Cassii et Bruti tribunus, quibus victis, cum Athenas secessisset, Augusti jussu occisus est. De illo Horat. Sat. 10. lib. 1. ‘Etrusci Quale fuit Cassi rapido ferventius anni Ingenium; capsis quem fama est esse librisque Ambustum propriis,’ &c.

<sup>n</sup> *Pistoris*] Sic quoque dicebantur servi pistrinorum. Vide in Jul. cap. 48.

<sup>o</sup> *Nepotem*] Cassius hic, qui Augustum, ut et pistoris, et nummularii nepotem notabat, cum Antonio consentit. Antonius enim ei paternum avum argentarium exprobrat, volebatque Atium Balbum, avum matrem, patrem habuisse, qui Ariciæ

pistrinum exercuerit. Nepos igitur nummularii quoad patrem, quoad matrem pistoris pronepos fuit Augustus. Sed nepotum nomine etiam pronepotes continentur, &c. Sic Torrent.

<sup>p</sup> *Collybo*] Collybon quidem Græci, sed vetustissima quæque exemplaria Latina per iota scribunt. Est autem collybus tam id quod pro pecuniæ permutatione argentario solvitur, quam ipsa pecuniæ contrectatio, ἀργυρίου ἀλλαγή, &c. *Torrent*.

<sup>q</sup> *Nerulonensis*] Fatentur omnes sibi non liquere, quid intelligatur hoc verbo. Est enim Nerulum duorum Italiæ oppidorum nomen, ad quæ nulla apparet Balborum relatio. Legerim, inquit Casaubonus, *Vetuloniensis*. Vide Plinium lib. III. c. 5. At in antiquissima Lugdunensi editione reperi *Nemorensis*, quod idem esset atque Aricinus, in Julio c. 46.

<sup>r</sup> *Natus est*] Uno et sexaginta annis ante Christum natum.

Consulibus, VIII.<sup>6</sup> Kalendas Octobres,† paulo ante solis exortum, regione Palatii,<sup>5</sup> ad Capita bubula,<sup>7</sup> † ubi nunc sacrarium<sup>u</sup> habet,<sup>8</sup> aliquanto post, quam excessit, constitutum. Nam ut Senatus actis<sup>v</sup> continetur, cum C. Lætorius,<sup>9</sup> adolescens patricii generis, in deprecanda<sup>w</sup> graviore adulterii pœna, præter ætatem<sup>x</sup> atque natales, hoc quoque Patribus conscriptis allegaret, se esse<sup>10</sup> possessorem ac



probante Græv.—6 In Vind. 2. et Cort. exaratum est VIII. lineola male omissa. Mox in solis ortum Harlem. Periz. Edd. Ven. tr. Bon. Mediol. 1. Cald. Tristanus Comm. Hist. restituendum malebat ante solis occasum. Cf. Burm. h. 1.—7 *Bibula* Copes. Fouc. Medic. duo. *rubula* Vind. 1.—8 *Habetur* Periz. Harlem. Dunelm. Fouc. Medic. 2. Vind. 2. et Eidd. omn. excepta Bon. ad Casaub. qui monitore Torr. rescripsit *habet*, scil. Augustus.—9 *Lætorius* Dunelm. *Lætorius* Pal. 1. 3. Edd. Var. Pitisc. cum aliis. Dein *patricio genere* Ed. Camp. quod non displicet Burm.—10 Oud. edidit *esse se* cum Medic. Vind. utroque, Voss. Cujac. Copes. et Ed. Steph. Ordinem

#### NOTÆ

† A. U. C. 691.

<sup>5</sup> *Regione Palatii*] Quatuor urbis Romanæ regiones, Palatina scilicet, Suburana, Esquilina, et Collina, a Servio sexto Romanorum rege fuerunt, usque ad Augusti tempora, qui totum urbis spatium in quatuordecim regiones et vicos complures divisit c. 30. Palatinus unus erat, et primus e septem Romanis montibus, utpote quem urbi suæ locum elegit Romulus, factusque est postea totius imperii sedes, in eo siquidem erant Augusti ædes: unde etiam Palatii nomen inditum est regum et splendorum virorum ædibus.

<sup>7</sup> *Capita bubula*] In regione Palatii fuerunt septem vici, quorum unus dicebatur 'ad capita bubula,' vel quod ibi viderentur sculpta boum capita, vel venalia et suspensa.

<sup>u</sup> *Sacrarium*] Alii legunt *habetur*, quod rejicit Torrentius: est autem sacrarium non tam locus sacer, quam ubi res sacræ deponuntur, quanquam hic et alibi quoque pro sacello sumi videatur.

<sup>v</sup> *Actis*] Quæ conficienda Julius

institerat.

<sup>w</sup> *Deprecanda*] Hoc est precibus amolienda et avertenda; quænam autem sit gravior hæc adulterii pœna, fatetur nescire se Casaubonus: certe legitimam adulterii pœnam tunc temporis non fuisse mortem, vel ex hoc uno constat, quod lex Julia de adulteriis vetaret adulterii damnatam dicere testimonium. Gravior igitur adulterii pœna fortasse fuerit deportatio; maxime ubi duplex crimen est, incestum scilicet et adulterium, l. si quis viduam, ff. de quæstionibus: qua pœna jura civitatis omnia amittebantur. Adulterii vero simplicis erat pœna relegatio, deportationem multo mitior. Vide Lips. lib. iv. *Annal. Taciti* num. 98. et II. num. 109.

<sup>x</sup> *Præter ætatem*] Juvenilem scilicet, cui facilius solet venia concedi; ad tempora vero Augusti, nulla legitima pœna irrogata fuerat adulteris; sed impudicæ mulieres propinquorum arbitrio castigabantur: in Tiber. cap. 35.



velut ædituum<sup>y</sup> soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset,<sup>z</sup> peteretque donari quasi proprio suo ac peculiari Deo;<sup>a</sup> decretum est, ut ea pars domus consecraretur. [6.] Nutrimentorum ejus ostenditur adhuc locus in avito suburbano<sup>b</sup> juxta Velitras<sup>z</sup> permodicus, et cellæ penuriaræ<sup>c</sup> instar: tenetque vicinitatem<sup>3</sup> opinio, tanquam et natus ibi sit. Huc introire, nisi<sup>4</sup> necessario et caste,<sup>d</sup> religio est:<sup>5</sup> concepta opinione veteri, quasi temere adeuntibus horror quidam et metus objiciatur: sed et<sup>6</sup> mox confirmata est. Nam cum possessor villæ novus, seu forte, seu tentandi causa, cubitum se eo contulisset; evenit,<sup>7</sup> ut post paucissimas noctis horas exturbatus inde subita vi et incerta, pæne semianimis cum strato<sup>e</sup> simul ante fores inveniretur. [7.] Infanti cognomen THURINO inditum est, in memoriam majorum originis:<sup>8</sup> vel quod regione<sup>9</sup> Thurina,<sup>f</sup>

//////////

quoque mutat Vind. 1. supra in *depr. ad. pæn. grav.*—1 Vind. 1. *aditum*, et Polit. cod. *solo*. Tum *proximo suo* Fouc. Pin. Medic. 2. et *peculiari* Vind. 1. Etiam in Periz. *ea parte*, haud improbante Burm.—2 Casaub. ex Schol. Horat. Ep. 1. 11. conj. *Ulubras*. Mox abest copula *et* a Vind. 1. *penuriaræ* Medic. duo, Cujac. (ubi notatur alios habere *parvulæ*) Edd. Ven. 1. Med. Cald. *penuriaræ* Edd. Camp. Ven. reliquæ, aliæque.—3 *In civitate* Ven. 1. *civitatem* Harlem. Periz. Edd. Rom. Bon. Ven. Paris. *in civitatem* Vind. 2. Cort.—4 *Nonnisi* Pal. 1. 2. Copes. Medic. 1. 3. Cort. *nisi et* Periz. Edd. Rom. probante Ond.—5 *Concepta rel. est* Medic. 3. *conc. religione* Polit. cod. *Dein quidem* Fouc. qui mox omittit *est* cum Medic. 3. Item *adjiciuntur* marg. Edd. Bas. Colin. et Gryph.—6 *Non habent et* Edd. Bon. Ven. 2. 3. Mediol. Burm. conj. *ea*.—7 *Evenerit* Vind. 1. *Mox subitaque et incert.* Ed. Ven. una. Heins. malebat *subita vi ei injesta*, vel *subita vi coorta*. Tum *pæne* deest Harlem.—8 *Alteram harum vocum delendam* judicat Casaub. et deest *majorum* cod. Nonniano, pro qua voce Edd. Rom. *majoris* præbent. *Vel*

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Ædituum*] Quasi ædis tutorem: qui enim sacri loci curam gerit, ædituus dicitur.

<sup>z</sup> *Attigisset*] Innuit veterum consuetudinem: solebant enim recentes natos in terra sistere, Deamque Opem invocare, ut placido sinu eos exciperet; inde etiam exorta Levana Dea, quæ pueris e terra levandis præset. In Nerone c. 6.

<sup>a</sup> *Peculiari Deo*] Cæsari Augusto, cnjus quasi domesticus cultor erat.

<sup>b</sup> *Avito suburbano*] Hoc est avorum, gentis scilicet Octaviae villa, quæ in suburbio Velitrarum fuerit.

<sup>c</sup> *Cellæ penuriaræ*] A penna dicta, ubi condebantur penora; ea nempe, quæ familiæ victui comparata sunt.

<sup>d</sup> *Caste*] Hoc est mente ab omni labe pura.

<sup>e</sup> *Strato*] Hoc est vel lecto, vel ejus opertorio: stratum enim dixere quicquid sterni solet.

<sup>f</sup> [*In*] *regione Thurina*] Longe proba-

recens eo nato,<sup>g</sup> pater Octavius adversus fugitivos rem prospere gesserat.<sup>10</sup> Thurinum cognominatum, satis certa probatione tradiderim,<sup>1</sup> nactus puerilem imagunculam<sup>h</sup> ejus æream veterem, ferreis<sup>2</sup> ac pæne jam exolescentibus literis, hoc nomine inscriptam: quæ dono a me Principi<sup>k</sup> data, inter cubiculares<sup>3</sup> colitur. Sed et a M. Antonio in



etiam non legitur in eodem cod. nec Medic. 3. 1. a m. pr. et postponit Cort. τῷ quod. Paulo ante nomen est in Vind. 1. et ad mem. Medic. 1. in memoria Fonc.—9 Vulgo in reg. sed non comparat præpositio in Memm. Nonnii, Medic. 3. Cort. Mox deest recens Fouc.—10 Ita ordinem statuit Casaub. fide Mss. suorum, cum Memm. Cujac. tribus Medic. Voss. et rem prosperam Vind. 2. Cort. Burm. tamen revocavit prosp. rem gess. ex novitiis codd. et Edd. Vett.—1 Crediderim Vind. 1. Tum icunculam liber Torr.—2 Beroald. cum Ursin. vellet scribendum ferrugineis, et Gujet. delendum ferreis.—3 Conjecturam Lips. cubiculi lares ex Domit. c. 17. probarunt Ern. Oud. Ruhk. et

#### NOTÆ

bilis videtur, quam exprobratum ab Antonio.

<sup>g</sup> *Recens eo nato*] Non quod hoc eodem natus esset anno; tertium enim agebat, ut patet ex eo quod dixit, Cicerone Consule natum, a quo ad expeditionem illam tres elapsi fuerant anni: contigit enim hoc L. Afranio et C. Marcello Celere Coss. sed quia agnomen non imponebatur, nisi ex gestis, aut occasione aliqua. Animadvertite autem a Suetonio cognomen sumi pro agnomine; illud enim familiaræ, hoc autem rerum gestarum, ut modo dictum est, quemadmodum Africanus, Asiaticus, Atticus, &c. quamquam, et ab aliis quoque promiscue usurpata reperiantur, ut de Scipione Sallustius, cui cognomen Africano ex virtute fuisse dicit.

<sup>h</sup> *Imagunculam*] Hoc est parvam imaginem; liber unus habet *icunculam*, ut Nerou. c. 56.

<sup>i</sup> *Ferreis*] Legit Ursinus *ferrugineis*, sed prius unanimi consensu retinent omnes. Sensus enim est, æræ hujus imagunculæ literas fuisse ferreas, ferro scilicet debitæ figuræ in æris cælaturas imposito sive insculpto, quam

artem Græcis dici ἐμπαιστικὴν, probat ex Athenæo Casaub. nos ejusmodi opera vulgo Damascena vocitamus. Vide Dalecampium in cap. 7. lib. xxxv. Plinii.

<sup>k</sup> *Principi*] Adriano verosimillime; huic enim epistolarnm magister fuerat Suetonius, atque illi imagunculam donaverat.

<sup>l</sup> *Cubiculares*] Imagines variis asservabant in locis; majorum nempe in atrio, splendidissimo scilicet et celeberrimo ædium loco; Larium, omniumque, quibus cura genialis thori, et dilectorum sibi capitum, in cubiculo; ubi etiam aderat puer custodiæ præpositus, ut ex Suet. colligitur in Domit. in fine: 'Puer curæ Larium cubiculi, ex consuetudine, præpositus.' Et Macrobius sub finem lib. 1. 'Inter hæc servilis moderator obsequii, cui cura vel adolendi penates,' &c. In bibliothecis quoque viri docti dedicatas habebant veterum auctorum imagines; unde Juvenalis in eos, qui hæc de se falso prædicari ambiebant, Sat. 11. 'Quamquam plena omnia gypso Chrysiippi invenias.' Et paulo infra: 'Et jubet archetypos

epistolis per contumeliam sæpe Thurinus appellatur: et ipse<sup>4</sup> nihil amplius quam ‘mirari se’ rescribit, ‘pro opprobrio sibi prius nomen objici.’ Postea CÆSARIS,<sup>5</sup> m et deinde AUGUSTI cognomen assumpsit: alterum, testamento majoris avunculi; n alterum, Munatii<sup>6</sup> Planci<sup>o</sup> sententia: cum, quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi et ipsum conditorem Urbis, prævaluisset,<sup>7</sup> ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore<sup>p</sup> cognomine. [quod loca quoque religiosa, et in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur,<sup>q</sup> ab



Wolf. Dein *sed a M. Fouc. Vind. 2.*—4 Memm. *ipsi*. Mox idem *sibi pr. nom.* probante Gron. et receperunt in textum Oud. Wolf. Baumg. suffragantibus Medic. tr. Vind. 2. Cort. Ante Ed. Bas. edebatur *pr. sibi nom.* ut est in Vind. 1. Periz. Harlem. *sibi nom. pr. Fouc. Copes.* Vox *prius* offendit Ern. pro qua alii, teste Casaub. legebant *posterius*. Oud. etiam *τὸ sibi insitium* putat.—5 Casaub. prius maluit *C. Julii Cæs.* deinde prænomen delevit, quod faciebant cum eo Lips. Oud. Ern. et alii, dissentientibus Perizon. et Burm. Memm. habet *Gaii* de more. Mox *demum Aug.* Pal. 1.—6 *Minacii* et in marg. *Mimatii* Cop. *Mimatii Planci* Fouc. *Munatii* Medic. 3. *Minucii* Vind. 2. et Cort. in quo supraser. *Minacii*. In Vind. 1. *Numacii*. Tum *Plaucii* et *Plantii* vel *Plancii* Edd. primæ exhibent. *Mun. plena sent.* Pin.—7 *Prævaluisse* Mem. Cop. Vind. 1. Voss. Tum *ut Augusti* Harlem. Idem *non cum n. cum* Memm. Fouc. Medic. 2. Vind. 1. et Edd. Ven. trib. *non solum Cnj. non autem* Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. qui et *ampliori*. Deest *cognom.* Edd. Rom. unde locum sic refinxit Oud. *præv. Aug. p. r. nomine novo, s. e. a. vel nomine ut novo, sic et. ampl.* Prius etiam delevit Davisius ex cod. Regio in Mus.

## NOTÆ

pluteum servare Cleanthas.’ Nec imagines solum; sed et alia quoque, ut enses, coronas, &c. dedicata in cubiculis habebant; ut ex Tacit. lib. xv. Annal. et Suet. in Nerone colligere est.

<sup>m</sup> *Postea [Caii] Cæsaris*] Legebam, inquit Casaub. nomen *C. Julii Cæsaris*, sine ratione enim omissum videbatur nomen præcipuum; sed cum hic de cognominibus Octavii tantum agat, locum ea vox non habet: sed nec prænomen *C. ferri* potest: scribe igitur, *postea Cæsaris*.

<sup>n</sup> *Majoris avunculi*] Julii nempe; de quo c. 4. cujus testamento in Cæsa-

rum familiam adoptatus erat. Super quo loco in Jul. c. 83.

<sup>o</sup> *Munatii Planci*] Ab hoc, cum Galliam regeret, conditum Lugdunum dicit Eusebius. Cognomen a pedibus planis sortitus fuerit, necne, non liquet; Planci enim dicuntur ejusmodi homines, a tabulis planis, quæ planicæ appellantur.

<sup>p</sup> *Ampliore*] Ovid. i. Fast. paulo ante finem: ‘Hic socium summo cum Jove nomen habet.’

<sup>q</sup> *Augusta dicantur*] Ovid. ibid. ‘Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur Tempia Sacerdotum rite dicata manu.’

auctu,<sup>r</sup> vel ab avium gestu gustuve,<sup>s</sup> sicut etiam Ennius docet, scribens :

Augusto augurio<sup>t</sup> postquam inclyta condita Roma est.] [8.] Quadrimus patrem amisit: duodecimum<sup>9</sup> annum agens<sup>10</sup> aviam<sup>u</sup> Juliam defunctam pro concione laudavit. Quadriennio post, virili toga<sup>v</sup> sumpta, militaribus donis<sup>w</sup> triumpho Cæsaris Africano<sup>x</sup> donatus est, quanquam ex-pers belli propter ætatem.<sup>y</sup> Profectum mox avunculum



Britannic. (forte 15. C. 3. sen 4. notato) notante Oud.—8 *Gustu gustuve* Edd. Rom. Casaub. e Festo reponendum censuit *gustatuque*. Pro sicut Viud. 1. sed. Ed. Camp. *Augusta*, forsitan pro *Augusta*, ait Oud. ut in Cort. et volebat Is. Voss. Porro Fouc. *Rom. cond. est*. Guj. Græv. et Gron. verba *ab auctu . . . gustuve* spuria prius videbantur, sed Cannegieter. in Obs. Misc. vi. p. 588. totum comma a verbis *quod loca* usque ad finem cap. glossema censuit, quare uncis inclusum, consentientibus Oud. Ern. Wolf. Baumg.—9 Refutavit Ferrarium de Re Vest. l. ii. c. 1. Valesium ad Exc. Polyb. Græv. in loc. Gron. Tac. Ann. xii. 41. et alios, legentes *decimum*, Norrisius ad Cen. Pis. Diss. ii. c. 3. V. h. l. Oud.—10 *Ag. ann. Medic. 3. ar. Jul. def.* desunt Cop. sed in marg. repositum *av. Jul.* Aberat *aviam* quoque a Fouc. relicto spatio. Mox

#### NOTE

<sup>r</sup> *Auctu*] Ominis boni gratia, ut nempe semper augeantur; augere enim verbum sacrorum est; ‘cum augeri hostias imperasset,’ infra c. 96. et Ovid. l. Fast. ‘Hujus et augurium dependet origine verbi, Et quodcumque sua Jupiter auget ope.’

<sup>s</sup> *Gestu, gustuve*] Tripartita erat avium divisio in augurali disciplina; auspicium enim faciebant, vel ore, quo tripudium necne fieret, observabatur: de hoc in Tib. c. 2. quod hac voce ‘*gustu*’ intelligitur: vel ore et alis, vel volatu et alis: nec enim volatum modo observabant, sed modum quoque volandi.

<sup>t</sup> *Augurio*] Sumitur in genere pro quacumque divinandu ratione; patet ex Plauto in *Asinaria*, ‘quantum ex augurio auspicii intelligo:’ notum est autem Romano auguria de imponendo urbi nomine captanti 12. vultures, Remo vero 6. tantum visos esse. Videlicet c. 95.

<sup>u</sup> *Aviam*] Julii Cæsaris sororem, ut

supra dictum est: de hoc more in Jul. c. 6. ubi dicitur Julius suam amatam laudasse.

<sup>v</sup> *Virili toga*] Anno ætatis 17. vel in exitu 15. nec enim convenit inter scriptores, togam prætextam, de qua supra in Jul. c. 1. deponebant, et virilem, utpote finita pueritia, sumebant; idque vel in æde Jovis Capitolini, vel saltem illuc se conferebant summo mane, et amicorum officiis stipati, statim ac domi fuerat sumta. Dicebatur quoque ‘*pura*,’ ut ex Cicero in Epist. ad Atticum, vel quod alba, vel quod sine purpura: ‘*libera*’ etiam, quod pueris initium quoddam libertatis esset, cum antea custodi-ventur angustius.

<sup>w</sup> *Militaribus donis*] De quibus Gellius lib. ii. c. 11. ubi refert prælia Sicinii Dentati, et dona quibus cummulatus fuit. Vide c. 25.

<sup>x</sup> *Africano*] De Scipione et Juba in Julio.

<sup>y</sup> *Ætatem*] Non enim incipiebat

in Hispanias adversus Cn. Pompeii liberos, vixdum <sup>1</sup> firmus a gravi valetudine, per infestas <sup>2</sup> hostibus vias, paucissimis comitibus, naufragio etiam facto, subsequutus, magno opere demeruit, approbata cito etiam morum indole super itineris industriam. <sup>b 3</sup> Cæsare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos, <sup>z</sup> et inde in Parthos, destinante præmissus Apolloniam, <sup>4 a</sup> studiis vacavit. Utque primum occisum eum, hæredemque se comperit, diu cunctatus, an proximas legiones <sup>b</sup> imploraret, id quidem consilium ut præceps immaturumque omisit: ceterum, Urbe repetita, hæreditatem adiit, <sup>c</sup> dubitante matre, vitrico <sup>5</sup> vero Marcio <sup>d</sup> Phi-

<sup>b</sup> Maxime devinxit avunculum suum Julium, cum, vix confirmatus post molestissimum morbum, per itinera intercepta hostibus, atque etiam post naufragium, et cum exiguo comitatu, assecutus est illum profectum in Hispanias contra filios Cnei Pompeii, et probatum illi se fecit dotibus ingenii sui, præter solertiam qua iter consecerat.

perfectum Cop.—1 Sic Ursin. Casaub. alique exhiberi jusserunt, atque ita dant Viterb. Memm. Medic. 1. 3. Vind. uterque. vix tum habent omnes Edd. ad Casaub. Scriv. et Raphel. quos pr. Ed. Græv. secutus, postea mutavit. vix tamen Harlem.—2 Infestas Ed. Ven. 3. Tum hosti Cop. quod probat Oud. si modo legeretur *insessus*. Dunelm. *inf. host.* In Vind. 2. Cort. *pauc. etiam com.* Contra etiam exulat a Vind. 1. post cito. Ceterum uno verbo *magnopere* Edd. plures, ut et sæpe alibi.—3 *Industria* exhibent Medic. 3. Vind. 2. Cort. Pal. 1. 2. Dein *Spanias* Memm. qui omittit etiam *τὸ in ante Parthos*. Item *perceptas* Voss. Edd. Rom. Ceterum in *Parth. et inde in Dac.* quidam codd. Torrentii.—4 *Apollonia* Harlem. a m. sec. studiisque Fouc.—5 *Vitrico* Periz. Edd. Ven. Mediol. Cald. Lugd. Junt. Ald. Steph. Bas. et aliæ, quæ et *Martio* cum Medic. dnob. Vind. et Ed. Camp. *Marco* Gryph. et Græv. in Ed. minori. Pro *vit.* dat Fouc. corruptius *nutrito*, et mox *militum* pro *multum*.

## NOTE

militaris ætas ante annos 17. neque hac ætate minoribus stipendia procedebant.

<sup>z</sup> *Dacos*] De his in Jul. c. 44. Parthia vero hodie *Charassen*, ab urbe *Charas* metropoli sive *Arach*.

<sup>a</sup> *Apolloniam*] Epiri urbs erat, Corinthiorum colonia, optimis quondam instituta legibus; ideo ibi studiorum causa moratus est Augustus; hodie *Ceres*, aliis *Piergum* in Albania, aliis *Aulon*.

<sup>b</sup> *Legiones*] Velleius l. 11. dicit oblatam a vicinarum legionum centurionibus operam, quam ne recusarent,

*Delph. et Var. Clas.*

auctores erant Salvidienus et Agrippa.

<sup>c</sup> *Hæreditatem adiit*] Hoc est professus est apud Prætorem Urbanum, se hæreditatem et adoptionem suscipere, quod 'adire' dixerunt, quia testamento scriptus hæres hoc verbo profitebatur 'adeo.' Quam tamen Brundisii jam creverat, et nomen Cæsaris usurpare cæperat. Dio et Appianus. Vide Ciceronem ad Atticum lib. xiv. epist. 12. Sic Casaubonus.

<sup>d</sup> *Marcio*] Cui nupserat Atia Augusti mater, mortuo Octavio priore

*Sueton.*

N

lippo consulari multum dissuadente.<sup>6</sup> Atque ab eo tempore exercitibus comparatis, primum cum M. Antonio Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio, per duodecim fere annos, novissime per quatuor et quadraginta solus Rempublicam tenuit. [9.] Proposita vitæ ejus velut summa, partes<sup>7</sup> singillatim, neque per tempora, sed per species,<sup>f</sup> exequar, quo distinctius demonstrari cognoscique possint.<sup>8</sup> Bella civilia quinque gessit: Mutinense,<sup>g</sup> Philippense,<sup>h</sup> Perusinum,<sup>i</sup> Siculum, Actiacum.<sup>k</sup> Ex quibus primum ac novissimum adversus<sup>9</sup> M. Antonium: secundum adversus Brutum et Cassium: tertium adversus Luc. Antonium, Triumviri fratrem: quartum adversus Sex. Pompeium, Cn. filium.<sup>10</sup> [10.] Omnium bellorum initium et causam hinc sumsit.<sup>1†</sup> Nihil convenientius ducens, quam necem avunculi vindicare,<sup>1</sup> tuerique acta,<sup>2</sup> confestim ut



—6 *Desuadente* Pin. quod convenientius origini videtur Scheffero. Tum ex eo t. Vind. 1. Mox deinde Vind. uterque, Harlem. Periz. Edd. Ven. et omn. fere antiquæ usque ad Gryph. et Plant. *demum* Camp.—7 *Summa parte* Fouc. Dunelm. Medic. 2. 3. Harlem. Edd. Ven. tr. Ilud testantur Memm. Dunelm. quæ *sigillatim* quoque servant contra optimor. fidem codd.—8 *Possit* Medic. 1. 3. Cop. et inferius *e quibus* Memm. Dunelm. Fouc. Vind. 2. Medicei. Item *Actiacum* Medic. 1.—9 Sic utrobique reposuit Oud. pro vulg. *adversum*, quod tamen reperitur in Burm. Ern. et Bip. Illud testantur Memm. Dunelm. Harlem. Periz. et Edd. Rom. Ven. 1. Mediol. secundo loco.—10 Ita Torr. et Casaub. primi e Mss. dederunt, consentientibus Memm. Medic. 1. 3. Vind. Cuj. Cop. et aliis. In reliquis et Edd. prioribus *Cn. Pompeii f.*—1 *Absumsit* Cort. *assumsit* Periz. et Edd. Vett. omn. fere ad Casaub. usque. *Hic assumsit* Harlem. Item *dicens pro ducens* in Vind. utroque, et *mortem* Fouc. pro *necem*.—2 Pleraque Edd. Vett. hic distinguunt, et novum Cap. a *confestim*,

#### NOTÆ

conjuge, Augusti patre, Julii verosimiliter propinquo, ut ex ejus vita c. 6. colligere est.

<sup>e</sup> *Dissuadente*] Non enim placebat, ut testatur Velleins, adiri nomen invidiosæ fortunæ Cæsaris.

<sup>f</sup> *Species*] Quia, ut ait Velleins, 'facilius cujusque rei in unum contracta species oculis animisque inhæret.'

<sup>g</sup> *Mutinense*] Mutina Galliæ togatæ Cispadanæ civitas, hodie *Modene*.

<sup>h</sup> *Philippense*] In campis Philippi-

cis, qui iidem ac Pharsalici, de quibus in Julio.

<sup>i</sup> *Perusinum*] Perusia Hetruriæ civitas, hodie *Perugia*.

<sup>k</sup> *Actiacum*] Actium Epiri oppidum et promontorium, hodie *Capo figalo*, quod alii idem esse cum *Nicopolis*, quam postmodum condidit Augustus, male affirmant; hæc enim est *Prevesa* in Albania, non quidem longe ab Actio, sed diversum.

† A. U. C. 710.

<sup>1</sup> *Necem avunculi vindicare*] Legibus

Apollonia rediit, Brutum Cassiumque, et vi<sup>3</sup> nec opinantes, et, quia prævisum<sup>4</sup> periculum<sup>m</sup> subterfugerant, legibus aggredi,<sup>n</sup> reosque cædis absentes deferre<sup>o</sup> statuit. Ludos autem<sup>p</sup> victoriæ Cæsaris non audentibus facere, quibus obtigerat id<sup>q</sup> munus, ipse edidit. Et quo constantius cetera quoque exequeretur, in locum Tribuni plebis forte demortui candidatum [petitorem]<sup>5</sup> se ostendit, quanquam patricius,<sup>6</sup> necdum Senator.<sup>s</sup> Sed adversante conatibus

vel novam periodum incipiunt. Punctum sustulerunt Steph. Gron. Burm. qui vitio forte operarum minimam tantum commatis distinctionem habet post *sumsit*.—3 *Et vi* quod restituit Torr. confirmatur a Memm. Medic. 3. Vind. utroque Pal. 1. et marg. Gryph. *nec vim* Dunelm. Fouc. *etiam nec op.* Pal. 2. 3. Periz. Harlem. Ven. tr. et omn. ad Casaub. *et nec op.* duo Mss. Torr. *Brut. et Cass. nec op.* Cort. cum Edd. Rom.—4 *Provisum* Memm. Fouc. Pin. Medic. 3. Vind. utroque cum Edd. Ven. 1. Lugd. Steph. probantibus Burm. Ern. et Wolf. Reliquæ fere Edd. *prævisum*, quod prætulerunt Ond. et Baumg. Solus Dunelm. habet *pervisum*. Burm. etiam legendum vellet *sed quia*.—5 Vocem *petitorem*, quæ abest e Memm. Pith. Lisl. Pal. 2. Cnj. Medic. 3. Pin. et in Torrentianis incerto loco ponitur, tanquam glossema ejecerunt omnes Editores, præter Casaub. qui conj. *candidatus*, Græv. cum Vossio, qui potius *candidatum* induci debere contendunt, et Gron. pro adjectivo interpretantem. Superius *mortui* Cort. Edd. Rom.—6 Fouc. *pater ejus loco τῶν patric.* Langius

## NOTÆ

enim cavetur, ut hæredes, vel qui hæredum loco sunt, officiose agant circa defuncti vindictam, alioqui illis ut indignis hæreditas auferatur. Vide titulum ff. et Cod. de his quæ ut indignis auferuntur.

<sup>m</sup> *Prævisum periculum*] Quod sibi imminebat ab Octavio: puto enim, inquit Casaubonus, Octavium per milites Cæsarianos insidias struxisse illorum vitæ, quo tempore Antii erant, per Italiam vagi errabant, ut ex epistolis Ciceronis apparet.

<sup>n</sup> *Legibus aggredi*] Iis nempe, quæ facinorosis pœnas irrogabant, quales Cornelia de Sicariis, Majestatis, &c.

<sup>o</sup> *Reosque c. a. deferre*] Hoc quomodo fieret, in Julio dictum est.

<sup>p</sup> *Ludos autem*] Varii in memoriam Cæsariis victoriarum ludi celebrati sunt: victis enim in Hispania Pompeii liberis, institutum est, ut postridie cum Romam ejus rei nuntius al-

latus esset, ludi et sacra fierent in Circo, et in memoriam Pharsalicæ, qua templum Veneri Genetrici voverat, ludos eidem genetrici dicatos ait Plinius: horumne alterutri an alii, non constat. Priores fuisse Torrentius affirmat; quod ne Casaubono probetur, obstat merito repugnantia temporum.

<sup>q</sup> *Quibus obtigerat id*] Quidam, enim vivente Cæsare, facturos id se receperant, quod ad populum demerendum, privata ille perfecit impensa.

<sup>r</sup> *Quanquam patricius*] Legibus enim cavebatur, ne patricius hunc magistratum adipisceretur, ut in Julio c. 19. notatum. *Candidatum se ostendit*; alii *Candidatum petitem se ostendit*. Nemo dubitet quin dictio *petitem* ex margine irrepperit. *Torrent.*

<sup>s</sup> *Necdum Senator*] Videtur hic Sue-

suis M. Antonio Consule, quem vel præcipuum adiutorem speraverat, ac ne publicum quidem et translaticium jus<sup>7</sup> ulla in re sibi sine pactione gravissimæ mercedis impertiente, ad optimates se contulit: quibus eum invisum sentiebat, maxime<sup>8</sup> quod Decimum Brutum<sup>1</sup> obsessum Mutinæ, provincia a Cæsare data, et per Senatum confirmata,<sup>11</sup> expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis, percussores<sup>v</sup> ei subornavit,<sup>9</sup> ac fraude deprehensa, pericu-



duas illas voces *necdum sen.* amovendas censuit.—7 Hanc Glareani et Ursin. cod. lectionem receperunt Steph. Ant. Gryph. et seqq. Ante τὸ jus exulabat, omissum quoque in Pal. trib. Periz. Cop. et multis aliis. *translatum ulla* Ven. 1. *translativum jus* Harlem. *tralat.* Medicei. Mendose Fouc. *trans latinum multa.* Paulo ante *ne quidem publ.* Vind. 1. *nec publ.* Cuj. In Nervico cod. quo usus est Glar. *ac trans. §c. impartiente*, quod præbent etiam Vind. uterque, Cop. Periz. Harlem. et Edd. aliquot, Cortio probante ad Plin. l. III. ep. 23.—8 *Maximeque* Periz. sed in marg. *quod.* Tum Fouc. *inde pro inv.* sed correctum.—9 Vulgo *subornavit.* *Hac fr.* Emendavit Oud. e Pin. Medic. 2. præennte Scheff. et probavit Wolf. e Guelph. 2. duobusque aliis codd. *Mox aut Reip.* Fouc. Memm. Medic. 2. Cort. Harlem. Cuj. Periz. Edd. Camp. Med. Cald. Ven. et *Reip.* Vind. 1. Oud. legendum conj. *haud Reip.* ejecto si-

#### NOTÆ

tonius impedimentum duplex assignare; primum, quod gente Patricius; alterum, quod honore nondum Senator esset; dubitant vero antiquitatis periti utrumne a Syllæ temporibus prohibitum fuerit, ne quis nisi Senator (eorum scilicet qui e plebe legabantur) plebis tribunatum obtineret, cum antea statim ab illo magistratu gesto, sine nullo censorum beneficio, Senatores haberentur. Inducit in dubium hic locus, et alius infra c. 40. quo utroque fretus, lib. Elect. II. c. 13. Lipsius duplex impedimentum affirmat; fassus tamen mirari se a Cicerone, aliisque omnibus, rem adeo memorandam, nisi forte quia tunc in oculis omnium auribusque versaretur, alto sopitam fuisse silentio. Legenda et Torrentii nota hic. ‘Translativum jus’ interpretare illud, quod poterat præstari facile, et quasi negligenter: quo sensu sumitur l. 1. ff. de Jure-

patronatus, et lib. LV. § 3. ad Senatuscons. Trebellianum, nec non et l. 1. § 6. ad Se. Turpillianum.

<sup>1</sup> *D. Brutum*] Hic erat unus e Cæsaris interfectoribus, consulque ab ipso designatus, qui et ipse, ut ait Velleius lib. II. c. 64. paulatim relincente post victum et redintegratum Antonium exercitu fugiens, insidiis captus, ‘ab iis quos miserat Antonius, jugulatus est, justissimasque optime de se merito C. Cæsari penas dedit: cujus cum primus omnium amicorum fuisset, interfector fuit, et fortunæ, ex qua fructum tulerat, invidiam in auctorem relegabat, censebatque æquum, quæ acceperat a Cæsare retinere, Cæsarem qui illa dederat perisse.’

<sup>11</sup> *Per Senatum confirmata*] Quam ipsemet Antonius plebiscito laudam curaverat.

<sup>v</sup> *Percussores*] Velleius factum ne-



lum invicem<sup>w</sup> metuens, veteranos<sup>x</sup> simul in suum ac Republicæ auxilium, quanta potuit largitione, contraxit. Jussusque comparato exercitui<sup>10</sup> Proprætore<sup>y</sup> præesse, et cum Hirtio ac Pansa, qui consulatum acceperant, Decimo Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio mense confecit duobus præliis. Priore Antonius eum fugisse<sup>1</sup> scribit, ac sine paludamento<sup>2</sup> equoque post biduum demum apparuisse: sequenti, satis constat, non modo ducis, sed etiam militis functum munere, atque in media dimicatione, aquilifero<sup>3</sup> legionis suæ<sup>2</sup> graviter saucio, aquilam humeris sub-



*mul*, sed postea acquievit in lect. nostra.—10 *Pin. exercitu*. Tum Periz. Ed. Rom. et Pansa. Mox *susceperant* Cop. Medic. tres, Voss. marg. Mediol. Fouc. Edd. Bas. Gryph. Plant. Steph.—1 *Fug. eum* Dunelm. Medicei, Fouc. qui supra *tertium*. Dein *scripsit* Vind. 1.—2 Casaub. reponendum putat *leg. IV. vel leg. unæ*, i. e. unius. Nihil adjuvant Mss. Ceterum *subisse* Menim. Huls. Medicei, et sic rescripsit Oud. Simili modo *perissent* in Cap. seq.—

## NOTÆ

gat, quod tamen confirmant Cicero lib. epist. ad Famil. XI. et Seneca lib. de Clementia, et Appianus etiam modum narrat, corruptos nempe aliquos ex Antonii satellitibus fuisse.

<sup>w</sup> *Periculum invicem*] Velleius ait lib. II. c. 60. Augustum quotidianis Antonii petitum insidiis.

<sup>x</sup> *Veteranos*] Confirmat idem Velleius, ex oppido Casilino et Calatia excitos, in formam iusti exercitus brevi coaluisse referens, et ex copiis, quas e transmarinis provinciis venire jusserat Antonius, legionem Martiam, ‘cognita’ inquit ‘Senatus voluntate,’ et tanti juvenis indole, sublatis signis, ad Cæsarem se contulisse.

<sup>y</sup> *Proprætore*] Loco prætoris, idque Ciceronis impulsu, qui Philippica v. de illo hæc ait: ‘Proprætorem faciamus, qui honos quanquam magnus est illi ætati, tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad dignitatem valet.’

<sup>2</sup> *Paludamento*] Quod turpis fugæ, et relatæ ab inimicis victoriae signum est; quod factum etiam ab aliis legitur, præsertim ab ipso Pompeio Pharsalica pugna. Paludamentum quid sit in Jul. c. 64.

<sup>3</sup> *Aquilifero*] Vide sup. in Jul. c. 62. obscurum est quare legionem suam dixerit. Casaub. suspicatur legendum *legionis IV.* aut *legionis unæ* pro *unius*, nam prius scriptum videtur, *legionisve*. Torrentinus suam dici existimat, quam circa se hoc in prælio haberet, aut potius quam ipse collegisset; unam enim collectam ab eo legionem, auctor est Appian. lib. III. de Bell. Civil. quam evocatorum legionem appellat Dio lib. XLV. postea vero Martia et Quarta ad ipsum Antonio relicto defecere, quod et testatur Cicero in Philipp. Ambo verosimillime credunt corruptum hic aliquid esse. Certe numerorum notæ apud antiquos passim corruptissimæ leguntur.

isse,<sup>b</sup> diuque portasse. [11.] Hoc bello<sup>†</sup> cum<sup>3</sup> Hirtius in acie, Pansa paulo post ex vulnere perissent, rumor increbruit, ambos opera ejus occisos, ut, Antonio fugato, Republica Consulibus orbata, solus victor tres<sup>4</sup> exercitus occuparet. Pansæ quidem<sup>5</sup> adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus<sup>c</sup> custoditus sit, quasi venenum vulnere indidisset. Adjicit his Aquilius Niger, alterum e Consulibus Hirtium in pugnae tumultu ab ipso interemtum. [12.] Sed ut cognovit, Antonium post fugam a M. Lepido<sup>d</sup> receptum, ceterosque duces<sup>e</sup> et exercitus consentire pro partibus,<sup>6</sup>†



3 *Hoc cum bell.* Per. Harlem. Ven. 1. Tum *Pansaque post* Harlem. Periz. Fouc. Edd. Rom. Ven. Bon. Junt. Steph. Ald. Colin. Bon. omisso paulo, quod reposit Casaub. e Memm. accedentibus Medic. 3. Pal. 2. aliisque. Conjecit Oud. *quoque paulo.* Porro dant Edd. plurimæ *increbruit*, et habet Cort. *Resp.* — 4 Vulgo *solus victores exere.* sed in Viterb. *victor*, omnibus laudantibus. Oud. tamen ex unico Vind. 1. edendum curavit *victor tres exere.* idque recepit Baumg.—5 *Equidem* Cop. Huls. Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. *quoque* Periz. Vind. 1. Cort. et Edd. Vett. Dein *adeo* exulat a Vind. 2. ac Mss. omn. fere *Glyco.*—6 Hanc lect. probant omnes fere Editores ac firmat unus alterque cod. Beroaldi, Torr. Urs. et Nonnii, et ita ediderunt R. Steph. Dolet Ald. In Mss. et Edd. reliquis est *patribus*, quod retinent Pith. et alii. Vellet Guj. *in partib.* Habent *optimatum* Cort. Ed. Rom. et *ordinandum* Medic. 2. Voss.—

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Humeris subisse*] Robore corporis Augustum valuisse inde conjicias: tanti enim ponderis erant hæc signa militaria, ut iis portandis vix valentissimi sufficerent humeri: dicit enim de Caracalla Herodianus, ut aliquid notatu dignum, quod bajulandis interterum signis suffecerit dum se per omnia militibus vellet exæquare.

† A. U. C. 711.

<sup>c</sup> *Glyco medicus*] Hunc Pansæ medicum Ciceroni Brutus excusat, commendatque, ut eum ab ejusmodi accusatione et custodia liberare cœntur. Epist. 6. ad Brutum.

<sup>d</sup> *M. Lepido*] Modum narrat Velleius, his verbis: ‘Antonius, fuga transgressus Alpes, primo per colloquia repulsus a M. Lepido, ... mox sapius in conspectum veniens militum,

cum et Lepido omnes imperatores forent meliores, et multis Antonius, ... per aversa castrorum, proruto vallo, militibus receptus est.’

<sup>e</sup> *Duces*] De his idem Velleius: ‘Planens deinde dubia, id est, sua fide, diu quarum esset partium secum luctatus, et nunc adiutor Decimi Bruti designati, consulis collegæ sui mox ejusdem proditor; Asinius autem Pollio firmus proposito, et Julianis partibus fidus, Pompeianis adversus; uterque exercitus tradidere Antonio.’

† *Consentire pro partibus* [*patribus*] Sic in omnibus membranis reperit Casaub. sed re diligenter pensata et fuse explicata, mavult legere *pro partibus*: quam lectionem alii viri docti agnoscunt; præsertim cum alterum illud

causam optimatium<sup>g</sup> sine cunctatione deseruit, ad prætextum mutatæ voluntatis dicta factaque<sup>h</sup> quorundam calumniatus:<sup>i</sup> quasi alii se ‘puerum,’<sup>k</sup> alii ‘ornandum tollendumque’<sup>l</sup> jactassent, nec<sup>7</sup> aut sibi, aut veteranis<sup>m</sup> par gratia referretur.<sup>8</sup> Et quo magis pœnitentiam prioris sectæ

7 Omn. libri dant *ne aut s.* pro quo legebant *neque* Torr. Grut. Freinshem. nec ante Baumg. ediderunt Ond. et Ern. In Cort. *jact. quasi ne.*—8 *Referrentur* Harlem. In Vind. I. *Nursios*, Ed. pr. Græv. et Pitisc. *Nursiones*. Inverso ord. *opp. egit* rescripserunt Ond. Wolf. cum nonnullis codd. et Edd. Bas.

## NOTE

‘pro patribus,’ ἀντὶ τοῦ pro Repub. sive pro Optimatibus, quæ erant partes Pompeianæ, sit insolentius.

<sup>g</sup> *Optimatium*] Quos tot exercituum consensu potiores fore videbat, timebatque, ne si Antonium opprimi vel reconciliari sineret, opprimeretur ipse; sed maxime cum inito jam litterarum commercio, et facta conditionum mentione, Antonius subinde Cæsarem Augustum admoneret, quam inimicæ ipsi Pompeianæ partes forent, et in quod emersissent fastigium, denuntiaretque se cum Bruto Cassioque, qui jam septemdecim legiones habebant, juncturum vires suas, si aspernaretur ejus concordiam, diceretque, plus Cæsarem patris, quam se ultioni amici debere.

<sup>h</sup> *Factaque*] Cum enim omnia, antequam fugaretur Antonius, honorifice in Cæsarem exercitumque decreta essent, jam illo victo, Pompeianis partibus redierat animus, Bruto Cassioque provinciæ, quas jam ipsi sine ullo Senatusconsulto occuparent, decretæ, laudati quicumque ipsis se junxissent exercitus, &c.

<sup>i</sup> *Calumniatus*] Longe abest, ut calumniatorem illum dicat Velleius; ubi enim retulit honores habitos Bruto Cassioque, decretum Decimo Bruto triumphum, sepulta honore publico Hirtii et Pansæ corpora, subjungit illico, Cæsaris (Augusti nempe) adeo

nulla habita mentio, ut legati, qui ad exercitum ejus missi erant, juberentur, summo eo, milites alloqui: non fuit tam ingratus exercitus, quam fuerat Senatus: cum illam injuriam dissimulando ferret Cæsar, negavere milites sine imperatore suo ulla se audituros mandata.

<sup>k</sup> *Alii se puerum*] Ut Brutus apud Ciceronem lib. II. epist. 20. ‘puerum ipsum extulit,’ et paulo post, ‘misericordique unius, et vix nunc viri, tutiores fore nos,’ Atticus ad Ciceronem scribens, ‘in præsentia belle iste puer retundit Antonium:’ nondum enim ingressus erat vicesimum annum.

<sup>l</sup> *Alii ornandum tollendumque*] De hoc quoque sic Velleius, ‘hoc est illud tempus quo Cicero, insito amore Pompeianarum partium, Cæsarem laudandum et tollendum censebat, cum aliud diceret, aliud intelligi vellet.’ Nempe propter ancipitem verbi ‘tollendum’ significationem. Vel enim honoribus extollere, vel e medio tollere, hoc est, pessundare, significat: quo postremo sensu acceptum ab Augusto, patet ex ea epistola, qua D. Brutus responsum dicit ab eo cui-dam hoc sibi de Cicerone referenti, se non esse commissurum ut tolli possit.

<sup>m</sup> *Veteranis*] Quorum opera in debellando Antonio fuerat usus; de quibus supra.

approbaret, Nursinos<sup>n</sup> grandi pecunia, et quam pendere nequirent, mulctatos, extorres egit oppido, quod Mutinensi acie interentorum civium tumulo publice exstructo ascripserant, pro libertate eos occubuisse. [13.] Inita cum Antonio et Lepido societate,<sup>o</sup> Philippense quoque bellum,† quanquam invalidus<sup>p</sup> atque æger,<sup>q</sup> duplici prælio transegit: quorum priore castris exutus,<sup>q</sup> vix ad Antonii cornu fuga evaserat. Nec successum<sup>10</sup> victoriæ moderatus est; sed capite Bruti<sup>r</sup> Romam misso, ut statuæ Cæsaris<sup>s</sup> subjiceretur,<sup>1</sup> in splendidissimum quemque captivum non sine verborum<sup>1</sup> contumelia sæviit;<sup>2 u</sup> ut quidem uni supplici-



seqq. Item *adscripterunt* Vind. 1.—9 *Et æger* Cop. *atque agere* Harlem.—10 *Accusativum prætulerunt* Oud. Wolf. Ruhnk. et Baumg. In Viterb. Pal. trib. Medic. 1. 3. *successu*, probantibus Casaub. et Ern. et Grut. si modo verbum est abesset. Burm. putat legendum *successui*.—1 Hoc recepit Baumg. cum Casaub. Oud. Wolf. et Ruhnk. et testantur Memm. Viterb. Cujac. Cop. Huls. Medic. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. Steph. Reliquæ servant *submitteretur*, quod defendunt etiam Gron. Græv. et Ern.—2 *Extinxit* cod. Casaub. *secuit* Medic. 3. Pal. 2. Cop. Huls. Ed. Lugd. sine *in* ante *splend.* Deest in quoque Memm. Ed. Ald. sævit codd. quidam cum Ven. 2. 3. Bas. Gryph. Plant. et al. Heins. ommissa præp. voluit *nequit*. Supra codd. Casaub. et marg.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Nursinos*] Nursia: Umbriæ, hoc est, ducatus Spoletani, antiqua civitas, inter montes perpetuis nivibus occupatos sita, ut ait Maginus. Cluverio hodie *Norcia*.

† A. U. C. 712.

<sup>o</sup> *Societate*] De hac Velleius lib. 11. ‘tum inita potentiæ societas, et, hortantibus orantibusque exercitibus, inter Antonium etiam et Cæsarem facta affinitas, cum esset privigna Antonii desponsa Cæsari,’ &c. Consulatum inivit Octavius, pridie quam 20. annos impleret, 10. Cal. Octobres, cum Collega Q. Pedio, annis post urbem conditam 711. Tunc facta est celebris illa in insula Lavini fluvii Bononiensis colloentio, qua tot civium proscripta sunt a Triumviris capita, et ad eandem vicissim immutata, et Triumviratus institutus.

<sup>p</sup> *Quanquam invalidus*] Idem Velleius, quanquam dissentit Florus lib. 1v. c. 7. cum ‘alterum corporis ægritudo, illum, (Antonium scilicet,) metus et ignavia subduxissent.’

<sup>q</sup> *Castris exutus*] ‘Cornu cui Brutus præerat, pulsus hostibus, castra Cæsaris cepit,’ ait ibid. Velleius.

<sup>r</sup> *Capite Bruti*] Victus enim altero prælio Brutus, cum in collem ex fuga noctu se recepisset, sibi ipsi violentas manus attulit.

<sup>s</sup> *Statuæ Cæsaris*] Idem de Trebonio, Dolabellæ jussu, Smyrnæ factum est.

<sup>1</sup> *Verborum*] Legunt alii *verberum*; non minus apposite: nam et servile est.

<sup>u</sup> *In splendidissimum quemque... sæviit*] Casaubonus in uno codice legit, *extinxit*, editio Lugduensis *secuit*,

ter<sup>3</sup> sepulturam precanti respondisse dicatur, jam istam<sup>4</sup> volucrum fore potestatem: v alios, patrem et filium, pro vita rogantes,<sup>5</sup> sortiri vel micare<sup>w</sup> jussisse, ut alterutri concederetur: ac spectasse utrumque morientem, cum pa-



Gryph. *verberum*.—3 *Supp. uni* Vind. 1. Periz. cum Edd. Vett. Vocem *uni* otiosam censet Oud. *prec. sep.* Edd. Rom.—4 Hæc lectio cod. Memm. accepta a Græv. Gron. Ern. Wolf. Sed Oud. servavit vulg. *istam in vol.* Habent Medic. 3. et Ed. Doleti *potestate*, ac Vind. 2. Pin. cum Edd. ante Torr. in *v. potestatem fore*. Paulo ante Memm. *dicitur*.—5 *Rogantem* Harl. Periz. a m. pr. Edd. Ven. 1. Mediol. Cald. Lugd. Junt. Steph. Ald. Mox *micare* ex optimis codd. restituerunt VV. DD. In Viterb. et Edd.

## NOTÆ

omissa præpositione *in*. Quoposito referendum esset, vel ad flagellationem illam, qua cædebantur servi ante supplicium, vel supplicii loco, aut ad quodvis aliud sævitæ genus. Horat. Epod. iv. de Mena, S. Pompeii liberto, 'sectus flagellis hic Triumviralibus,' quod 'scindere' dixit Martial. Epig. 94. lib. III. 'poscisque flagella: Mavis, Rufe, coquum scindere quam leporem.' Quin et liberos homines qui solvendo non erant, secare in partes lege 12. tab. licebat: sed ideo tantum quod, ut ait Gellius, lib. xx. cap. 1. 'acerbitas plerumque ulciscendi maleficii, bene vivendi disciplina est:' idem enim auctor ibidem dicit 'dissectum esse antiquitus neminem, equidem neque legi, neque audivi.' Et certe si quæ suppetunt exempla dissectorum, vel a furente populo, ut sæpe factum est, vel a potentiore quodam crudelem hanc exercente vindictam, dissecti sunt.

v [In] *volucrum fore potestatem*] Sic de Curione Lucanus: 'Pascit aves nullo contactus Curio busto.' Casaub. ex Memmiano codice legendum mavult sine *in*, et Turneb. Advers. xxiv. lib. cap. 15. et certe utrumque potest. Cicero enim pro lege Manilia dixit 'in prædonum fu-

isse potestatem.' Et lib. iv. ad Attic. ep. 2. in fine: 'Sed volui meam potestatem esse vel petendi, vel in eunte æstate exeundi,' &c. alii quoque auctores non semel his modis locuti sunt.

w *Micare* [*dimicare*] Eadem non semel est ab aliis exercita crudelitas, in captivos præsertim; quos enim Annibal in castra perduxerat, paria fere fratrum et propinquorum jungens cogeat ferro decernere: ut habet Valer. lib. ix. cap. 2. Casaub. in Pithœi et Lislæi codicibus legit *micare*; quod nec Turnebo lib. xx. Advers. cap. 13. displicet: et omnino sic potest accipi; micatio quippe sortitionis species est, quæ fit per digitos, subito et sub certo numero expausos; hæc in antiquis controversiis dirimendis frequenter adhibita est, ut in contractibus, si de pretio aliave quadam re non conveniret. Quin et carnes de lanio sic emerent, ut patet ex veteri lapide de quo in calce operis. Hinc dimicare ortum est, quod proprie ortæ inter duos controversiæ finem imponere, seu tollere quodammodo controversiam; quod quia armis sæpe factum est, ideo 'dimicare' pro pugnare sæpius usurpatum reperias.

tre, qui se<sup>6</sup> obtulerat, occiso, filius quoque voluntariam occubisset necem. Quare ceteri,<sup>7</sup> in his M. Favonius,<sup>x</sup> ille Catonis æmulus, cum catenati producerentur, Imperatore Antonio honorifice salutato, hunc fœdissimo convicio coram proscederunt. Partitis post victoriam officiis, cum Antonius<sup>y</sup> Orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam<sup>8</sup> reducendos et municipalibus agris<sup>z</sup> collocandos recepisset; neque veteranorum neque possessorum<sup>9</sup> gratiam tenuit; alteris, pelli se,<sup>a</sup> alteris, non pro spe meritorum tractari, quærentibus. [14.] Quo tempore L. Antonium,<sup>b</sup> fiducia consulatus,<sup>†</sup> quem gerebat, ac fraternæ potentia, res



plurimis *dimicare*. Tum *ac conspexisse* Vind. 1.—6 *Quia se* Pal. tres, Memm. Cujac. Fouc. Medicei, probatum a Burm. Bernecc. Oud. et Ern. *qua* cod. Polit. *obtul. se* Vind. 1. Edd. Rom. Postea *voluntaria occ. nec* Viterb. Pal. 3. cum Edd. quamplurimis, et *occubuisse* Pal. 1. 2. *Abest quoque* a Vind. 1.—7 *Alii et in his*, sed præposit. fastidiunt Memm. Fouc. Medic. Cort. Pin. Voss. Harlem. (qui etiam omisit *ille*) Edd. Rom. Ven. 1. aliæque. —8 *In Italia* Fouc. Pin. Cort. Periz. Dein *convocandos* idem, cum Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. Mediol. sed correctum a Polit. Conj. Burm. *condonandos*. —9 Præbet vetus Lindenb. cod. teste Casaub. *priorum*. Periz. Pulm. Edd. Ven. tres et Mediol. *priorum*, unde rescripsit Burm. *possess. priorum*.—10 De-

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Favonius*] Hic etiam ille qui, instante jam Cæsare, Pompeio dixerat: 'Nunc terram pede pulsa: quod hic olim gloriabundus dixisset, illam sibi duntaxat esse pulsandam, ut pedestres inde equestresque copiae scaturirent.

<sup>y</sup> *Antonius*] Marcus scilicet triumphator: tres enim tunc temporis erant Antonii fratres, magnis omnibus honoribus conspicui, quo tempore Cæsar interfectus est. Hic nempe consul, Caius Prætor, Lucius tribunus plebis.

<sup>z</sup> *Municipalibus agris*] De municipiis in Jul. c. 14. Collocandos ideo veteranos recipiebat, ut susceptorum sui gratia laborum mercedem illis rependeret.

<sup>a</sup> *Alteris, pelli se*] Inter eos qui pul-

si sunt fuit Virgilius, qui Ario centurioni, a quo parum abfuit quin interficeretur, sedere agro suo coactus est, quod ipse Ecloga 1. allegorice conqueritur.

<sup>b</sup> *L. Antonium*] Qui impellente Fulvia, M. Antonii conjugæ, occasione usus est possessorum illorum, qui pulsati, frequentes ad ipsum concurrerant, suam in veteranis expellendis opem offerentes, qua fiducia rebellavit. Appian. lib. v. Bell. Civil. et Plutarch. in Antonio tradunt, excitatum a Fulvia bellum Perusinum, quod ipsa fore speraret, ut Antonius abduceretur a Cleopatra, si qui in Italia novi motus orientur. De Fulvia c. 62. et Martial. lib. x. epig. 21.

† A. U. C. 713.

novas<sup>10</sup> molientem, confugere Perusiam<sup>c</sup> coëgit, et ad de-  
ditionem fame compulit; non tamen sine magnis suis, et  
ante bellum, et in bello discriminibus. Nam cum specta-  
culo ludorum gregarium militem, in quatuordecim ordini-  
bus<sup>d</sup> sedentem, excitari<sup>e</sup> per apparitorem<sup>f</sup> jussisset, ru-  
more ab obtrectatoribus dilato, quasi eundem mox et<sup>1</sup> dis-  
cruciatum necasset; minimum afuit, quin periret concursu  
et indignatione turbæ militaris. Saluti fuit, quod, qui de-  
siderabatur, repente comparuit incolumis ac<sup>2</sup> sine injuria.  
Circa Perusinum autem murum sacrificans pæne interceptus  
est a manu gladiatorum, quæ oppido<sup>3</sup> eruperat. [15.] Pe-  
rusia capta, in plurimos<sup>5</sup> animadvertit; orare veniam, vel  
excusare se conantibus<sup>4</sup> una voce occurrens, ‘Moriendum  
esse.’† Scribunt quidam, trecentos ex dedititiis electos,  
utriusque ordinis, ad aram Divo Julio exstructam Idibus  
Martii<sup>b</sup> hostiarum more<sup>i</sup> mactatos. Extiterunt, qui



est *novas* Huls. et *suis* non habent Harlem. Periz. Ven. tr. Bon. Lugd. Mediol.  
Dein *ordinibus* mallent abesse Torr. et Lips. Item *delato* Fouc. Medic. 1.—  
1 *Et exulat* a Medic. 2. Periz. et Edd. ante Casaub. qui addidit.—2 *Et sine*  
Periz. Paulo post *ante murum* Voss. Mox *interemtus* Vind. 1. Fouc.  
Pin. Harlem. Edd. Ven. tr. Bon. Lugd. Junt. Ald. et aliæ, pro *intercept.*  
—3 ‘Liber opt.’ ait Torrent. ‘*qui oppidum eruperant.* recte.’ Fouc. Me-  
dic. 2. Pin. Dunelm. et Cajac. *erumpebat.*—4 *Orantibus* Vind. 2. Mox  
duo Casaub. et Edd. Rom. *ducentos*, et conj. Oud. fuisse scriptum *CD.*

## NOTE

<sup>c</sup> *Perusiam*] Vide cap. 9.

<sup>d</sup> *In XIV. ordinibus*] Equestria in-  
telligit, quæ sæpius, sine ‘voce ordo,’  
‘quatuordecim’ appellabant, ut supra  
in Jul. c. 39. ubi de illis.

<sup>e</sup> *Excitari*] Verbum hoc huic loco  
proprium; si quis enim in spectaculis  
e loco sibi non debito removeretur,  
hunc excitari dicebant. Martial. epig.  
14. lib. v. ‘Sedere primo solitus in  
gradu semper, Tunc cum liceret oc-  
cupare Manneius, Bis excitatus ter-  
que transtulit castra.’ Et aliis locis  
idem auctor.

<sup>f</sup> *Apparitorem*] Apparitores magis-  
tratum erant ministri, qui ad exe-

quenda eorum imperia præsto erant,  
quod Virgil. innuit, Æneid. XII. ‘Hæ  
Jovis ad solium sævique in limine  
regis Apparent, acunntque metum  
mortalibus ægris.’ Unde et appari-  
tores dictos affirmat in hunc locum  
Servius. Varii erant pro magistra-  
tum varietate.

+ A. U. C. 714.

<sup>5</sup> *In plurimos*] Perusinum præser-  
tim Senatium.

<sup>b</sup> *Idibus Martiis*] Quasi ad paren-  
talia celebranda: hoc enim die Cæ-  
sar interfectus fuerat. In Jul. cap.  
80. et 81.

<sup>i</sup> *Hostiarum more*] Quod et ignomi-

traderent, consulto <sup>s k</sup> cum ad arma isse, ut occulti adversarii, et quos metus magis quam voluntas contineret, facultate L. Antonii <sup>6</sup> ducis præbita, detegerentur; devictisque his et confiscatis,<sup>1</sup> promissa veteranis præmia persolverentur.<sup>7</sup> [16.] Bellum Siculum <sup>8 † m</sup> inchoavit in primis, sed diu traxit, intermissum sæpius;<sup>n</sup> modo reparandarum



nam Dio l. XLVIII. *τερρακόδοιοι* habet. Dein *deditiis* Edd. Rom. et al.—5 Mire dissentiunt h. l. codd. *conspecto* Memm. Lisl. Cuj. Huls. Pal. 2. Medicei, Voss. uti edidit Casaub. Schild. Pitisc. Lips. El. r. 12. emendavit *compecto* s. *compacto*, quod probat Jac. Gron. ad Liv. v. 11. Græv. in Edd. ultimis, Ond. qui in textum recepit, et Wolf. *Conspectu* Pin. unde proposuit Scheff. legend. *e conspectu*. Præbent Fouc. Vind. 2. Pal. 3. *ex proposito*, et *ex composito* marg. Mediol. quod etiam suprascr. Vind. 2. In Cort. *conspecto eum ad ar. isse ex propos.* quo ordine etiam Edd. Rom. Emendat Ern. *itum ad arm. isse*. Viterb. *conspicato*. Præfert Baumg. vulg. *consulto*, cum Torr. Burm. et Walther.—6 Probat Bernecc. iudicium Freinshem. duas illas voces *L. Ant.* irrepertitas esse censentis.—7 Ita e Memm. et Edd. Rom. edidit Casaub. In reliquis codd. et libris impressis *solverentur*.—8 *Sicul. bell.* Memm. Medic. duo, Dnnelm. Polit. Vind. 2. Voss. et eo ordine typis mandavit Oud. *inchoavit* Vind.

#### NOTÆ

næ majoris fuit; humi quippe strati, non gladio, sed securi, qua non nisi sotes, feriebantur. Crudelius etiam Sylla habuit M. Marinum, auctore Valer. lib. ix. c. 2. De Alexandro in Philippi patris sui interfectores Justinus lib. ii. c. 2.

<sup>k</sup> *Consulto* [*conspecto*] Varia admodum est hujus loci lectio. Alii *ex proposito, e conspectu*; Lipsius Elect. lib. i. c. 12. *compecto eum ad arma isse*, vel potius, *eos*, inquit, Augustum scilicet, et L. Antonium, quod ne credibile sit, obstat tota tunc hujus loci series, et præsertim capitis præcedentis, tum etiam de bello Perusino integrum caput 5. apud Florum lib. iv. nempe quod *compecto* idem sit, ac *ex compacto*, sen *ex composito*, quo sensu Plautus Capt. Act. iii. Sc. 1. 'omnes de compacto rem agunt?' alii *consulto*.

<sup>1</sup> *Confiscatis*] Fiscus quemadmodum et fiscinæ et fiscellæ, Asconio auctore, aliud nihil erant quam numerorum receptaculum quoddam majus,

quam quo uterentur privati; his enim ad censum suum loculi duntaxat erant, saccelli, arculæ, marsupia, &c. Cum igitur majores essent Reipub. pecuniæ quam privatorum, ideo fiscis, qui spartei erant, recondebantur. Unde pecunia publica dicta est simpliciter fiscus. Postea tamen discrimen illud fiscum inter et ærarium sub imperatoribus inductum est, quod fiscus pecuniam principis, ærarium vero publicam populi significaret et contineret. Hinc eleganter Plinius Trajano, 'at fortasse non eadem severitate fiscum, qua ærarium colibes; imo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis?' quæ differentia patet etiam ex c. 18. in Vespasiano.

† A. U. C. 718.

<sup>m</sup> *Bellum Siculum*] Sic dictum quod Sextus Pompeius, de quo in Jul. c. 35. occupata Sicilia, maritimam omnem oram vastaverat, Augusto et Antonio detentis bello Philippensi.

<sup>n</sup> *Intermissum sæpius*] Anno enim



classium causa, quas tempestatibus duplici naufragio,<sup>o</sup> et quidem per æstatem,<sup>p</sup> amiserat; modo pace facta, flagitante populo, ob interclusos commeatus,<sup>q</sup> famemque ingravescentem: donec navibus ex integro fabricatis, ac<sup>r</sup> viginti servorum millibus manumissis, et ad remum datis,<sup>r</sup> portum Julium apud Baias,<sup>s</sup> immisso in Lucrinum<sup>10</sup> et Avernum<sup>t</sup>

1. Tum reperandum in Memm.—9 Edidit Græv. ad ex conjectura, et recepit Pitisc. Marg. Gryph. dat X. pro XX. Mox Julii Periz.—10 Fonc. Lathrinum, et postea mari lac. cum Vind. utroque, Cuj. Periz. Huls. Edd. Rom. Ven. Med.

## NOTE

ab U. C. 712. Augustus in Macedoniam cum classe tendens ad Philippense bellum, Sextum Pompeium aggressus erat, qui tamen propter varios rerum eventus ante annum 718. ab Augusto, Lepidi copiis adjuto, non potuit terra marique profligari.

<sup>o</sup> *Duplici naufragio*] Notanda hic ὑστερολογία. Naufragia quippe passus est Augustus ann. U. C. 716. quo bellum Siculum recruduerat, rupta pace quam anno præcedenti Augustus, Antonius, et Pompeius inierant, icto fœdere ad Misenum Promontorium.

<sup>p</sup> *Et quidem per æstatem*] Qua tanta hostis sui adversitate sic elatus est S. Pompeius, ut cum singulari Deorum erga se favore, iraque adversus Augustum manifesta, factum id omnes prædicarent, Neptuni filius et dici et credi volnerit, quin et purpureum ducis paludamentum cæruleo commutarit, ut auctor est Appianus v. Civilium.

<sup>q</sup> *Ob interclusos commeatus*] Ii enim e Sicilia præsertim advelebantur, quam ideo cellam penuariam Reip. et nutricem plebis Romanæ vocaverunt.

<sup>r</sup> *Ad remum datis*] Magnam inde juventutis penuriam fuisse conjicere est. Servitia quippe Romani non amavere, nisi urgente necessitate gra-

vissima; quemadmodum exhausta tot cladibus post Cannensem Annibalis victoriam Rep. Nota vero hæc Jureconsultorum loquendi formula, ‘ad opus publicum,’ ‘ad latomias,’ ‘ad ludum gladiatorum dare.’ Sed hæc omnia pœnæ loco fuerunt; hic autem ad remum dare secus intelligendum; voluntariis enim sæpius quam compeditis usos remigibus constat, quamvis et pœnam fuisse reperitur, v. g. quod de fictitio illo Alexandro statutum ab Augusto refert Joseph. lib. Antiquit. xvii. c. 16. et Valer. lib. ix.

<sup>s</sup> *Baias*] Campaniæ oppidum Romanorum, deliciis notissimum, etiamnum hodie *Baia*, ubi castrum exiguum cum balneis.

<sup>t</sup> *Lucrinum et Avernum, &c.*] Uterque Campaniæ lacus est, poetarum monumentis notissimus. Ille piscium, et præsertim ostreorum, suorum copia et sapore in primis probato. Horat. Epod. xi. ‘non me Lucrina juverint conchylia;’ et Juvenal. Sat. iv. 141. ‘Circeis nata forent, an Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo Ostrea.’ Hic vero, Avernus scilicet, aquarum suarum, quin et piscium, odore sulfureo, sicque noxio, ut avibus, si quæ supervolant, sit letalis: ‘Sævamque exhalat opaca mephitim:’ propter aquas calidas, atque etiam ignes magna quoadque vi

lacum mari, effecit. In quo cum hyeme tota<sup>1</sup> copias excrevisset, Pompeium inter Mylas<sup>2 u</sup> et Naulochum superavit; <sup>v</sup> sub horam pugnae tam arcto repente somno devinctus,<sup>3</sup> ut ad dandum signum ab amicis excitaretur. Unde præbitam Antonio materiam putem exprobrandi, 'Ne<sup>4</sup> rectis quidem oculis eum aspicere potuisse instructam aciem: verum supinum,<sup>w</sup> cælum intuentem, stupidum cubuisse; nec prius surrexisse, ac militibus in conspectum fuisse,<sup>5</sup> quam a M. Agrippa<sup>x</sup> fugatae sint<sup>6</sup> hostium naves.' Alii dictum



Junt. Ald. Bas. Burm. suspicatur *τὸ lacum* esse glossema.—1 Torr. ex duob. codd. legebat *hiemes totas*, et *totas* quoque in Cort. Edd. Rom. *tota hi.* Mediol. aliaque. Supra *cum* deerat Fone. *exerc. copias* Cuj.—2 *Inter thermopytmilas* Memm. forte ait Burm. ex librario somniante de *Thermopylis*. Ed. Mediol. *nicas*. Alii Mss. cum Edd. Vett. *Milas*, vel corruptius *Milius*, et *Maulocum*.—3 *Devictus* Fone. Medicei, Vind. uterque, Cop. Harlem. Edd. Rom. Ven. et O. priores ad Casaub. usque, unde retinendam eam lectionem censuit Scriv. Deinde *unde ei præb.* Medic. 1. cum Cop. Huls. pro *et* sive *ctiam*, ut conj. Burm. Tum *putem matr.* Medic. 1.—4 *Nec rect.* Huls. Tum *supremum calum* duo Torr. Fone. Harlem. Periz. Cort. Edd. Rom. Ven. Bon. et priores, præter Steph. Bas. et seqq. *incubuisse* Viterb. Copes. *tribuisse* Vind. 1.—5 *In c. venisse* dant Memm. Harlem. Cop. Pal. 2. Fone. Pin. Longol. uterque Guelph. et Edd. Vett. omnes. Alteram lectionem receptam a Casaub. comprobant Viterb. Cujac. Medic. 1. 3. et Polit. Heins. malebat *in consp. irisse*.—6 *Sunt* in utroque Vind. et in pr. ac Periz. et Edd. Rom. Ven. Med. aliisque *naves host.* Mox *et invito* Edd. Ven. tr. Bon. Med. Cald. Utrumque

#### NOTÆ

regionibus illis erumpentes. Unde poetis ansa fingendi hos esse aditus Inferorum. Totus hodie superest, diciturque *lago di Tripergola*. Lucrinum ferme omnem opplevere cineres ex terræ motu anni 1538. ut ait Cluverius, Italiæ antiquæ lib. iv. 2. Dicitur hodie aliis *Marmorto*, aliis *lago di Licola*.

<sup>u</sup> *Myias*] Maritimum Siciliae oppidum, hodie *Melazzo*, non longe a Messana. Meminit Silius lib. xiv. 'Subsidium infidum fugientibus æquora Mylae.' Est et fluvius, qui urbem hanc intercurrit, quive *San Giuliano* dicitur Fazellio. Naulochum autem Messanae urbis navale fuisse, colligit ex Strabonis et Appiani collatione Casaubonus; quemadmodum et Gy-

thium Spartaë, Cenchrææ Corinthii, &c. dicta sunt navalia.

<sup>v</sup> *Pompeium . . . superavit*] 'Pæne omnibus exutus navibus, Pompeius Asiam fuga petivit, jussuque M. Antonii, cujus opem petierat, dum inter duces et supplicem tumultuatur, et nunc dignitatem retinet, nunc vitam precatur, a Titio jugulatus est.' Vel-leius lib. ii.

<sup>w</sup> *Supinum*] In duobus libris Torr. legit *supremum*, nec probat. Ad eorum morem alludit qui violento metu perculti, supplicesque, nonnisi vota fundunt; hoc enim habitu, supini scilicet, orabant. Horat. Od. 23. lib. iii. 'Cælo supinas si tuleris manus,' &c. et in Vitel. c. 7.

<sup>x</sup> *M. Agrippa*] Qui licet ignobili

factumque ejus criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamaverit, 'etiam invito Neptuno victoriam se adepturum,' ac die Circensium<sup>y</sup> proximo solenni pompæ simulacrum<sup>z</sup> Dei<sup>7</sup> detraxerit. Nec temere plura ac majora pericula ullo alio bello adiit. Trajecto in Siciliam exercitu, cum partem reliquam copiarum continenti<sup>8</sup> repeteret, oppressus ex improvise a Demochare et Apollophane, præfectis Pompeii, uno demum navigio ægerrime effugit. Iterum,<sup>9</sup> cum præter Locros Rhegium<sup>a</sup> pedibus iret, et prospectis biremibus<sup>b</sup> Pompeianis terram legentibus,<sup>c</sup> suas ratus, descendisset ad littus, pæne exceptus est. Tunc etiam per devios tramites refugientem<sup>10</sup> servus Æmilii Pauli,



desideratur in Cop.—7 *Deinde trax.* Memm. *detraxit* Periz. Harlem. Edd. Ven. Bon. Cald. Med. Gryph. et plures.—8 Pro hac lectione stant omni. fere codd. suffragantibus Gron. Wolf. Baumg. sed in Ms. Ursini et Ed. R. Steph. exaratur *cum ad p. r. c. continentem* r. probante Casaub. et in textum receperunt Græv. Burm. ac Pitisc. Etiam Copes. *continentem* habet, sed omittit *ad*. Heins. malebat *e continenti* vel *in continentem*, Oud. *c. p. r. c. ab continente*, et Ern. *ob partem r. c.* Ceterum deest *cum* Harlem.—9 *Item* Harlem. Periz. Edd. Ven. Bon. Lugd. Bas. et omni. præter Steph. et recentiores, quæ iterum magno membranarum consensu exhibent. Mox suadet Boxh. legendum *interceptus* pro *exceptus*.—10 *Refugiente* Fouc. Tum vellet Schottus Obs. III. 15. reponendum *patronum* loco *τοῦ πατρὸς*, repugnantibus Bernecc. et Peizon.

### NOTÆ

ortus loco, ut ait Tacitus, et infra Calig. c. 23. 'virtutis tamen,' ut ait Velleius, 'nobilissimæ, labore, vigilia, periculo invictus, parentique, sed uni, scientissimus, aliis sane imperandi cupidus, et per omnia extra dilationes positus, consultisque facta conjungens,' &c.

<sup>y</sup> *Circensium*] Ludorum, de quibus in Jul. c. 39.

<sup>z</sup> *Simulacrum*] Deorum simulacra bajuli ferebant in Circensi pompa. In Jul. ibid.

<sup>a</sup> *Locros Rhegium*, &c.] Illa Magnæ quondam Græciæ civitas, a Locrensisbus Achaïæ populis in ora condita. Virgil. III. Æneid. 'Hic et Narycii posuerunt mœnia Locri.' Hodie Gie-

rai. Rhegium vero etiam *Reggio*, in ora veterioris Calabria, contra Mesaniam.

<sup>b</sup> *Biremibus*] Binos habentibus remorum gradus, ita ut remigum ordines intelligi non debeant in longum porrecti, sed in altum dispositi, sic ut alter altero superior sederet, hiremes autem et monoremes explorandis duntaxat hostibus, aut agendis exenbiis adhibitas, Salmasius existimat.

<sup>c</sup> *Legentibus*] Nauticum verbum. Virgil. Æneid. 'Littoraque Epiri legimus.' Legere quippe nautis præterire est, quod dum aspera loca prætereunt, legere, hoc est, colligere, vella consueverunt.

comitis ejus, dolens proscriptum olim ab eo patrem<sup>d</sup> Paulum, et quasi occasione ultionis oblata, interficere conatus est. Post Pompeii fugam, collegarum alterum<sup>e</sup> M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat,<sup>f</sup> superbientem viginti legionum fiducia, summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliavit exercitu: supplicemque, concessa vita, Circeios<sup>2 f</sup> in perpetuum relegavit. [17.] M. Antonii societatem semper dubiam et incertam, reconciliationibusque<sup>3</sup> variis<sup>g</sup> male focillatam, abruptit tandem.† Et quo magis, degenerasse eum a civili more,<sup>h</sup> approbaret, testamentum, quod is Romæ, etiam de Cleopatra<sup>4</sup> liberis



Item abesse vocem *et* ante quasi mallet Ern.—1 *Vocarat* Harl. Periz. Edd. Ven. tr. Med. Bon. *evocaverat* Edd. Rom. *convocarat* Vind. 1. *convocarerat* Vind. 2.—2 *Cortcios* Fouc. *Circeos* Edd. Ald. Græv. Gron. Burm. Ern. et ita Periz. Harlem. Vind. 1. *Cerocios* Medic. 3. *Cerceis* Bas. In aliis Edd. *Circeis* vel *Cerceis*.—3 *Et reconc.* Fouc. et deest *que* Periz. Cort. Harlem. Edd. Rom. Ven. tr. Med. Bon. Junt. Lugd. Ald. et al. usque ad Bas. Dein *focillatam* Memm. Medic. 1. 2. cum aliis nonnullis. *follitam* unus Torr. *fulcitam* marg. Ant. Gryph. In Cujac. *focill. velut filum abr.* ex glossa. Abest etiam *et* ante *quo* a Vind. 1.—4 Hæc emendatio Jac. Gron. probarunt Græv. Burm. Wolf. Baumg. de *Cleopatraz liberis* Edd. Vett. vel ut est in Steph. et cod. Periz. Pin.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Patrem*] Istius Æmilii Pauli comitis ejus Paulus pater, Lepidi frater erat. Velleius lib. II. ‘Nequid ulli sanctum relinqueretur, vel in dotem invitamentumque sceleris, Antonius Lucium Cæsarem avunculum suum, Lepidus Paulum fratrem proscripserant.’ Cum autem Munnatius Plancus, qui cum Lepido Cos. erat, impetrasset quoque ut frater ipse suus Plancus Plotius proseriberetur, inde factum, ut inter jocos militares et execrationem civium, qui Lepidi Plancique triumphantium currus sequebantur, usurparent hunc versum: ‘De Germanis non de Gallis duo triumphant consules.’ Et narrat ibidem Velleius. De proscriptione quid esset c. II. in Julio.

<sup>e</sup> *Collegarum alterum*] In triumviratu.

<sup>f</sup> *Circeios*] Hodie *Circelli* in Latio.

Alii aliter; non enim in exilium, sed Romam missum dicunt, ut ibi privatus, et pontificatu maximo contentus degeret.

<sup>g</sup> *Reconciliationibus variis*] Quinque enim vel sexies depositis et recrudescentibus simultatibus, reconciliati fuerant, Nervæ Cocceii et Mæcenatis præsertim interventu. Horat. Sat. 5. lib. I. ‘Hinc venturus erat Mæcenas optimus: atque Cocceius, missi magnis de rebus uterque Legati, aversos soliti componere amicos.’

† A. U. C. 723.

<sup>h</sup> *Civili more*] Hoc est a probi et veri civis officio. Liberos enim suos ex Cleopatra non hæredes modo instituebat, contra jus Romanum, quo nemini præterquam civi licebat capere quicquam ex testamento, sed etiam reges regum appellabat, &c.

inter hæredes nuncupatis, reliquerat,<sup>i</sup> aperiendum<sup>s k</sup> recitandumque pro concione curavit. Remisit tamen hosti iudicato necessitudines<sup>l</sup> amicosque omnes, atque inter alios C. Sositium<sup>m</sup> et Cn.<sup>6</sup> Domitium,<sup>n</sup> tunc adhuc Consules.<sup>t</sup> Bononiensibus<sup>o</sup> quoque publice, quod in Antoniorum clientela<sup>p</sup> antiquitus<sup>7</sup> erant, gratiam fecit conjurandi<sup>q</sup> cum

<sup>i</sup> *Nihilominus postquam iudicatus est hostis Rcip. Augustus remisit ad illum suos affines et amicos.*

sine de. Habent etiam et de Cleopatraz Medic. 1. 3. Polit. Copes. et Torr. etiam et de Cleopatra Memm. et ita Dunelm. omisso de. Freinsh. emendavit de Cleopatra et liberis, Casaub. etiam de Cleop. et de Cleopatraz lib. probante Oud. Item corrigebat Scheff. etiam ex Cleopatraz lib. Pro etiam mallet Baumg. demum et.—5 *Aperendum* edidit Oud. fide Memm. Medic. trium et Polit. Tum *indicato* perpetuo errore Fouc. Dunelm.—6 Vulgo *T. Domit.* Aut *T. delendum*, aut *Cn. reponendum* consentiunt omnes Editores. Cod. Torr. dat *C. Dom.* et Pal. tr. *Caïum.* Paulo ante *Cossium* Viud. 1.—7 *Antiq.* exulat a Viud. 1.

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Reliquerat*] Apud Vestales, auctore Plutarcho, ut et Cæsar, de quo in Julio c. 83. Hæ autem petenti Augusto illud non tradiderunt, sed accipere, siquidem adversari non poterant, invitæ concesserunt.

<sup>k</sup> *Testamentum ... aperiendum*] Hoc Augusti factum multis insectatur Casaubonus: quod sit contra Romanorum religionem, jus ipsum gentium, humanitatem, ipsiusque Antonii et magnorum virorum exemplum, qui ne deprehensas quidem inimicorum suorum literas legere voluerunt. Quin et deportatione dignum erat, si legibus Romanis æstimetur, Cornelia scilicet, ut patet ex lege 1. ff. ad leg. Cornel. de falsis: 'is qui vivi testamentum apernerit, legis Corneliæ poena tenetur,' et lib. xxxviii. § 7. ff. 'de pænis.'

<sup>l</sup> *Necessitudines*] Vox hæc tam significat quod necessum est, quam jus et vinculum quoddam religiosæ conjunctionis aut affinitatis, quo utroque sensu necessitas quoque usurpatur, quamvis postremo frequenter minus, auctore Gellio lib. xiiii. c. 3.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>m</sup> *C. Sositium*] Huic, cum Publicola, curam Actiacæ pugnæ commiserat Antonius.

<sup>n</sup> *Et Cn. [T.] Domitium*] Ex uno codice et Capitolinis lapidibus Torrentius et juxta ipsum Casaubonus emendant, *Cn. Domit.* &c. quo posito idem ille fuisse dici potuerit, quem Velleius dicit ultimum defecisse ab Antonio ad Augustum, sub tempus Actiaci prælii.

<sup>o</sup> *Bononiensibus*] Bononia civitas Galliæ Cisalpinæ, hodie *Bologna.* Ex Halicarnassæ lib. iii. constat non tantum in ipsa urbe plebem patriciorum patrocinio defensam, sed et coloniarum, sociarum, ac amicarum civitatum, et bello subactarum uncinique suos fuisse patronos, e civibus Romanis electos ad libitum. Sæpe autem contingebat, ut controversias gentium ac civitatum Senatus ad earum patronos remitteret, rataque haberet eorum iudicia.

<sup>p</sup> *Clientela*] De clientibus in Julio c. 2.

<sup>q</sup> *Gratiam fecit conjurandi*] Gratiam alicujus rei facere, pro remittere eam,

*Sueton.*

O

tota Italia pro partibus suis.<sup>d</sup> Nec multo post navali prælio apud Actium<sup>r</sup> vicit, in serum dimicatione protracta, ut in navi<sup>s</sup> victor pernoctaverit. Ab Actio<sup>9</sup> cum Samum<sup>s</sup> in hyberna se recepisset, turbatus nuntiis de seditione militum, præmia et missionem<sup>10</sup> poscentium, quos ex omni numero, confecta victoria, Brundisium<sup>1</sup> præmiserat, repetit Italiam, tempestate in trajectu bis conflictatus: primo inter promontoria<sup>1</sup> Peloponnesi<sup>u</sup> atque Ætoliæ,<sup>v</sup> rursus circa montes Ceraunios,<sup>w</sup> utrobique parte Liburnicarum<sup>x</sup> demersa,

<sup>d</sup> Atque etiam permisit Bononiensibus, ne cum reliqua Italia se astringerent jurjurando pro partibus suis, eo quod a priscis temporibus essent clientes Antoniorum.



æque ac Copes. Idem dat pro suis part. et inde conj. Oud. suis insititium esse, sicut ante cum alii, Torr. teste.—8 In nave ediderunt Oud. Wolf. secuti Memm. Mediceos, Ed. Rom. et Cop. qui etiam pernoctavit.—9 Quædam Edd. incipiunt caput ab illis Ab Actio. Vulgo insulam additur post Samum, sed non agnoscunt Pal. tr. Fouc. Memm. Medic. Pin. Cuj. Voss. nec Edd. Steph. Ald. Arg. Junt. Dein turbatus Medic. 3. Postea ejecerunt militum Gron. et Oud. cum Memm. Vind. 1. Cort. Fouc. Dunelm. et aliis, cum Edd. Rom. Ven. tr. Bon. Mediol. accedente Burm.—10 Missione Harlem. Tum Italiam servant soli Vind. 1. Cort. et Polit. Reliqui Mss. alia, et quidam, ut Periz. Fouc. Dunelm. distinguunt, repetit. Alia t. Consentiant Edd. Vett. nisi quod Steph. plane vocem omiserit. Malebant Scheff. et Oud. repetita Italia, &c. est conflict. et Ern. suadebat repelens Italiam.—1 Memm. pronunt. qui et mox utru-

#### NOTÆ

aut ab ejus faciendæ necessitate liberare. Quo sensu Plautus Rudente v. Scen. ultima, 'jurisjurandi volo gratiam facias.' Senec. Epist. 10. 'votorum tuorum licet gratiam Diis facias.' Ad hoc beneficium Bononiensibus ab Aug. illatum respexisse videtur Ovid. Tristium lib. 1. 'Sæpe fidem adversis etiam laudavit in armis, Inque suis amat hanc Cæsar, in hoste probat.'

<sup>r</sup> Apud Actium] Notandus est hujus prælii annus, qui fuit ab U. C. 723. quarto nonas Sept. ætatis Augusti 32. multi quippe Dionem secuti ejus imperium ab hac pugna ordiuntur.

<sup>s</sup> Samum [Insulam] Triplex est illius nominis insula; altera in Icario mari Ionix adjacentes contra Ephesum, quæ

etiam hodie Samo; altera Thraciæ contermina, hodie Samandrachi; tertia, de qua hic verosimiliter est sermo, in Ionio mari, Leucadem inter et Zacynthium, hodie Cephalonia.

<sup>t</sup> Brundisium] In Jul. c. 34. de missione in Jul. c. 7.

<sup>u</sup> Peloponnesi] Nota Græciæ Peninsula, hodie Morea.

<sup>v</sup> Ætoliæ] Regio est Achaia, in Epiri confinio, hodie Artinia.

<sup>w</sup> Ceraunios] Epiri montes altissimi, qui et Acroceraunii, hodie Monti della Chimera dicuntur. Est et Acroceraunium promontorium Ionio mari imminens, montium illorum pars, hodie Capo della Chimera; de quo probabiliter hic sermo est.

<sup>x</sup> Liburnicarum] Liburnæ vel Li-

simulque<sup>2</sup> ejus, in qua vehebatur, fuis armamentis, et gubernaculo diffracto.<sup>3</sup>† Nec amplius quam septem et viginti dies, donec desideria militum ordinarentur, Brundisii commoratus, Asiæ Syriæque<sup>y</sup> circuitu Ægyptum petit: obsessaque Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi potitus est. Et Antonium quidem, seras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditque mortuum.<sup>z</sup> Cleopatras,<sup>4</sup> quam servatam triumpho<sup>a</sup> magno opere cupiebat, etiam Psyllos<sup>b</sup> admovit, qui venenum ac virus



bique cum Cop. Medic. aliisque. *Ceraurucos* Edd. Mediol. Cald.—2 *Simul sine que* Pal. 1. 2. Cop. Medicei, et consensu Grut. delevit Oud. cum Wolf. *Contra fuisisque* Vind. 1. et *armentis* Harlem. Ed. Ven. 1.—3 *Defracto* quidam codd. et Ed. Bas. *disfracto* Vind. 1. *distracto* Cop. Mox *ad desid.* Memm. Pith. quod probat Cujac. et *desid.* Viterb. Cop. Pal. tr. Medic. 2. Vind. 2. pro quo conj. Ond. *ea desid.* In Vind. 2. corrupte *donec desiderarentur ordin.* Dein *circumitu* Medic. 2. Cort. in quo desideratur *que post obsessa*, ut in Periz. Harlem. (qui et *Alexandrina*) Edd. Rom. Ven. tr. Lugd.—4 Torr. et Casaub. ex Dione c. 14. probant lectionem plurimum codd. *viditq. mortuam Cleopatram.* Ond. legendum suadet *ultraque morienti vel mortuæ Cleopatras*, et Gronov. *unxitque mortuum.* Vulg. lect. servandam cum Baumg. existimabat Burm. Herald. ad Mart. 1v. sensum accepit, ut *mortuum sit τὸ νεκρὸν, cadaver.* Porro et *Psyll.*

## NOTE

burnicæ naves quædam erant bellicæ expeditissimæ, quibus utebantur Liburni, Dalmatiæ populi, quorum cum nus in Actiaca pugna præcipuus fuisset ad victoriam, (miserant enim ad Augustum auxilia,) inde Augustus ceterique ab ipso imperatores, similitudine una et nomine usurpato, classem illarum instar habuerunt. De iis sic Vegetius lib. v. cap. 7. ‘minimæ Liburnæ remorum habent singulos ordines, paulo majores binos, idoneæ mensuræ ternos vel quaternos, interdum quinos sortiuntur remigum gradus.’ Duos tantum assignat Lucanus. ‘Ordine contentæ gemino crevisse Liburnæ.’ De illis remigum ordinibus c. 16.

† A. U. C. 724.

<sup>y</sup> *Asiæ Syriæque*] De illa c. 2. de hac c. 35. in Julio.

<sup>z</sup> *Viditque mortuum*] Sic in Mss.

Casaubonus. Tamen Torr. in duobus Mss. sic legit, *viditque mortuam Cleopatram, quam, &c.* juxta Dionem qui lib. li. ad verbum τὸ τε σώμα αὐτῆς εἶδε, καὶ φάρμακα αὐτῷ καὶ Ψύλλους, εἴπας ἀνασφῆλει, προσήνεγκε. *Corpus ejus vidit, remediaque ei et Psyllos adhibuit, si aliquo modo restitui posset.* Et Antonii corpus visum ab Augusto, alius nemo tradidit: unde lectionem posteriorum aliqui prætulere. Velleius de Antonio: ‘Antonius se ipse non segniter interemit, adeo ut multa desideria crimina morte redimeret.’

<sup>a</sup> *Servatam triumpho*] Non triumphi tantum gratia, sed sollicitus etiam de congestis ab ea pecuniis.

<sup>b</sup> *Psyllos*] Libyæ populi, qui serpentum morsibus, venenum ore trahentes, medebantur. Marmaridas, quorum hodie regio *Barcha* dicitur, Lucanus appellat: ‘Gens unica ter-

exsugerent; <sup>5</sup> quod perisse morsu aspidis <sup>c</sup> putabatur. Am-  
 bobus communem sepulturæ honorem tribuit, ac tumulum  
 ab ipsis inchoatum perfici jussit. Antonium juvenem,  
 majorem de <sup>6</sup> duobus Fulvia <sup>d</sup> genitis, simulacro D. Julii,  
 ad quod post multas et irritas preces confugerat, abreptum <sup>e</sup>  
 interemit. Item Cæsariionem, <sup>f</sup> quem ex Cæsare patre <sup>7</sup>  
 Cleopatra concepisse prædicabat, retractum e fuga suppli-

//////////

exhibent duo Torr.—5 *Sugerent* Cort. et Edd. Rom. et *putabant* Cort. Tam  
 al. *periisse*, ut alibi. *Mox retribuit* Harlem. *inchoatam* vel *inchoatum* Vind.—  
 6 *Deest de Memm. Medic. 3. Infra Fouc. simulacra*, et idem *arreptum*, cum  
 duob. *Medic. Pin. Vind. 3. Periz. et Edd. aliquot.*—7 *Patre eiecit Casaub.*  
 cum *Sabell. Burm. Bip. et abest ab Cujac. Huls. Voss. Vind. 2. Medic. 2.*  
 a m. sec. Reliqui cum Edd. Vett. præter Bas. servant, quos secuti Oud.\*

#### NOTÆ

ras Incolit a sævo serpentum innoxia  
 morsu,' &c. 'Marmaridæ Psylli par  
 lingua potentibus herbis.' Non quod  
 peculiari quadam arte ad exsugenda  
 venena pollerent, sed quod illa in  
 vulnere duntaxat, non gustu noceant.  
 Auctore Plinio lib. vii. cap. 2. et lib.  
 viii. c. 25.

<sup>c</sup> *Morsu aspidis*] Affirmat Velleius  
 l. ii. c. 27. 'At Cleopatra, frustratis  
 custodiibus, illata aspide, morsu sane  
 ejus, expers muliebris metus, spiritum  
 edidit.' Florus l. iv. c. 11. 'Regina,  
 ad pedes Cæsaris provoluta, tentavit  
 oculos ducis, frustra, &c. admotisque  
 ad venas serpentibus, quasi somno  
 soluta.' Aspidum plures species,  
 quarum omnium commune symptoma  
 somnus, et sine sensu ac dolore mors.  
 Cinna apud Gellium lib. ix. c. 12.  
 'Somniculosam ut Pænus aspidem  
 Psyllus.' Unde verosimiliter electi  
 sunt a Cleopatra; quanquam sint,  
 qui dicant illam periisse veneno quo-  
 dam delibutorio, quod in lamina con-  
 cava sub crinibus occultaret. Plu-  
 tarchus quidem, hæc ipsa referens,  
 addubitat quo mortis genere perierit,  
 quasi, cum periit, parum constitisset

genus illius mortis; licet in aspidem  
 magis inclinaret, sed brachio, non mam-  
 mæ affixam, quo etiam sensu, de ejus  
 imagine in triumphum delata, Propert.  
 eleg. 10. lib. iii. 'Brachia spec-  
 tavi sacris admorsa colubris, Et tra-  
 here occultum membra soporis iter.'  
 De quibus et Strabo lib. xvii.

<sup>d</sup> *Fulvia*] Priore Antonii conjuge,  
 de qua c. 14. hæc enim mortua dux-  
 erat Octaviam Augusti sororem, in  
 cujus octavo post anno repudiatae lo-  
 cum substituerat Cleopatram, cujus  
 amore jam antea flagrabat.

<sup>e</sup> *Simulacro D. Julii . . . abreptum*] Ne ad ipsum, ut probabile est, inter-  
 ficeretur; tutissimum enim postea re-  
 fugium fuit, si qui ad statuas princi-  
 pum confugerent.

<sup>f</sup> *Cæsariionem*] De quo in Jul. c. 52.  
 Hunc, cum jussu matris fugeret in In-  
 diam, Augustus ab itinere quasi in  
 societatem regni revocaverat, qui  
 cum amicorum super eo sententias  
 requireret, dixisse ferunt Areium  
 philosophum, de quo infra c. 89. non  
 esse probandam Cæsarium multitudi-  
 nem, atque idcirco occisum. Ut re-  
 fert Plutarch. in Antonio.



cio affecit. Reliquos Antonii reginaeque communes liberos, non secus ac necessitudine junctos<sup>8</sup> sibi, et conservavit, et mox pro conditione ejusque sustinuit ac fovit. [18.] Per idem tempus, conditorium<sup>8</sup> et corpus<sup>9</sup> Magni Alexandri, cum prolatum e penetrali subjecisset oculis, corona aurea<sup>h</sup> imposita ac floribus aspersis veneratus est; consultusque, num et Ptolemæum<sup>10i</sup> inspicere vellet, 'Regem se volu-



Wolf. Baumg. conc. etiam non agnoscit Harlem.—8 *Vinctos* Edd. Rom. cum nonnullis Mss. et post sibi fastidiunt quoque Vind. 1. Cort. Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. Bon. Lugd. Postea et fovit Vind. 1.—9 *Corpus* deerat Fonc. Pro aurea legend. censuit Bernecc. laurea. Vind. 1. aura. Dein aspersum Fouc. Pal. 3. Dunelm. Guelph. 2. Longol. Cnj. Harlem. Periz. Medic. 2. et Edd. Vett. ad Bas. usque, quod prætulit Burm. cum Ern. aspersus Memm.—10 Ita, syllaba ultima circumflexa pro genitivo plurali, præferendum duxerunt Casaub. Bernecc. Heins. Rnhnk. Baumg. In Edd. fere O. *Ptolemæum*. Oud. conj. *Ptolemæum*, quod Wolf. placet. Paulo ante *consultus num* Copes. Et quoque deest

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Conditorium*] Fuisse videtur arca illa, sive repositorium illud vitreum, cum aureo primum inclusum fuerat Alexandri corpus, non vero locus ille in urbe media regum sepulturæ destinatus, ejus meminit Strabo lib. v. et etiam hodie regum magno apud Turcas in honore esse, recentiores testantur. Corpus Alexandri, Perdicæ ademptum, Ptolemæus Lagi filius, Babylone transtulit Alexandriam. Vide notam Casauboni hic.

<sup>h</sup> *Corona aurea*] Schildius ex Berneccero mendum suspicatur, et emendat *laurea*, quod hæc Imperatorum præcipue fuerit, non autem aurea, quæ nec etiam regum propria fuit, sed diadema tantum, de quo in Jul. c. 79. verum Tertullianus de Idololatria c. 18. hæc habet: 'Igitur purpura illa et aurum cervicis ornamentum eodem more apud Ægyptios et Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc prætextæ, vel trabeæ, vel palmatæ, et coronæ aureæ sacerdotum provincialium.' De floribus vero aspersis, vetus fuit consuetudo,

ut in Deorum lariumque et sepulcorum honorem adhiberentur, ut Virgil. lib. vi. in fine: 'Manibus date lilia plenis, Purpureos spargam flores, animamque nepotis His saltem accumulem donis,' &c. Quod et ipsa Antonio præstat Cleopatra, apud Plutarch. in Antonio. Capitolinus, de Antonino Philosopho, 'tantum autem honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, ac sepulcra eorum additis (alii legunt *aditu*) hostiis floribus semper honoraret.' Qui mos diversus apud Græcos fuit; apio enim sepulcra coronabant: unde apud ipsos apio indigere, pro periculose ægrotare.

<sup>i</sup> *Ptolemæum*] Sic scribit Torr. cum accentu circumflexo, ut sit pro *Ptolemæorum*: probat Casaubonus, et congruentius videtur ad orationis seriem: addit enim noluisse se videre mortuos; Ptolemæi quippe omnes jam inde a tertio deliciis corruptam, et oblivione dignam vitam egerunt, quos ideo mortuos appellaverit. Quod si Ptolemæum in accusandi casu retinu-

isse,' ait,<sup>1</sup> 'videre, non mortuos.' Ægyptum in provinciæ formam<sup>k</sup> redactam, ut feraciorem habilioremque annonæ urbicæ<sup>l</sup> redderet, fossas omnes, in quas<sup>m</sup> Nilus exæstuat,<sup>n</sup> oblimatas longa vetustate, militari opere<sup>2</sup> detersit.<sup>e</sup> Quo- que Actiacæ victoriæ memoria celebratior in<sup>3</sup> posterum esset, urbem Nicopolin<sup>+o</sup> apud Actium condidit: ludos- que illic Quinquennales<sup>p</sup> constituit; et ampliato vetere Apollinis templo,<sup>q</sup> locum castrorum,<sup>r</sup> quibus fuerat usus,

<sup>e</sup> *Repurgavit opera militum omnes fossas, in quas Nilus exoneratur, quæ propter magnam antiquitatem obturatæ erant limo.*



Periz. Harlem. Edd. Ven. tr. Mediol. 1.—1 *Se ait vol.* Periz. Harlem. et Edd. Vett. *ait se r.* Edd. Steph. Bas. Gryph. et al. Nostram lect. restituit Casaub. ex suis codd. quibus consentiunt Memm. Vind. 2. Cort. *Tua faciliorem* Fouc. in quibus Pal. 1. Huls. Cop. Medic. 1. in deest Pal. 3. Item *astuat* Edd. Ven. 2. 3.—2 *Militari opere* Edd. Ven. 2. 3. *opera d. quo quia* Vind. 1. *ope* Fouc. Dein *celebrior* Vind. 2.—3 *Et in post* restituit Burm. probantibus Oud. Wolf. accedentibus Memm. Fouc. Harlem. Cop. Vind. Medic. tr. Edd. Rom. Ven. Mediol. aliisque. Omisit *et* Ant. Gryph. cum Plant. et recentiorib. Huls. non habet in post. *esset.*—4 Ed. Rom. pr. *Nicopolis.* Mox *Quinquennales* Vind. 1.

#### NOTÆ

eris, non alius videtur intelligendus quam Ptolemæus Lagi filius, regni illius conditor.

<sup>k</sup> *In provinciæ formam*] Quod facere noluerat. Julius in Jul. c. 35. constituit ibi præfectum, qui exinde Augustalis appellatus est.

<sup>l</sup> *Annonæ urbicæ*] Romanæ scilicet; annona enim ex Ægypto plurima Romam invehatur. Plinius in Panegy. 'pererebuerat olim urbem nostram, nisi opibus Ægypti ali sustentari non posse.' Quatuor mensium annonam suppeditari ab Ægypto, scripserunt Jocephus et Hegeſippus.

<sup>m</sup> *In quas*] Quidam in quibus legunt.

<sup>n</sup> *Nilus exæstuat*] Meatus erant quidam intereisi, per quos aqua Nili in arva remotiora, segetibus destinata, transmittatur. De quibus etiam plura apud Plinium lib. v. cap. 9. et Herodotum in Euterpe, et apud Se-

necam lib. iv. Quæst. Natural. c. 2. Chomata et Diacopi dicuntur Ulpiano l. 10. ff. de extraordinariis criminibus.

<sup>o</sup> *Nicopolin*] Hodie *Trevesa* Magino est, in Albania libera quondam civitas, eaque celeberrima, ubi divini honores Augusto habiti sunt, sacerdotesque omnium honoratissimi. Augustalis siquidem Sacerdos nomen dabat anno, aliisque ejusmodi prærogativis insigniebatur.

<sup>p</sup> *Ludos ... Quinquennales*] Hoc est qui quinto quoque anno celebrarentur, magnificentia quanta poterat fieri maxima, Olympiorum instar. His similes jam ante Actio Apollini consecrati erant, et eorum curæ præpositi Lacedæmonii, ut expresse narrat Strabo lib. vii. Ad hos alluisse videtur Virgil. iii. Æneid. 'Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.'

<sup>q</sup> *Ampliato vetere Apollinis templo*]

exornatum navalibus spoliis, Neptuno ac Marti<sup>s</sup> consecravit. [19.] Tumultus post hæc,† et<sup>s</sup> rerum novarum initia, conjurationesque complures, priusquam invalescerent, indicio detectas compressit, alias alio tempore: † Lepidi juvenis, deinde Varronis Murenæ<sup>6</sup> et Fannii Cæpionis, mox M. Egnatii,<sup>7</sup> exin Plautii Rufi, Luciique Pauli progeneri sui: † ac præter has L. Audasii,<sup>8</sup> falsarum tabularum<sup>v</sup> rei,



et applicato Pal. 1. Apollonis Memm. ut alibi. Item et Marti Vind. 1.—5 Vulgo ac etiam rer. Prætulit Burm. et etiam, astipulante Ern. cum Lys. et Ed. Rom. Delevit etiam Oud. fide trium Medic. utriusque Vind. Cort. Cop. Voss. in quo posthac, quibus accedunt Fouc. Dunelm. Postea idem Oud. delet et ante alias, quod non legitur in Pal. 1. 2. Medic. 3. et Edd. Ald. Arg. Junt. Steph. assentientibus Bernec. Burm. Ern. Baumg.—6 Murenæque Periz. Murenæ Cop. Murrenæ Medic. Edd. Ven. 1. Mediol. Tum Fanni Medic. duo. Fanni Vind. 2. Scipionis Edd. Rom.—7 Genati Pal. 1. 2. Fouc. Dunelm. Periz. Cuj. Harlem. et Edd. Vett. Genatii Plant. Genatii Memm. Rescripsit Turneb. Genatii. Servat Egnatii solus Nonnii cod. Mox Plantii codd. Casanb. Planci vel Plancii Periz. Harlem. Plauti Memm. Cop. et Ed. Rom.—8 Audasii Fouc. Audasi Cujac. Audacii Ed. Rom. Audavi Periz. Audacii Harlem. Ven. tr. Audacius Bas. Audasi de more Memm. qui et Asini, cum aliis. Temasini Fouc. Themasini Periz. Cop. Harlem. Edd. Rom. Bon. Ven. et Vett. omni. usque ad Plant. nisi quod Thenasini Junt. et Ald. Epidaci Lugd. Junt. Epicardi, et mox Epicardus, Seb. Gryph. et

## NOTÆ

Hujus meminisse videtur Strabo ibid. Silius lib. xv. ‘Lencatæ et Phœbi vidit citus Actia templa.’ Dio lib. LI. initio missam Actium coloniam testatur, obscurum antea oppidum, unde Virgil. ibid. dixit de Actio, ‘parvæ succedimus urbi.’

† *Locum castrorum*] Hoc ipso in loco conditam urbem, auctor est Dio, et templum ea ipsa parte, in qua fuerat Augusti prætorium. Quod quia factum alias ex Strabonis lib. iv. colligit Casaubonus, ideo sententiæ Dionis acquiescit, damnato erroris Suetonio, cui tamen Plutarchus astipulatur in Antonio: vide et c. 96. infra.

‡ *Neptuno ac Marti*] Idem Dio, et Strabo non Neptuno sed Apollini consecratum aiunt, quod placet Casaubono propter summam religionem Augusti in Apollinem, et veteres ejus cum Neptuno simultates, de quibus c. 16.

† A. U. C. 721.

† *Alius alio tempore*] Harum maximam partem, eodem quo hic ordine, Livia recenset apud Senecam lib. I. de Clement. cap. 9. ut mirum sit, nullam a Suetonio factam esse mentionem Cornelii Cinna, qui omnium ultimus conjuravit.

† *Progeneri sui*] Progener dicitur neptis maritus, quemadmodum prosocer sive socer magnus est viri aut uxoris avus. Hic autem Paulus Juliam duxerat Augusti neptem, ex Agrippa genero et Julia filia, de quibus cap. 64.

† *Falsarum tabularum*] Quid tabulæ sint in Jul. c. 42. Falsarum reus est, quicumque falsas non modo conficit, sed vel signavit, vel testamentarias alterius delevit, resignavit, &c. Pœna erat deportatio, ut ex legibus c. 17. citatis videre est.

ac neque ætate, neque corpore integri: item Asinii Epicadi, ex gente Parthina,<sup>w</sup> hybridæ:<sup>x</sup> ad extremum Telephi, mulieris servi nomenclatoris.<sup>10 y</sup> Nam ne ultimæ quidem sortis<sup>z</sup> hominum conspiratione et periculo caruit. Audasius<sup>1</sup> atque Epicadus Juliam filiam et Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere<sup>a</sup> ad exercitus:



Dolet. Supra at neque Fouc.—9 *Paccina* Fouc. *Parthica* Periz. et a Rom. omn. Edd. prisca ad Plant. Mallet Pinthianus ad Melam l. 11. c. 3. *Parthenos* scribi. Dein *deest hybridæ* quibusdam Mss. Casaub.—10 In cod. Pulm. erat *cui nomen circulatoris*, Huls. *Tel. servum mul.* Fouc. et Pin. *Talephi*. Pal. 1. *Tel. Zulteris*, Pal. 3. *Tel. militis*. Vox *mulieris* pluribus displicebat: inde Seriv. dicit quosdam emendare *Tel. mulionis servi*, et ita Lips. Legebat Heins. *Tel. Amilii ex Iberis servi*, Burm. notatum inveniebat *Servii nom.* et conj. Oud. *muliebris v. Mazycis v. M. Allieni*. *Deest nomencl.* Cujac. in Edd. quibusdam scriptum *nomenclatoris*.—1 *Andasius* Edd. Rom. Lugd. Bas. *Arulasius* Harlem. Ven. tr. Junt. In Vind. 1. *quoque*. Medic. duob. *Epicadius*. Dein *ad exercitum*, unde facilius lectio repetita ex superioribus *rapere*. *Ad extremum Tel.* quam exhibent Fouc. Dunelm. Pal. 1. 3. Vind. 2. Medic. Cort. et Edd. Vett. multæ. Recte emendant Steph. Junt. Ald. Casaub. et sequaces. In Ed. Burm. non

#### NOTE

<sup>w</sup> *Ex gente Parthina*] Vulgatæ editiones *Parthica*: emendavit ex Turnebo Pulmannus, quem secuti sunt alii. Parthini fuere populi quidam in Illyrico, quorum apud Livium est mentio lib. ix. decad. 3. Et rursus lib. iv. decad. 5. in fine: meminit et Plinius lib. 111. c. 23. et lib. viii. c. 53. sed Macedoniæ eos assignat.

<sup>x</sup> *Hybridæ*] Quod natus esset Epicadus ille parentibus altero Romano, altero peregrino, e gente illa Parthina: sunt enim hybridæ proprie canes ex disparibus procreati, altero v. g. gregario, altero venatico; sive sues altero domestico, altero fero sne progeniti, quam tamen appellationem ad homines per contumeliam transulere.

<sup>y</sup> *Nomenclatoris*] Sic dicitur quasi hominis calator: ejusmodi quippe homines erant, qui primo civium singulorum nomina memoriter calabant, hoc est, appellabant. Horum opera utebantur in foro candidati, in pre-

hensandis suffragatoribus. Postea habuerunt quoque privati servos nomenclatores: cum enim servorum legiones domi haberent, quorum nomina ut plurimum ignorabant, utebantur nomenclatore servo, in id præter alia munia destinato, ut singulorum nomina memoria caperet. Cum ergo fœminæ luxui non minus addictæ fuerint quam viri, ideo supra fidem non est Teleplum hunc nomenclatorem fuisse mulieris, nec unius ideo codicis, ubi Pulmannus legisse se ait *nomen circulatoris*, videtur lectio præferenda.

<sup>z</sup> *Nam ne ultimæ quidem sortis, &c.*] Ii sunt, quos Livia apud Seneccam lib. 1. de Clement. c. 9. perstringit his verbis 'ut alios taceam, quos tantum ausos pudet.'

<sup>a</sup> *Ex insulis rapere*] De his c. 64. et 65. cum vero Suetonius ait 'ad extremum,' referendum est aut ad personæ vilitatem, aut ad narrationis ordinem, non insidiarum; nemo enim

Telephus, quasi debita sibi fato dominatione, et ipsum et Senatum aggredi destinarent.<sup>2</sup> Quin etiam quondam juxta cubiculum ejus lixa quidam ex Illyrico exercitu, janitoribus deceptis, noctu deprehensus est, cultro venatorio cinctus; imposne<sup>3</sup> mentis, an simulata dementia, incertum; nihil enim exprimi quaestione potuit. [20.] Externa bella duo omnino per se gessit: Dalmaticum,<sup>b</sup> adolescens adhuc; et Antonio devicto, Cantabricum.<sup>c</sup> Dalmatico etiam vulnera excepit;<sup>4</sup> una acie, dextrum genu lapide ictus; altera, et crus et utrumque brachium ruina pontis<sup>d</sup> consauciatus. Reliqua per legatos administravit; ut<sup>5</sup> tamen quibusdam Pannonicis<sup>e</sup> atque Germanicis aut interveniret, aut non



extat et ante Agripp. Tum ex quib. Memm.—2 Vulgo *destinaverant*. Foug. *destinavat*. Cort. cum Edd. Rom. *destinaverat*. Tum *Illyrio* Medic. 3. *janitoribus* Memm. *janitorib.* Vind. 1.—3 *Inopsne* Harlem. Periz. Edd. Ven. tr. Bon. Junt. Lugd. Ald. Steph. Arg. Mediol. et recepit Burm. Reposuit *imposne* Ond. Mox enim exulat a Cort. Periz. Harlem. et Edd. nonnullis.—4 *Accepit* Palm. cod. et marg. Ant. Gryph. Deinde *genus* habet Harlem. et supra *Dalmaticum* Memm. ut semper. Delevit Gron. cum Grut. voculam *autem* in Edd. quibusdam et codd. post *altera* positam, nec agnoscent Pal. 3. Cop. Memm. duo Torr. Medic. tr. Cuj. Voss. suffragantibus Ond. Ern. et ceteris.—5 *Ut quid t.* Periz. a m. pr. Postea *intervenerit* Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. Item *Mediolaneum* in Medic. 1. Memm. *Aquilegiam* Vind. 2. Cort. Rom. pr. et Ven.

## NOTÆ

post Cinnam, Augusti vitæ insidiatus legitur. Emendat Casaubonus *ad primum*.

<sup>b</sup> *Dalmaticum*] Annos 30. natus ab his populis recepit Augustus adempta Gabinio signa, et in Octavia porticum suspendit.

<sup>c</sup> *Cantabricum*] Cantabri sunt Hispaniæ populi, quos cum vicinis latrocinia exercentes, nec Romanum hinc usque passos jugum, oppressit Augustus, ut testatur Horat. lib. iv. Od. 14. 'Te Cantaber non ante domabilis,' &c. Et Ode 14. lib. iii. reducem illinc laudat; et regio est hodie *Biscaia*.

<sup>d</sup> *Ruina pontis*] Non aquæ trajicendæ fabricati, sed muris scandendis;

e turri enim statim in murum pontes protendebantur, quales 'exostra' vocat Vegetius lib. iv. c. 21. Pontem ejusmodi cum in obsidione Metulii civitatis Illyricæ construi jussisset, quatuorque tantum satellitibus comitatus ipse ascendisset, advolantibus illico præ verecundia militibus, prægravatus pons multorum exitio corruit. De quo Dio lib. lxx. sub finem. Florus tamen de eo tanquam aquis imposito ponte loquitur lib. iv. cap. 12.

<sup>e</sup> *Pannonicis*] Pannonia Europæ ampla regio, quæ Hungariam utramque olim complexa, Austriæ quoque Stirix et Carniolæ partem comprehendebat.

longe abesset, Ravennam, vel Mediolanum,<sup>f</sup> vel Aquileiam<sup>g</sup> usque ab Urbe progrediens. [21.] Domuit autem partim ductu, partim auspiciis<sup>h</sup> suis, Cantabriam,<sup>i</sup> Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico<sup>k</sup> omni: item<sup>6</sup> Rætiam,<sup>l</sup> et Vindelicos,<sup>m</sup> ac<sup>7</sup> Salassos,<sup>n</sup> gentes Inalpinas. Coërcuit et Dacorum<sup>o</sup> incursiones, tribus eorum ducibus cum magna copia cæsis, Germanosque ultra Albim<sup>8p</sup> fluvium summovit: ex quibus Ubios<sup>9q</sup> et Sygambros deden-



1. usque ad Harlem. et in Fouc. ab al. m. sunt ab urbe.—6 *Inde Rhæt.* Cop. Scribendum autem *Rætium* sine *h*, e lapidibus vetustissimisque Mss. docuerunt Drakenb. et Duker. ad Liv. Epit. 136. et Ond. ad h. l.—7 *Et Salas.* Viud. uterque. Dein *Alpinas* Fouc. Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. Bas. et omn. Vett. *Cisalpinas* Pal. 3. Vellet Casaub. *aliasque gentes Inalp.* et manus docta ad oram Ed. Plant. *gentem Inalbinam.* Alii codd. probatam lectionem præse ferunt.—8 *Albim proprium fl.* cod. Ferr. Medic. 1. *Abim* Menm. *Abin* Medic. 3. *Albin* Ven. tr. Bon. *Albini* Viud. uterque, sed 2. *flumen* habet. In Cort. et Edd. Rom. non apparet *flurium*, et rectius abesse putat Ond.—9 Ita ex cod. Ursini post Casaub. ediderunt omnes. *Scubos* Menm. Pith. *Sucos* Pal. 2. Reliqui *Suevos* cum Edd. plerisque. *Sueves* Harlem. Rom. Ven. 1.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Mediolanum*] *Milano.* Refertur ad bella Germanica, seu ea quæ contra Vindelicos Rætiosque gessit Brutus, de quibus infra.

<sup>g</sup> *Aquileiam*] *Aquilegia* hodie in foro Julio ditionis Venetæ; quapropter ad bella Pannonica referendum; nec enim eo loci longe aberat a Pannoniæ finibus, qui et Stiria Carniolæque partem illis temporibus incluserunt.

<sup>h</sup> *Auspiciis*] De auspiciis quid sint jam alibi: hic notandum vel a præsentate imperatore gesta bella, vel ab ejus legatis præfectisque; sed ita ut unius semper imperatoris nomine captarentur auspicia: unde Horat. ad August. Od. 14. lib. iv. 'Te copias, te consilium, et tuos Præbente Divos,' &c. Et Ovidius: 'Auspiciis animisque patris, puer, arma movebis, Et vinces animis auspiciisque patris.'

<sup>i</sup> *Cantabriam*, &c.] De hiscap. proxime præcedenti.

<sup>k</sup> *Cum Illyrico*] Cujus pars Dalmatia. Vid. in Tiber. c. 16.

<sup>l</sup> *Rætiam*] Ræti Alpes tantum tenuere ad lacum usque Brigantinum, per quem Rhennus ad 100. stadia decurrit, et vocatur *Bodensee* Germanis. Iis in regionibus erant, quas incolunt hodie *Grisones*.

<sup>m</sup> *Vindelicos*] Sunt qui Vindeliciam Rætis annumerent, Rætiam secundam appellantes. Cluverius eos distinguit, et sub Alpibus collocat inter lacum Brigantinum, Danubium, et Ænum flumen, qui in regione sunt hodie *Bavari*, et Episcopatus Augustæ Vindelicorum, dictæ ab Augusto, qui coloniam illic miserat.

<sup>n</sup> *Salassos*] Populi Galliæ Subalpinæ, Pedemontani principatus partem efficientes: *la vallée d'Août*, quam Duria fluvius præterfluit.

<sup>o</sup> *Dacorum*] In Julio c. 44.

<sup>p</sup> *Albim*] *L'Elbe*.

<sup>q</sup> *Ubios* [*Suevos*] De Sicambriis conveniunt ceteri quoque Historici

tes se traduxit<sup>r</sup> in Galliam, atque in proximis Rheno<sup>10</sup> agris collocavit. Alias item nationes male quietas ad obsequium redegit. Nec ulli genti sine justis<sup>s</sup> et necessariis causis bellum intulit, tantumque auit a cupiditate, quoquo modo imperium vel bellicam gloriam augendi,<sup>t</sup> ut quorundam barbarorum principes in æde Martis Ultoris<sup>u</sup> jurare coëgerit, mansuros se in fide ac pace, quam peterent; a quibusdam vero novum genus obsidum,<sup>v</sup> fœminas, exigere tentaverit,<sup>1</sup> quod negligere marium pignora sentiebat. Et



*servos* Mediol. Cald. Item *Cicambros* Ed. Lugd.—10 *Rheni agr.* Fouc. Pin.—1 *Temptaverit* Fouc. Tom *marum* Memm. Lisl. Viterb. Pal. 1. Cuj. Cop. Harlem. Medic. 1. 2. haud improbante Oud. *pignera* Idem Memm. Pal. 1. et al.

## NOTÆ

et Geographi, Suevorum nullus meminit. Quare merito videtur addubitare Casaubonus non quidem errasse Suetonium; (est enim accuratissimus;) sed mendum subesse in Codicibus, quorum in aliquibus reperisse se ait *Seubos*, unde deinta prima litera remaneret *Eubos*, ex quo, minima mutatione, feceris *Ubios*, quod et in suis extare Mss. testatur Ursinus, et traductos, sed ab Agrippa, auctor est Strabo lib. iv. Ptolemæus Suevos quosdam Longobardos, quos in *Hassia* collocat. Maginus sub Sicambriis recenset, qui cum a colonia ad Lipsiæ usque fontes extenderentur, hanc quoque regionem comprehendisse necesse est, quos probabile videtur cum Sicambriis una translatos. Cui accedit quod auctores de Sicambriis loquentes iis vulgo adjungant Suevos. Tacitus *Annal.* II. 'Sic Sicambros in deditio-nem acceptos, sic Suevos,' &c. Claudianns *Silic.* lib. I. 'Ut Suevus jam rura colat, flexosque Sicambri In fal-cem curvent gladios.'

<sup>r</sup> *Traduxit*] In eas regiones, quæ sunt Mosam inter et Rhenum, in quibus Gugerii dicti sunt, hodie *Guel-*

*drenses*, teste Cluverio.

<sup>s</sup> *Sine justis*] Longe abest ab hac mente Dio, qui Pannonios bello petitos ab illo dicit, ne leviter quidem læso.

<sup>t</sup> *Imperium . . . augendi*] Quod et Tiberio consuluerat, ne magnitudine imperii, aucta regendi difficultate, plura appetendo, parta quoque non servarent.

<sup>u</sup> *Æde Martis Ultoris*] De qua infra c. 29.

<sup>v</sup> *Novum genus obsidum*] Novum sic accipiendum, non quasi factum antea nunquam crediderit Suetonius: qui enim ignorasset captas illas a Scipione fœminas et puellas, dum Carthaginem novam expugnavit, obsides Carthaginensibus ab Hispanis datas fuisse, ut refert Livius lib. VI. *decad.* 3. sub fine, ipsamque apud Romanos Clœliam, &c. Sed novum dixit, vel quia tunc temporis inusitatum, vel magis apud Germanos: auctor enim Tacitus in libro de moribus eorum, efficacius obligari, si puellæ obsides eis imperentur. Hoc loco quidam legunt *marum pignora*, pro marium.

tamen potestatem semper omnibus fecit, quoties vellent, obsides<sup>2</sup> recipiendi. Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes graviore unquam ultus<sup>3</sup> est pœna, quam ut captivos sub lege venundaret,<sup>4</sup> ne in vicina regione servirent, neve intra tricesimum annum liberarentur. Qua virtutis moderationisque fama Indos etiam ac Scythas,<sup>w</sup> auditu modo cognitos, pellexit ad amicitiam suam populique Romani ultro per legatos petendam. Parthi quoque<sup>5 x</sup> et Armeniam vindicanti<sup>y</sup> facile cesserunt, et signa militaria,<sup>z</sup> quæ M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti<sup>6</sup> reddiderunt, obsidesque insuper obtulerunt; denique, pluribus quondam de regno concertantibus,<sup>7</sup> nonnisi ab ipso



—2 *Obs. vell.* Periz. Edd. Rom. Ven. tr. Med. Cald. Bon. Mutavit ordinem Bas. et Plant. Conj. Ond. *τὸ obsides* glossema esse.—3 Ita, teste Casaub. optimi libri, et hoc præterierunt Græv. Gron. Ond. Wolf. Reitz. Baumg. Ex Memm. ante editum *multatus est*, et defendunt Bernecc. Schulting. ad Calpurn. Dec. 17. Burn. et Ern. Ita Fouc. In Vind. 2. inverso ordine *est p. mult.* et Periz. *pœna* margini tantum est ascripta: hinc cogitabat Ond. vocem *pœna* non minus quam *mult.* spuriam esse, ac scripsisse auctorem *unq. ult. est, quam.*—4 *Venundarent* Vind. 1. *vicinia* Harlem. et *ultra trig. Cop. intra trig. annos, vel annos trig.* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. tr. Bon. Med. Lugd. Item *Indos ac etiam* Vind. 1. *ac Scyth.* Fouc. *Tum tantummodo* idem Vind. 1. et *petendum* Medic. 2. a m. sec.—5 Boxh. monet in Ed. veterrima esse *Sic Parthi*, et probat. *Parthi et Armenii* duo Torr. cum Fouc. *Pro vindic. alter Torr. jus dicenti*, nullo sensu.—6 Burn. conj. *neq. poscenti.* Medic. 1. *dat res poscenti.* Mox *ademerant* Medic. duo et Cop. et *deest pluribus* Ven. 1.—7 *Cer-*

#### NOTÆ

<sup>w</sup> *Indos etiam ac Scythas*] Hinc Horatius Ode supra dicta 14. lib. iv. ‘Medusque et Indus, te profugus Scythes Miratur,’ &c.

<sup>x</sup> *Parthi quoque*] Horum regio ætate nostra varie nuncupatur, aliis *Arach*, aliis *Corasan*, &c. Docet Justinus lib. II. ‘Parthi’ vocabulum exnlem significare, atque a Scytharum exnlibus regnum illud conditum.

<sup>y</sup> *Armeniam vindicanti*] Hic eadem quæ snpra transpositio: Armeniam quippe non recepit, nisi longo tempore post recepta signa militaria. Hæc siquidem, Augusto ad ordinandum Orientem profecto in Asiam, restituta sunt circa annum U. C. 734.

Illa vero nonnisi anno 748. cum C. Cæsar filius adoptivus ad bellum Armeniacum missus est. Hic nota vindicandi verbum juris esse, idem enim est ac rem aliquam, quæ nostra sit, ad se trahere et repetere, etiam apud nos in foro *revidiquer*.

<sup>z</sup> *Signa militaria*] ‘Quæ Crasso oppresso, Orodes, quæ Antonio pulso, filius ejus Phraates ceperant,’ ait Velleius. Hinc Horatius lib. iv. Od. ultima: ‘Tua, Cæsar, ætas Fruges et agris retulit uberes, Et signa nostro restituit Jovi, Direpta Parthorum superbis Postibus,’ &c. Et infra in Tiber. c. 9.



electum comprobaverunt. [22.] Janum Quirinum,<sup>a</sup> semel atque iterum<sup>b</sup> a condita Urbe memoriam ante suam<sup>8</sup> clausum, in multo breviori temporis spatio, terra marique<sup>c</sup> pace parta, ter<sup>9</sup> clusit. Bis ovans<sup>d</sup> ingressus est Urbem, post Philippense,<sup>e</sup> et rursus post Siculum bellum.<sup>10</sup> Curu-



*tantibus* Pin. Infra ab eo Cop. Medic. duo. ab ipso electo Periz. Porro Oud. cum Wolf. prætulit probaverunt ex Medic. tr. utroque Vind. Pin. Voss. Longol. et Guelph.—8 *Cond. u. ante mem. suam* Memm. et *ante mem.* Mss. ad unum omnes atque Edd. ante Casaub.—9 Totam periodum in *m. b. l. s.* rejiciendam censebat Langius, et legendum *tertio cl.* Glar. vellet etiam *tertium.* Habent *tertio* Cop. Edd. Ven. 2. 3. Bas. Junt. Ald. et rel. præter Ven. 1. Bon. Lugd. Dolei. Steph. Raphel. et recent. quæ *ter.* Numerus omissus est in Ed. Rom. Medic. unus *pariter*, in altero *iterum.* Al. *clausit.*—10 *Deest bellum* Vind. 1. Cort. Periz. Harlem. et Edd. ante Beroald. *Curules* æque Cuj. *currules* Cort.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Janum Quirinum*] De Jani templo in belli pacisque signum aperiendo vel claudendo res notior est. Quirinum autem dictum volunt, quod a Romulo, qui et Quirinus audiit, templum illum conditum sit: sic enim Horatio quoque dicitur Od. ultim. lib. iv. 'Et vacuum duellis Janum Quirini clausit.' Quem tamen morem a Numa, non a Romulo, iustitutum existimat Livius lib. i.

<sup>b</sup> *Semel atque iterum*] Primo ab ipso Numa per 43. annos. Iterum post primum bellum Panicum, ann. U. C. 719. A quo tempore clausum nisi ab Augusto non legitur. Primum ann. U. C. 725. victo Antonio: iterum ann. 729. bello Cantabrico confecto: tum denique circa tempus nativitatis Christi, ex Orosio lib. vi. c. 21. et c. 22. et Dione lib. LIII. Glareanus tamen scribendum hic vult *tertio*, non *ter*, Livii loco ductus, qui lib. i. hæc habet: 'Bis deinde post Numæ tempora clausus fuit. Semel a T. Manlio Cōs. post Panicum primum perfectum bellum, iterum (quod nostræ ætati Dii dederunt ut videremus) post bellum Actiacum ab Imperatore Augusto, pace terra marique parta.' Verum Lipsius Elect. i. c. 20. scripta

hæc Livio contendit in Augusti gloriam, statim post victum Actiaca pugna Antonium, antequam iterum ab Augusto clauderetur.

<sup>c</sup> *Terra marique*] Formula hæc in Augusti nummis statuisque, ut in rostrata, quam Augusto post victum S. Pompeium Senatus decrevit, quam vide in inscriptionibus ad calcem Operis.

<sup>d</sup> *Bis ovans*] Ovationes erant triumphum quidam minores, a majoribus in hoc præter cetera discrepantes, quod triumphantes curru, ovantes vero equo vel pedibus ingrederentur, sequentibus eos non militibus, sed universo Senatu, ovisque, (unde nomen,) non tauris, immolaretur, de quo Gellius lib. v. c. 6. Dio lib. v.

<sup>e</sup> *Post Philippense*] Suetonium Casaubonus erroris hic accusat, quod bellum illud prioris ovationis causam videatur assignare. Et sane vix est, ut defendi queat. Causam enim ei præbuit pax facta cum Antonio, qui et ipse, ut Dio testatur, honorem eundem usurpavit. Et probant efficaciter inscriptiones ex fastis Capitolinis desumptæ, quas ipse Casaubonus adduxit. Vide ad calcem Operis. Et certe nulli ex bellis Ci-

les triumphos<sup>f</sup> tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo<sup>1</sup> omnes. [23.] Graves ignominias cladesque duas omnino,<sup>†</sup> nec alibi quam in Germania, accepit, Lollianam<sup>2</sup> et Varianam:<sup>h</sup> sed Lollianam majoris infamiae, quam detrimenti; Varianam pæne exitiabilem, tribus legionibus cum duce legatisque<sup>i</sup> et auxiliis<sup>k</sup> omnibus cæsis. Hac nuntiata, excubias<sup>l</sup> per Urbem indixit,<sup>3</sup> ne quis tumultus existeret: et præsidibus<sup>m</sup> provinciarum propagavit imperium, ut et a peritis<sup>4</sup> et assuetis<sup>n</sup> socii conti-



cum Vett. Edd. Tum Memm. tris.—1 Post *triduo* distinguunt, et novum Cap. incipiunt ab *Omn. grav.* Periz. et Edd. Vett. sed Steph. omisit *omnes*. In Vind. 1. *uno triduo omni*.—2 *Lollianam* codd. et Edd. quædam. sed *Lolliam* secundo loco Ven. 3. Supra *non alibi* manus Polit. ascripsit Ed. Mediol. sed exulat a Vind. 1. et *aux. communibus* est in Ed. Rom. utraque.—3 *Induxit* Edd. Rom. Ven. 2. 3. Mediol. Mox ex unico Pal. 2. et Edd. Seb. Gryph. Colin. Dolet. Plant. Torr. recepit Ern. *prorogavit*, quem secuti Bip.—4 *Ut assuet. et a perit.* Ferr. Medic. 2. Edd. Med. Cald. *ut a suetis et per.* Vind. 1. et

#### NOTÆ

vilibus triumpho, unde Lucan. lib. 1. de illis: 'bella geri placuit nullos habitura triumphos.' Et notatum in Jul. c. 37.

<sup>f</sup> *Curules triumphos*] Hoc est majores ad ovationis differentiam.

† A. U. C. 728.

<sup>g</sup> *Lollianam*] Hujus meminere Dio lib. LIV. et Velleius lib. II. c. 97. Et uterque plus terroris attulisse quam periculi, satis innuit, amissa duntaxat quintæ legionis aquila. Unde Suetonius ignominiosam cladem dixit.

<sup>h</sup> *Varianam*] Cluverius lib. III. Introduct. c. 3. Dulgibini tennerunt inter oppidum Paterbonam et Visurgim (*Weser*), qua *Flotow* ei oppidum appositum: in his Quintilius Varus cum tribus legionibus cæsus ab Arminio, Cheruscorum duce, inter oppida *Dietmelle* et *Horn*. De hac cæde non pauca Tacitus in Ann. et lib. de moribus German. et infra non semel.

<sup>i</sup> *Legatis*] Varia est hujus vocis acceptio. Hic intelligi debere videtur de iis, qui Magistratibus peregre profecturis vel dabantur a Senatu, vel ejus permisso ab ipsis ascisciebantur, ut eorum opera consilioque res agerent. Erant et alii qui Senatus voluntatem ad alios deferrent, ordinandæ post victoriam provinciæ causa, &c.

<sup>k</sup> *Auxiliis*] Eæ sunt copiæ a sociis gentibus ex fœdere mittendæ, tum pedestres, tum equestres, quibus duces ab imperatoribus Romanis præponebantur, qui præfecti 'socium' proprio nomine dicebantur.

<sup>l</sup> *Excubias*] Sic fieri solitum notat Casaub. in omni tumultu, et ad omnem cladis acceptæ nuntium, ac forsan tunc temporis præcipue, quod multi in urbe Galli Germanique cap. 49.

<sup>m</sup> *Præsidibus*] Generale nomen est omnium provincias regentium; majus enim in ea imperium habebant

nerentur. Vovit et magnos ludos<sup>o</sup> Jovi Optimo Maximo, SI RESPUBLICA<sup>5</sup> IN MELIOREM STATUM VERTISSET: quod factum Cimbrico Marsicoque<sup>p</sup> bello erat. Adeo denique<sup>6</sup> consternatum ferunt, ut per continuos menses, barba capilloque summisso, caput interdum foribus<sup>q</sup> illideret, vocife-



Harlem. Periz. Edd. Rom. Ven. tr. Bon. Lugd. Ald. Junt. Arg. nisi quod *a* ante *peritis* præbeant. *ut ab assuet.* cod. Pul. *ut a per.* Medic. 1.3. Vind. 2. Fouc. Cop. Ed. Steph. omisso *et.*—5 Ita ex suggestione Memm. et Pith. rescripserunt Torr. Casaub. et sequentes. *Rempublicam* habent Pal. 3. Cop. Periz. Harlem. et Edd. fere O. Paulo ante *Jovi magno optimo* Cort. Harlem. Periz. Edd. Camp. Ven. tr. Med.—6 *Adeo namque* quædam Vulgg. Edd. sed illud præbent multi ac optimi codd. cum Bas. Bon. Dein *Quintili* Memm. et codd. Oud. In Ed. Rom. *Quintiliane redde leg.* sed eodem verborum or-

## NOTÆ

omnibus post principem l. iv. ff. de Officio præsidis.

<sup>n</sup> *Ut et a peritis et assuetis, &c.*] Nec enim præsidii nec provincialibus licebat per tempus brevius et legitimum sese invicem agnoscere, quod Annibal, primum in Italia prælium initurus, magno in sui gloriam vitio dat Romanis apud Livium lib. i. decad. iii. ‘Pugnabitis cum exercitu tirone, . . . ignoto adhuc duci suo, ignorantique ducem. An me, in prætorio patris clarissimi imperatoris prope natum, certe eductum, domitorem Hispaniæ Galliæque, . . . cum semestri hoc conferam duce, desertore exercitus sui? Cui si quis, demtis signis, Pænos Romanosque hodie ostendat, ignoraturum certum habeo, utrius exercitus sit consul. Non ego illud parvi æstimis, milites, quod nemo vestrum est, cujus non ante oculos ipse sæpe militare aliquod ediderim facinus,’ &c.

<sup>o</sup> *Magnos ludos*] De his Festus: ‘Magnos ludos, Romanos ludos appellabant, quos in honorem Jovis, quem principem Deorum putabant, faciebant.’ Quales forte vovendos retulerant olim Decemviri, hortante Fabio, ‘si bellatum prospere es-

set, (adversus Annibalem,) Resque publica in eodem, quo ante bellum fuisset, statu permansisset.’ Quæ verba sunt Livii lib. ii. decad. iii. Horum formulam vovendorum refert idem auctor lib. vi. decad. iv. statim ab initio. Hoc loco pro *Rempub.* legerit Torr. *Respub.* quod et ex Memmiano et Pithæi Cod. probat Casaub. et elegans est.

<sup>p</sup> *Cimbrico Marsicoque*] De illo in Julio cap. 11. hoc dixerunt quoque Sociale, quod omnes ferme pop. Rom. socii ‘contra matrem ac parentem suam urbem’ consurrexerunt, ut ait Florus lib. iii. cap. 18. initio a Marsis orto: hi autem Latii populi fuere, quorum urbs ad lacum Fucinum, in Jul. c. 44. excisa vel aquis absorpta, etiam hodie *Marci*.

<sup>q</sup> *Caput interd. foribus*] Non aliter quam magni doloris indicium intellexerunt alii etiam Historici. Casaubonus tamen, voce *foribus* inductus, religionis quoque nonnihil mistum fuisse suspicatur, juxta illos etiam Tibulli Eleg. 2. l. i. versus: ‘Nonego, si merni, dubitem procumbere templis, Et dare sacratis oscula liminibus: Non ego tellurem genibus perrepere supplex, Et miserum sanc-

rans, 'Quintili Vare, legiones redde;' diemque cladis<sup>r</sup> quotannis mœstum habuerit ac lugubrem.<sup>7</sup><sup>s</sup> [24.] In re militari et commutavit multa, et instituit:<sup>8</sup> atque etiam ad antiquum morem nonnulla revocavit. Disciplinam severissime rexit:<sup>9</sup> ne legatorum<sup>t</sup> quidem cuiquam, nisi gra-



dine in Oros. l. vi. 21.—7 Cod. Cuj. *diemque cladis, quem damnis mœst. et lug. habuerat, memorans, quam lect. non damnat* Burm. si modo scripserit librarius *quem damnis aliis mœst. &c.* Pal. 3. *diemq. clad. annis mensium. Tum habuit* Vind. l. Cort. Edd. Rom.—8 *Constituit* Periz. Harlem. Cort. Edd. a Rom. omn. ad Bas. sed Steph. secutus Vett. *Etiā multa deerat* Harlem. Ven. l.—9 *Tuetur hanc lect. Casaub. contra Ursin. ex suo cod. volentem*

#### NOTÆ

to tundere poste caput.' Ad quem locum Achilles Tatius in Sfortiæ Ms. legisse se ait *tacto pro sancto*. Et certe videtur hoc magis argute quam vere annotasse, cum apud Historicos alios similia impatientiæ reperiantur exempla. Capitolinus de Maximino, 'sic exarsit, ut non hominem, sed belluam putares; jaciebat se in parietes, nonnunquam terræ se prosternebat,' &c. Et lib. sequente 'incurrere in parietes, vestem scindere videbatur,' &c. in quem sensum prorsus Seneca lib. 1. de Ira c. 16. 'Quid opus est mensam evertere? quid pocula affigere? quid se in columnas impingere? Quid capillos evellere? quid femur pectusque percutere?' &c. Quæ omnia et alia quædam enumerans Cicero III. Tuscul. 'detestabilia lugendi genera' appellat, et muliebri superstitione existimasse, ait, 'Diis immortalibus se facilius satisfacturos si eorum plaga perclusi afflictos se et stratos esse fateantur.' Nam et hoc in luctu usitatum, patet etiam ex Luciano in luctu, ubi id ridet, et infra Ner. c. 42.

<sup>r</sup> *Diemque cladis, &c.*] Casaubonus in Cujacii codice legebat sequentia verba sic: *quem damnis mœstum ac lugubrem habuerat memorans*; sed quis

ille fuerit non repertum sibi fatetur, unde illustriores Suetonii interpretes arguit, quod Beroaldum nimis bona fide secuti, in eundem cum ipso errorem inpegerint, diem illum 4. non. sextil. eundem scilicet atque Cannensis pugnæ esse dicentes, quod nullibi reperiri asseverat scrutatus hoc consilio, quotquot ea de re scripserunt. Errandi ansa fuit Beroaldo locus hic Flori lib. iv. c. 12. 'Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paulus, et fato est et animo secutus.' Ubi diem pro clade intelligere debuit, quo modo idem auctor lib. II. c. 6. 'Non fuit major populo Romano dies, quam illa cum duo omnium et antea et postea ducum maximi, ille Italiæ, hic Hispaniæ victor, collatis cominus signis aciem direxere.' Olim quippe si ferro non secus ac iudicio disceptanda foret controversia, dies certus assignari solebat: inde factum, ut vox 'dies' pro prælio pariter ac iudicio fuerit usurpata: quæ loquendi ratio necdum apud nos obsolevit: pugnam quippe aut cladem insignem dicimus *une journée*.

<sup>s</sup> *Lugubrem*] Inominalem seu atrum; sic enim calamitosos dies appellabant.

<sup>t</sup> *Legatorum*] De his quid essent cap. 23. hoc Augusti edictum etiam

vate, hybernisque denum mensibus, permisit uxorem intervisere.<sup>10 u</sup> Equitem Romanum, quod duobus filiis adolescentibus, causa detrectandi sacramenti,<sup>v</sup> pollices amputasset,<sup>w</sup> ipsum bonaque subjecit hastæ:<sup>x</sup> quem tamen, quod imminere emtioni publicanos<sup>y</sup> videbat, liberto suo addixit,<sup>z</sup> ut relegatum in agros<sup>1</sup> pro libero esse sineret. Decimam legionem, contumacius parentem, cum ignominia totam dimisit:<sup>2</sup> item alias, immodeste missionem<sup>a</sup> postulantem,



*exegit.* Mox *gravato* Pal. 1. Huls. Periz. Harlem. Vind. 2. a m. pr. Edd. Ven. tr. Bon. et quædam aliæ.—10 Duo libri Torr. *hibernisque permis. mens. domum ux. interv.* Pro quod Fouc. dat *qui, et detract.* Edd. pauca. Postea *bonaque ejus præbent* Cort. Periz. Harlem. cum Edd. plurimis, et *emtionem* Medic. 1.—1 Cort. Harlem. Periz. cum Edd. Rom. Ven. tr. Bon. Junt. Ald. *in agro*, quod reposuit Barro, *agris* Ed. Junk. Conjecit Lips. *relegatum Argos*, ac in Medic. 1. *exaratur releg. suum.*—2 Legitur in Edd.

## NOTÆ

ipso vivente, obtinere desiit; nam et comitem ipse Liviam sæpe duxit postea, et Germanicus Agrippinam infra in Calig. Et ejus exemplo ceteri. Unde mulierum in provinciis rapinas taxat Juvenal. Sat. viii. ‘Si nullum in conjugio crimen, Nec per conventus et cuncta per oppida curvis Unguibus ire parat nummos raptura Celæno.’

<sup>u</sup> *Intervisere*] Verbi proprietatem notat Beroaldus quasi hoc intervallo revisere; quo sensu Palladius dixit ‘interlegere poma,’ hoc est omnia non decerpere; sed per intervalla ut relicta crescant magis.

<sup>v</sup> *Sacramenti*] Militaris scilicet, quo adigebantur quicumque erant in militiam ascribendi.

<sup>w</sup> *Pollices amputasset*] Hanc vitandam militiæ rationem non infrequenter fuisse, probant testimonia quæ Torr. hic adduxit, lib. iv. ff. de re militari: ‘Eum cui filium debilitavit dilectum per bellum indicto ut inhabilis militiæ sit, præceptum D. Trajani deportavit.’ Fortunatiani Rhetoris: ‘Decem milites tempore belli polli-

ces sibi amputaverunt, rei sunt læsæ Reip.’ Ammianus Marcellinus, de Gallorum moribus loquens, ‘neque illorum quisquam minus Martium extimescens pollicem sibi præcidit, quos joculariter Murcos appellant.’ Videsis et Valer. et Ælianus Var. Hist. lib. ii. et Cicer. iii. de Officiis.

<sup>x</sup> *Subjecit hastæ*] Vendendum scilicet, de quo ritu in Jul. cap. 50. et infra c. 36.

<sup>y</sup> *Publicanos*] Ideo a publicanis emendum fuisse Torrent. ait, quia cum ipsi ejusdem essent ordinis, ut in Jul. cap. 20. equiti faventes emere volebant, et statim manmittere. Ex ipsa tamen narrationis serie contrarium timuisse videtur Augustus.

<sup>z</sup> *Addixit*] Addicere in licitationibus seu auctionibus est licitanti rem auferendam permittere: est enim unum e tribus verbis prætoriiis, *do, dico, addico*. Unde quos creditoribus suis prætor tradiderat, ii addicti dicebantur.

<sup>a</sup> *Missionem*] De qua in Jul. cap. 7. et 70.

citra commoda emeritorum [præmiorum]<sup>3</sup> b exauctoravit.<sup>c</sup>  
 Cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas<sup>d</sup> hordeo pavit.<sup>e</sup>  
 Centuriones, statione deserta,<sup>f</sup> itidem, ut manipulares,<sup>g</sup> ca-



Seb. et Ant. Gryph. *divisit*. Tum deest *item* Pal. 1. probante Grnt.—3 Ita O. fere codi. Torr. cum Lips. ad Tac. Ann. 1. et Grut. vel ejiciendum *præm.* vel legendum *et præm.* putat. Ern. totum hoc *emer. præm.* pro glossa rejecit, sed Baumg. assentientibus Giphian. et Wolf. tantum uncis inclusit ultimam vocem. Habent *primorum* Cort. Edd. Rom. et paulo ante *circa* Cop.

#### NOTE

b *Citra commoda emeritorum præmiorum*] Sic legunt omnes: Torrent. tamen et Casaubonus vocem *præmiorum* aut removendam censent, aut interjiciendam conjunctionem *et*: nec injuria; differunt quippe emerita et præmia. Illa non sunt nisi veteranorum; dicuntur enim emeriti si sacramento soluti donativum illud, quod idcirco vocatur emeritum, acceperint, de quo Modestinus lib. 111. ff. de re militari. Et 'emeritæ militiæ commoda' vocat Sueton. infra Calig. c. 44. qualia erant v. g. agri distributi, de quibus jam non semel. Præmia vero cujuslibet strenui militis ad ejus virtutem incitandam, qualia supra cap. 8. ex Gellio, et c. 25. Quod ni locus hic de veteranis totus sic accipiendas, detrahe literam *e*, et sic quoque constabit sensus, scilicet *emeritorum præmiorum*.

c *Exauctoravit*] Exauctorare est insignia militaria detrahere, quod cum ignominia perficitur, quauquam non semper. Quandoque enim est dimittere, et infra adhuc Tib. c. 7. ubi de auctoramento Vitell. 10. Vesp. 8. &c.

d *Decimatas*] Decimari dicuntur legiones, cum decimus quisque supplicio afficitur. Livius lib. 11. 'Cetera multitudo sorte ad supplicium quisque legitur,' unde et centesimare et vicesimare. Quæ omnia gravioris erant animadversionis, ut et venire

sub hasta, virgis cædi, securi percussu, in crucem tolli, &c. Ea, de quibus hic sermo est, animadversionis duntaxat levis genera fuere.

e *Hordeo pavit*] Hoc unum est ex iis, quæ ex antiquo more revocavit Augustus; id enim ipsum narrat Livius lib. xxvii. et Plutarchus de Marcello, qui legionibus, quæ signa amiserant, hordeum præbuit. Magna quippe erat ignominia gladiatorio hoc cibo vesci.

f *Centuriones, statione deserta*] De Centurionibus in Jul. c. 68. Hi summi cuique militi locum in acie assignabant, a quo vel passum recedere capitale fuit. Sed eandem centurionibus statutam ab initio pœnam innuit hic Suetonius.

g *Manipulares*] Manipulus dicitur decem militum contubernium, sub uno papilionem degentium, teste Vegetio l. 11. alii aliter. Servius xi. Æneid. ad hunc versum 'Desolatique manipuli' ait: 'Manipuli autem dicti sunt signiferi, quia sub Romulo pauper adhuc populus Romanus exercitus hastas fœni manipulis illigabat, et hos pro signis gerebant; unde hoc nomen remansit.' Ideo Donatus voce manipulares hic intelligit signiferos, parum meo quidem judicio verisimiliter. Quamvis hæc fuerit appellationis causa, ut Ovid. 111. Fast. clare satis docet: 'Illaque de fœno: sed erat reverentia fœno, Quantam nunc

pitali animadversione puniit: pro cetero delictorum<sup>4</sup> genere variis ignominiiis<sup>h</sup> affecit, ut stare per totum diem<sup>i</sup> juberet ante Prætorium, interdum tunicatos<sup>k</sup> discinctosque,<sup>l</sup> nonnunquam cum decempedis,<sup>m</sup> vel etiam cespitem portantes. [25.] Neque post bella civilia aut in concione, aut per edictum, ullos militum 'commilitones' appellabat,<sup>5</sup> sed 'milites':<sup>n</sup> ac ne a filiis quidem aut privignis<sup>o</sup> suis,



Ven. 2. 3. Tum puniit Vind. 1.—4 Ern. malebat *ceteros pro del. gen.* Deest *delict.* Dunelm. et Fouc. Medic. 2. Mox *vel etiam* desunt Pal. 1. a m. pr. *vel* exulat a Vind. 2. et *etiam* non agnoscunt Pal. 2. 3. Ven. 1. nec desiderat Grut.—5 *Appellat* Memm. Cujac. Medic. 3. quod pro *appellavit* scriptum censuit Græv. Dein a abest a Vind. 1. qui contra *et* inseruit ante *imperio.* Item aut

## NOTÆ

aquilas cernis habere tuas. Pertica suspensos portabat longa maniplos, Unde manipularis nomina miles habet.'

<sup>h</sup> *Variis ignominiiis*] Exempli causa 'regradatione:' cum enim suis cuique gradus foret in militia, omnium infimi tirones erant et caligati, qui cum nullum adhuc specimen virtutis edidissent, omnibus militiæ muneribus sen potius oneribus incumbebant, unde munifices dicti sunt, ad eorum differentiam, qui cum strenue quidpiam gessissent, vacatione ab ejusmodi muneribus gaudentes, altiore obtinebant ordinem, et beneficiarii quandoque dicebantur; quod si quid ipsi delinquerent, e superiori hoc ordine dejiciebantur, quæ pœna dicebatur 'regradatio.' De variis ejusmodi militum ignominiiis plura apud Frontinum l. iv. Strategem. c. 1. Valer. lib. ii. c. 2. Gellium lib. x. cap. 8.

<sup>i</sup> *Stare per totum diem*] Exempla habes alia apud auctores illos eosdem.

<sup>k</sup> *Tunicatos*] Tunica vestis est cui toga in urbe superinduitur, in castris sagulum. Hac autem sola tegi in publico, vel Romæ vel in castris, magnæ vilitatis erat et ignominia.

<sup>l</sup> *Discinctosque*] Quasi militiæ inhabiles; qui enim opus aliquod aggrediebantur, fluxas vestes cingulo colligebant, unde hæc loquendi ratio 'operi se accingere.' Cum igitur milites operi semper intentos esse oporteret, et paratos, ideo cinctos esse moris fuit; qua de causa, discincti dedecore notabantur.

<sup>m</sup> *Decempedis*] Decempeda est pertica decem pedibus longa, qua in dimetiendis agris mensores utebantur. Cum autem et cespitem et perticarum magnus foret usus in castris, ad conficienda v. g. tabernacula, &c. ideo centuriones delinquentes tironum et infimi gradus militum laboribus plectebat Augustus.

<sup>n</sup> *Milites*] Sext. Aurelius auctor est, vehementer ab Augusto reprehensum illud Julii Cæsaris inventum, qui commilitones appellando, dum voluit carior fieri, principis auctoritatem emollivit.

<sup>o</sup> *Filiis quidem aut privignis*] Caio et Lucio, nepotibus ex Julia filia, et Agrippa, quos adoptavit in filios cap. 64. ac Tiberio et Druso, Liviae ex priore marito filii, ut infra sæpe, et toto lib. sequenti.

imperio præditis, aliter<sup>6</sup> appellari passus est; ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque suæ majestas postularet. Libertino milite,<sup>p</sup> præterquam Romæ incendiorum causa,<sup>q</sup> et si tumultus in graviore<sup>r</sup> annonæ<sup>r</sup> metueretur, bis usus est:<sup>s</sup> semel ad præsidium coloniarum,<sup>t</sup> Illyricum contingentium; iterum<sup>s</sup> ad tutelam ripæ Rheni fluminis: eosque servos adhuc<sup>9</sup> viris fœminisque pecuniosioribus<sup>u</sup> indictos, ac sine



præ. fastidit Huls. qui et *præditus*.—6 Non apparet *aliter* in Cujac. Dunelm. et libenter eiecerint Burm. Ond. favente Medic. 2. in quo legitur inv. ord. *app. alit.* Tum *estimans* Vind. 1. *existans* Pin. *quam rat.* Fouc. omisso *ant.*—7 Pal. 1. dat una dictione *ingrav.* et inde faciebat Burm. *ingravescente*, sed nihil movet. Infra pro *usus* Medic. 3. Huls. et Memm. præbent *urbis*, et de erat *bis* Periz. Harlem. Cort. Edd. Rom. Ven. tr. In Exc. Cuj. *bis usus, semel.* Si quid mutandum, mallet Ond. *urb. bis, sive urbanus, bis us. est.*—8 Item Periz. Cop. Harlem. Medic. 1. Edd. Ven. 1. Mediol. *iterum bis* Lugd.—9 Correxist Ond. *eosque, ad hoc servos*, i. e. præterea servos. Dein Edd. quædam *periculosioribus*, pro qua lect. præferunt *pecuniosioribus* Torr. et Gron. vel probant

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Libertino milite*] Factum fuerat a Romanis, statim post Cannensem cladem. Hic nota libertinos dici servos libertate donatos, qui tamen ab initio liberti tantum veteribus dicebantur: adhuc infra in Claud. cap. 24.

<sup>q</sup> *Incendiorum causa*] Septem ejusmodi militum cohortes (quæ quantæ sint, in Jul. cap. 31. et 68.) instituit, quarum singule duabus urbis regionibus custodiendis invigilarent, cui rei occasionem præbuere exorta uno die pluribus in locis incendia: singulis præferre tribunum, præposito omnibus spectabili quodam viro, qui 'præfectus vigilum' dicebatur. Vide lib. III. ff. de officio præfecti vigilum. Manumissos illos milites alii vocabant 'Sparteos' per contentum, vel a funibus, (e sparto quippe funes fiebant, Plin. lib. XIX. c. 2.) quorum multus in incendiis usus, vel a sparteis tunicis, quibus erant amicti, vel a genere calceamentorum, ut ait Ca-

sanbonus c. 30. De his cohortibus videtur etiam Strabonem lib. v. et Dionem lib. LV.

<sup>r</sup> *Graviore annona*] Hoc est rei frumentariæ penuria, cui prospiciendæ institutus erat præfectus annonæ. Tanta Augusto fuit hujus cura, 'ut tridui frumento in horreis quondam viso, statuisset veneno mori, si e provinciis classes interea non venirent,' ut ait Aurelius in fine Aug.

<sup>s</sup> *Bis usus est*] Cap. 16. manumissa duxit 20. servorum millia ad bellum Siculum; sed iis usus est remigibus, non militibus.

<sup>t</sup> *Coloniarum*] Ex fuerunt vel Aquileia, (de qua cap. 20) vel Concordia, etiamnum hodie in ora Venetiæ, vel Pola, similiter nomen retinens, in Histria. De Illyrico c. 21. et in Jul. c. 22. sed maxime Tib. c. 16.

<sup>u</sup> *Pecuniosioribus*] Ita Casaubonus in Viterbiensi, Pithæi, Lislæi, et optimis quibusque codicibus legit; sic et Sabellicus et Beroaldus scripsere.



mora manumissos, sub priore <sup>10</sup> v vexillo habuit, neque aut commixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Dona<sup>r</sup> militaria,<sup>v</sup> aliquanto facilius phaleras<sup>x</sup> et torques, et quicquid auro argentoque constaret, quam vallares<sup>y</sup> ac mura-



receptam cum codd. O. et Edd. pr.—10 Malebat Torr. *sub proprio*, probante Ern. Conj. Casanb. *sub primore*, Grut. in *priviore*, Burm. *sub privo*. Bernecc. *prius vexillum*, sed deinde ipse ad Torr. emendationem inclinat. Defendit priore Oud. et Obrecht. Diss. de Vexill. Imp. p. 67. Retinet etiam Gron. sed prius legit *nec sine mora*. Tum *habuerit* Periz. Harlem. Ed. Ven. 1.—1 *Dannaria* Harlem. Edd. Ven. tr. Med. Cald. Tum *et torq. et q.* voluit Casanb. et edidit Burm. Delent *et primo loco* Oud. et Wolf. cum Vind. 1. Cort. et Edd. Rom. In multis Edd. *et torq. quicq.* Malit Torr. *quoniam auro*. Dein aut

## NOTE

Alii *periculosioribus* ediderunt, alii *periculosioribus* malebant, nullo certe aut parum commodo sensu. Velleius auctor est, viros fœminasque coactos ex censu dare militem, et in eandem sententiam idem refert Dio lib. LV. Et mos ille jam inde a primis Reip. temporibus vixit: voluit enim Servius, ut onera ejusmodi in ditiores incurrerent.

<sup>v</sup> *Sub priore*] Mavult Torrent. *sub proprio*; quod multum arridet, si eodum accedat auctoritas, ut et *primore* juxta Casaubonum, ut sit sensus eos in acie prima collocatos. Et sane id vix effecerit vox *priore*, qua maxime videtur innui, sub aliquo jam ante vexillo fuisse habitos. Macrobius lib. I. cap. 11. has ipsas, de quibus hic sermo est, Augusti cohortes, 'voluntarias' ab eo appellatas ait, ad exemplum, ut videtur, eorum servorum, qui 'bello Punico cum deessent, qui scriberentur, pro dominis pugnatos se polliciti, in civitatem recepti sunt, et Volones (quia hoc sponte volnerunt) appellati.' Horum quoque, accepta clade Cannensi, octo millia conscripta narrat idem auctor ibid. et Livius lib. II. decad. III. sed hic lib. III. exercitatos, et lib. IV. non nisi post annum et amplius,

navatamque egregiam, fuso scilicet ad Beneventum Hannone, operam, manumissos dicit: quod exemplum secutus dici potuerit Augustus, si huic loco, cui mendum subesse suspicantur viri eruditissimi, addatur particula *non*, nempe *ac non sine mora manumissos*, hoc est, Augustus conscriptos in cohortes servos non manumisit quidem illico, et sine ulla dilatione, sed manumissos demum, habuit sub priore illo, eodem nempe vexillo, sub quo antequam manumitteret, probandi forte causa, illos habuerat.

<sup>w</sup> *Dona militaria*] Duplicis ea fuere generis: alia quæ non nisi honorem afferrent, alia quibus tantum non inesset honoris, sed plus utilitatis: priora sunt v. g. palma, hasta pura, (hoc est sine ferro,) coronæ gramineæ, vel quernæ, &c. nullius aut certe minimi per se pretii, sed ideo magno in pretio, quod magnæ virtutis indicia: posteriora sunt torques, fræni, ephippia, phalera, &c.

<sup>x</sup> *Phaleras*] Hinc, ut et ex Livii lib. VII. colligit Beroaldus, non tam equorum, quam equitum ornamenta fuisse.

<sup>y</sup> *Vallares*] Corona Vallaris Gellio lib. V. cap. 6. dicitur quoque Cas-

les<sup>2</sup> coronas, quæ honore præcellerent,<sup>2</sup> dabat: has quam parcissime, et sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis,<sup>3</sup> tribuit. M. Agrippam<sup>b</sup> in Sicilia post navalem victoriam cœruleo vexillo<sup>c</sup> donavit. Solos triumphales, quanquam et socios expeditionum, et participes victoriarum suarum, nunquam donis impertiendos putavit; quod ipsi quoque jus habuissent<sup>d</sup> tribuendi<sup>3</sup> ea quibus vellent. Nihil autem minus in perfecto duce, quam festinationem temeritatemque, convenire arbitrabatur. Crebro itaque<sup>4</sup> illa jactabat: *πεῦθε βραδέως. Et:*

*Ἄσφαλῆς γάρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.†*

† *Festina lente: cætus enim imperator melior quam audens.*

//////////

*mur. Medic. 1. Pin. phalces aut mur. Fouc.—2 Præcedent Ald. Steph. Arg. Lugd. Junt. Mox ac sine Pin. et in Vind. uterque, in Cilicia Memm. Medic. 3. Cilicia Cop. Vind. 2. Edd. Rom. sec. Gryph. Plant. Sicilian Ed. Rom. Campani. Oud. mendum suspicabatur, et reponendum Nicopoli.—3 Tribuenda Ven. 2. 3. Med. Cald. Mox imperfecto Ven. 2. 3. Lugd. Junt. Arg. et mendosius in imperf. Medic. 2. Pin. Edd. Bas. Seb. Gryph. duæ, et Colin. Polit. suprascripsit in Ed. Mediol. pr. duci, sed tunc in delendum notat Oud. Tum Hen. Steph. in Schediasm. vocem temeritatem censuit a glossatore ascriptam, et Exc. Voss. ostendant venire.—4 Torr. cum in uno suo cod. legeret crebroque ita j. mallet crebroque illa j. Græca tota deerant Harlem. Ed. Ven. 1. in aliis corrupte ut solet. Eurip. versus tantum abest a Vind. 1. Viterb. Pal. 3. et ultimum ejus hemistichium Edd. Rom. Pro θρασὺς in Cort. βραδύς. Latinam interpretationem adjecere Ven. 2. 3. Mediol. Cald. Lugd. et aliam diversam exhibent Viterb. et Pal. 1. Vocula et ante ἀσφαλῆς in nullo codice nec Ed. Vet. comparet, et rectius abesse judicat Oud. Dein Et, sat omisit Fouc.*

#### NOTÆ

trensis, 'qua donat eum imperator, qui primus hostium castra pugnans introivit: ea corona insigne valli habet.'

<sup>2</sup> *Murales*] Gellius ibid. Muralis 'est corona, qua donatur ab imperatore, qui primus murum subit, inque oppidum hostium per vim ascendit, ideoque quasi muri pinnis decorata est.' Has ex auro fieri solitas idem testatur; sed probabile est, phaleris et torquibus non esse pretio comparandas.

<sup>3</sup> *Caligatis*] Hoc est gregariis mi-

litibus, quos cap. proxime præcedenti 'manipulares' appellavit. Caligæ quippe militum calceamentum: in Calig. c. 9.

<sup>b</sup> *M. Agrippam*] Vide cap. 16.

<sup>c</sup> *Cæruleo vexillo*] Victoriæ mari relatæ signum est; quippe color ille idem qui maris: de Siculo bello c. 16.

<sup>d</sup> *Jus habuissent*] Libera nempe Rep. eorum enim erat, quorum auspiciis bella gerebantur: verum sub Imperatoribus, cum aliis libertatis insignibus, et hoc obsolevit.

Et, 'Sat celeriter<sup>e</sup> fieri, quicquid fiat satis bene.' Prælium<sup>s</sup> quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum major<sup>f</sup> emolumentis spes, quam damni metus, ostenderetur. Nam 'minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes' aiebat 'esse aureo hamo piscantibus: ejus abrupti damnum nulla captura pensari posset.' [26.] Magistratus atque honores et<sup>6</sup> ante tempus, et quosdam novi generis perpetuosque<sup>g</sup> cepit. Consulatum vicesimo<sup>h</sup> ætatis anno invasit, admotis hostiliter ad Urbem legionibus, missisque, qui sibi nomine exercitus deposcerent: cum quidem,<sup>7</sup> cunctante Senatu, Cornelius Centurio, princeps legationis, rejecto sagulo,<sup>i</sup> ostendens gladii capulum, non dubitasset in Curia dicere, 'Hic faciet, si vos non feceritis.'<sup>8</sup> Secundum consulatum post novem annos,<sup>k</sup> tertium

*et, satis in Vind. 2.—5 Medic. 3. et Polit. dant pro prælii. Tum sectantes Memm. et tandem esse aiebat Vind. 2. unde rō aiebat glossam esse putat Oud.—6 Sed ante Memm. Fouc. Medic. 2. Cuj. Voss. Infra admonitis Ed. Casaub. vitio forte operarum.—7 Quidam Periz. Edd. Ven. tr. Lugd. Med. Cald. Mox cunctante Cort. et Edd. Rom.—8 Si non fec. vos Vind. 1. Periz. Harl. Edd. Ven.*

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Sat celeriter*] Dictum Catonis 'sat cito, si sat bene.'

<sup>f</sup> *Major*] Hæc omnia ferme ad verbum Aurelius in Augusto. Græci versus Euripidis sunt in Phœniss. 609. vide in Julio c. 30. Nota 'cauto' opponi 'audentem.' Supra in Jul. c. 58. in nummis quoque suis id significavit, cum terminum fulmini conjunctum expressit, qualem profert Torrentinus, et literis, ut Gellius lib. x. cap. 11. quod et Titus imperator anchora cum delphino significavit.

<sup>g</sup> *Novi generis, perpetuosque*] Illis Triumviratum intellige, his vero censuram et Tribuniciam potestatem, ut cap. sequenti patet, quam ideo maxime perpetuam recepit, quod sacrosancti forent tribuni et inviolabiles.

<sup>h</sup> *Vicesimo*] Ejus honoris capiendi legitimus annus fuit 43. Cicero Philipp. v. 48. 'Quid Alexander Mace-

do, cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio et tricesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor quam consularis.' Debat enim prudentia et virtute singulari conspicuus is esse, qui hunc honorem ambiebat, et per Quæsturam, Ædilitatem, ac Præturam aditum sibi patefecisse. Neque tamen desunt eorum exempla, qui juniores consulatum gesserint, ut Corvini et Scipionis Africani, &c.

<sup>i</sup> *Sagulo*] Militare vestimentum, de quo in Jul. c. 48. et hoc libro c. 24. simile omnino de alio Centurione, quem ut prorogaretur imperium, Cæsar olim miserat. Cum enim non prorogari vidisset, concusso manu gladio, 'hic prorogabit,' inquit.

<sup>k</sup> *Post IX. annos*] Lege cavebatur, ne quis intra decem annos bis eundem

anno interjecto gessit: sequentes usque ad undecimum<sup>9</sup> continuavit:<sup>1</sup> multisque mox, cum deferrentur, recusatis, duodecimum magno, id est septemdecim annorum intervallo, et rursus tertiumdecimum biennio post ultro petiit,<sup>10</sup> ut Caium et Lucium<sup>m</sup> filios, amplissimo præditus magistratu, suo quemque tirocinio<sup>n</sup> deduceret<sup>1</sup> in Forum.<sup>8</sup> Quinque medios consulatus a sexto ad undecimum annuos gessit: ceteros aut novem, aut sex,<sup>2</sup> aut quatuor, aut tribus mensibus; secundum vero, paucissimis horis. Nam die Kalendarum<sup>p</sup> Januarii,<sup>3</sup> cum mane pro æde Capitolini Jovis paululum curuli sella<sup>q</sup> præsedisset, honore abiit, suffecto alio in locum<sup>r</sup> suum. Nec omnes Romæ,<sup>s</sup> sed quartum

<sup>8</sup> *Ut insignitus summo honore deduceret in forum filios suos Caium et Lucium, utrumque die tirocinii sui.*



tr. Bon. Med. Cald. Junt. Ald. Steph.—9 *Decem* Vind. 1. *undecim* Edd. Rom. Ven. 1. Mediol. Cald. Reliquæ duæ Ven. cum Bon. *novem*. Inferius liber Torr. omittit *id est*.—10 *Petit* Medic. 3. et *Brutum* Cop. et marg. Ed. Mediol.—1 *Decimum* Cop. Medic. 1. 3. Annum detrahunt Pall. supposito *ad decimum*. Item *annos* Medic. 3. Voss. Ed. Camp.—2 Ita restituit R. Steph. et secuti sunt Græv. Gron. Burm. et seqq. consentientibus tum Ursini Torr. Casaub. et Grut. Mss. tum Medicis, Vind. 2. aliisque. In Edd. Vett. plerisque *ceteros autem sex aut nov. aut sex*. Paris. et Bon. *cet. autem aut nov. aut sex*. Harlem. *cet. autem sex aut octo aut sex*.—3 *Januariarum* Medic. 2. Voss. *Januarium* Vind. 1. Tum *paulum curuli* Vind. 2. *curuli* etiam Ed. Mediol. aliæque,

#### NOTÆ

magistratum gereret, quæ jam omnia obsolescebant.

<sup>1</sup> *Continuavit*] Continuos gessit absque intermissione.

<sup>m</sup> *Caium et Lucium*] De his cap. proxime præcedenti, et infra sæpe.

<sup>n</sup> *Tirocinio*] Non militari, ut patet, sed forensi. Senec. præfatione in *Declam.* lib. III. 'et ideo ille primum in foro dieturnus, tiro dictus est.' Cum nempe toga pura sumta, barbaque posita, eloquentiam auspicabantur, de quibus cærimoniiis adhuc infra.

<sup>o</sup> *Ceteros aut novem, aut sex, &c.*] Sic emendandum censuit Casaub. deletis duabus vocibus *autem sex*, quæ in vulgatis erant hoc modo, *ceteros autem sex, aut novem, aut sex, &c.* quod

constare non posse, patet vel minimum attendenti: Casauboni lectionem tuentur Viterbiensis, Pithæi, et Lislæi codices.

<sup>p</sup> *Die Kalendarum*] De eo in Jul. c. 15. et 16. et 76.

<sup>q</sup> *Curuli sella*] Hæc erat eburnea, ideo Curulis dicta, quod curribus etiam illis imponeretur, quibus in Curiam vehebantur Senatores, qui majorem magistratum (quem ideo etiam Curulem dixerunt) gesserant, de qua adhuc infra c. 43.

<sup>r</sup> *Suffecto alio in locum*] Contra leges, ut in Julio c. 76.

<sup>s</sup> *Nec omnes Romæ*] Id quoque contra leges: nec enim alibi quam Romæ designati consules magistratum inire

consulatum<sup>4</sup> in Asia, quintum in insula Samo,<sup>t</sup> octavum et nonum Tarracone<sup>u</sup> iniit. [27.] Triumviratum<sup>v</sup> Reipublicæ constituendæ per decem annos administravit: in quo restitit quidem<sup>s</sup> aliquamdiu collegis, ne qua fieret proscription,<sup>w</sup> sed inceptam utroque acerbius<sup>x</sup> exercuit.<sup>h</sup> Namque illis in multorum sæpe personam per gratiam et preces exorabilibus, solus magno opere contendit, ne cui parceretur: proscripsitque etiam C. Toranium<sup>6y</sup> tutorem suum, eundemque collegam patris sui Octavii in ædilitate. Junius<sup>7</sup> Saturninus hoc amplius tradit: Cum peracta proscriptione

<sup>h</sup> *Gessit triumviratum decem annis, in quo adversatus quidem est aliquamdiu suis collegis, ut nulla proscriptio fieret, sed postquam inchoata est, usus est illa crudeliter ambobus: cum enim illi sæpe, favore et rogatu exorabiles essent erga multos, solus maxime enisus est, ut nemini ignosceretur.*

sellæ Cuj.—4 Consulem ad oram cod. Pulm. et marg. Ant. Gryph. et Colin. Mox in insulis Ven. 2. 3. Med. Cald. et Terracone Medic. dno, Tarraconæ Medic. 2. Teracone Vind. 1. Teratone Ed. Ven. 1.—5 Deest hæc vox in Periz. Harlem. Cort. Edd. Rom. Ven. tr. Bon. Med. Cald. Lugd. Junt. Ald. sed Bas. et rell. habent. Dein utroque Fouc. utrobique Vind. 1.—6 Et C. Toran. Fouc. Toranium Medic. 2. Torannum Dnuelm. Mox eundem c. Medic. tr. Cop. Cnj. Dnuelm.—7 Julius Memm. Saturninus in Cort. Ed. Rom. pr. item hæc in Vind.

## NOTÆ

poterant. Sacrum enim illud, quod hic innuitur, in Capitolio faciendum erat.

<sup>t</sup> Samo] Supra c. 17.

<sup>u</sup> Tarracone] Hodie *Saragossa* in Hispania citeriori.

<sup>v</sup> Triumviratum] Ipsum inter et Antonium ac Lepidum reconciliatione facta post bellum Mutinense, cap. 13.

<sup>w</sup> Proscripio] Quid sit proscripio, in Julio c. 11. et 41. Hac periit Cicero, quem Augustus ipse, quanquam reverentiæ et beneficiorum causa patrem appellaret, cedere coactus est Antonio et Lepido, quorum ille avunculum, hic fratrem suum Paulum, de quo c. 16. vicissim Augusto tradiderunt.

<sup>x</sup> Inceptam utroque acerbius, &c.] Narrat Livius lib. ix. decad. 1. He-

rennium Pontium senem prudentissimum consultum a filio, qui Romanos exercitus sylvis interceptos tenebat, quidnam de illis fieri oporteret, auctorem fuisse, ut omnes vel honorifice dimitterentur, vel ad unum occiderentur. Simili ferme consilio videtur usus Augustus, quanquam Dio longe aliter narret ac Suetonius, ab eo enim servatos ait, quotquot servari potuerint.

<sup>y</sup> Toranium] Magnum et sapientem virum, si modo is est ad quem extant Ciceronis epistolæ, super illius temporis calamitatibus conscriptæ lib. vi. familiarium 20. et 21. Vinium autem illum, de quo hic male quidam dicunt Junium, ut patet ex Dione lib. XLVII. T. Vinii libertum fuisse, atque ideo patroni sui nomine appellatum, pro ceterorum more libertorum.

M. Lepidus in Senatu excusasset præterita, et spem clementiæ in posterum fecisset, quoniam satis pœnarum exactum esset; hunc e diverso<sup>8</sup> professum, ita modum se proscribendi statuisset, ut omnia sibi reliquerit libera. In cuius tamen pertinaciæ pœnitentiam postea T. Vinium<sup>9</sup> Philopœmenem, quod patronum suum proscriptum celsæ olim diceretur, equestri dignitate honoravit.<sup>10</sup> In eadem hac potestate<sup>1</sup> multiplices flagravat invidia. Nam et Pinarium, Equitem Romanum, cum, concionante se, admissa turba paganorum,<sup>2</sup> apud milites, subscribere quædam animadvertisset, curiosum<sup>a</sup> ac speculatorem<sup>b</sup> ratus, coram<sup>2</sup> confodi imperavit:<sup>i</sup> et Tedium<sup>3</sup> Afrum, Consulem desig-

<sup>i</sup> Cum enim deprehendisset Pinarium equitem Romanum subnotare aliqua, dum ipse haberet apud milites concionem, ad quam introducta fuerat multitudo paganorum, iussit illum occidi se presente, arbitratus curiosum esse, et exploratorem.



2.—8 In prosperum f. q. s. p. et exact. e. h. ex d. Vind. 1. quo satis Cujac. et postea deest Periz. Edd. Rom. pr. Ven. tr. Bon. Med. Lugd. aliisque.—9 Ita legendum statuerunt Casaub. et Ond. pro vulg. Junium, accedentibus Memm. cod. Ursin. Fouc. Dunelm. Vimum Vind. 1. eum Dione l. XLVII. c. 7. Reliqui fere codd. Junium exhibent, quod etiam in Edd. Burm. et Bip. legitur. Pal. 1. habet M. Junium a m. pr. Pal. 2. T. Junium Philemonem, Pal. 3. Philemonem. Præbent Philemonem quoque Casaub. codd. cum Edd. Ald. Arg. et Steph.—10 Vulg. decoravit, quod edidit Burm. et secuti Ern. Bip. sed illud firmatur ex Mss. Pulm. Casaub. Torr. Ond. et Wolfii, et aliis. Item eq. ordine Vind. 1.—1 Tempestate Viterb. non improbante Casaub. Dein Torr. probante Ond. et Casaub. legebat et T. Pinar. Mox concionantem Medic. 1. idem et spec. eum Vind. 1. et Edd. Rom. Ven. Mediol.—2 Ante Casaub. vulgo edebatur coram se, sed rō se ejiciunt Mss. opt. notæ.—3 Codd. quidam Casaub.

#### NOTÆ

<sup>2</sup> Paganorum] Pagani sunt quicumque cives non militantes, non vero rustici pagorum incolæ. De illis plura apud Jureconsultos, præsertim ubi de militari et paganici testamentorum differentiis.

<sup>a</sup> Curiosum] Curiosi non ii modo apud illos erant, qui multorum satagebant, sed qui commissa vel in principis vel in præsidum comitatu crimina per provincias investigarent, et nuntiarent, quales et Medis fuisse narrat Herodotus, et in Dario Plu-

tarchus; et Augusto etiam Mæcenatis consilio ejusmodi delatores fuisse notat Dio; sed quorum testimonio non nisi caute admodum uteretur. Curiosi fuerunt ii quoque, qui publici cursus curam gerebant, quales dicimus *Maitres des Postes*, de quibus lib. XIII. Cod. de cursu publico, et lib. I. Cod. de Curiosis et Stationariis.

<sup>b</sup> Speculatorem] Speculator is est proprie miles, qui silentio hostilia perspicit, ut duci referat. Adriano fuerunt ministri quidam, quos fru-

natum,<sup>†</sup> quia factum quoddam suum maligno sermone carp-  
 sisset, tantis conterruit<sup>4</sup> minis, ut is se præcipitaverit. Et  
 Q. Gallium,<sup>c</sup> Prætozem, in officio salutationis<sup>d</sup> tabellas<sup>e</sup>  
 duplices<sup>e</sup> veste tectas tenentem, suspicatus gladium occu-  
 lere, nec quicquam<sup>6</sup> statim, ne aliud inveniretur, ausus in-  
 quirere, paulo post per Centuriones et milites<sup>7</sup> raptum e  
 tribunali, servilem in modum torsit,<sup>f</sup> ac fatentem nihil jus-  
 sit occidi, prius oculis ejus sua manu effossis:<sup>8</sup> quem tam-  
 en scribit colloquio petito insidiatum sibi, conjectumque  
 a se in custodiam, deinde Urbe interdicta dimissum, nau-  
 fragio vel latronum insidiis perisse. Tribuniciam potesta-  
 tem<sup>g</sup> perpetuam<sup>9</sup> recepit: in qua semel atque iterum per



et Vind. 2. habent *Rhedium*. Lips. et Ryckius ad Tac. r. Ann. 10. vocant eum  
*Sextum Tedium*. In Pal. 1. *Tedium Afectu*, ac conj. Grut. *Atedium Afrum*.—  
 4 Al. *perterrui*, illud tamen dant plures libri tam scripti quam editi. *Atteruit*  
 Periz. Harlem. Edd. Ven. 1. Med. Cald. Dein *Gallum* Vind. 1. Periz. Cort.  
 Harlem. Edd. a Rom. O. etiam Bas. post. sed *Gallium* Bas. 1. Ant. Gryph.  
 Colin. et aliæ.—5 In Ed. Casaub. *tabulas*. Alii delent vocem teste Gron. et  
 Scriv. *duplicatas* Cort. Edd. Rom. *publices* Vind. 1. *veste* exulat a Pin.—6 *Ne-*  
*quicquam* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. Junt. Ald. Lugd. Colin. Bas.  
 Cannegiet. ad Avien. suspicatur hic esse vocum trajectionem, pro *ne aliud*  
*quicq.* Mox *et ne alius* Harlem.—7 *Centuriones militum* Edd. Ant. Gryph. et  
 Plant. Mox *fantem nihil* Vind. 1. cum Edd. pp. *fantem* duo libri Torr.—8 *Ocu-*  
*los e. s. m. effusos* Memm. et inde Heinsio emendanti *effusis* assensum præbet  
 Ond. Dein *admissum* Medic. 2. Cuj. Dunelm. Pin. Voss. Conj. Burm. *amis-*  
*sum*, cum quo facit Scheff. distinguens ita: *interdicta, amissum naufragio, vel.*  
 —9 *Perpetuo* Huls. Vind. 1. ac *coactavit* Medic. duo, Vind. 2. Cop. Harlem.  
 Edd. Camp. Ven. tr. Med. Junt. Ald. *coactavit* Huls. Supra *perisse*, ut sæpius,

## NOTÆ

mentarios appellabat, per quos omnia domorum arcana explorabat.

† A. U. C. 731.

<sup>c</sup> Q. Gallium] Sic ex Mss. Casaubonus et Torr. Vulgati legebant *Gallum*.

<sup>d</sup> Officio salutationis] Mos vetus, præsertim sub imperatoribus, ut non ad principis modo, sed ad potentiorum quoque ædes mane salutatum irent, unde Martial. 'Prima salutantes atque altera continet hora.'

<sup>e</sup> Tabellas duplices] Vel a numero foliorum, ut censet Beroaldus, vel

quod bis in se complicatæ forent, ut Turnebus lib. xxviii. Advers. cap. 32. Erant quoque triplices, et quadruplices, &c. videsis in Jul. cap. 42.

<sup>f</sup> Servilem in modum torsit] Tanquam crimine majestatis reum: hoc enim tantum casu liberum hominem torqueri fas erat, et omnibus æqua conditio erat, ut patet ex lib. iv. Cod. ad legem Juliam majestatis.

<sup>g</sup> Tribuniciam potestatem] Imperatores Romani Tribuniciam sibi potestatem sumere consueverant, ut ea

singula lustra<sup>h</sup> collegam sibi cooptavit. Receptit et morum legumque regimen<sup>i</sup> æque perpetuum: quo jure, quam sine censuræ honore, censum<sup>k</sup> tamen populi ter egit: primum ac tertium cum collega,<sup>l</sup> medium solus. [28.] De reddenda Republica bis cogitavit:<sup>m</sup> primo post oppressum statim Antonium, memor, objectum ab eo sibi<sup>o</sup> sæpius, quasi per ipsum staret, ne redderetur: ac rursus tædio diuturnæ valetudinis; cum etiam, magistratibus ac Senatu<sup>l</sup> domum accitis, Rationarium<sup>n</sup> imperii tradidit. Sed repu-



Memm. et alii, quod recepit Oud. Item *quorum jure* Vind. 2.—10 *Sibi abest* Medic. 1. In reliquis duobus et Voss. *sibi ab eo*.—1 Burm. et Oud. præferunt lectionem cod. Torr. *e Senatu*, quod præbent etiam Cort. et Edd. Rom. In Ed. Junk. est *senatui*. Tum *ratiocinarium* Cop. Cort. 2. Paulo ante *cum*

#### NOTÆ

forent magis inviolabiles; sacrosancta quippe tribunorum plebis potestas; ‘sacrosanctum’ autem Festo ‘dicitur, quod jurejurando interposito est institutum, si quis id violasset, ut morte pœnas penderet. Cujus generis sunt tribuni plebis.’ Exemplum ejus assumptæ potestatis primum est a Julio, cui Senatusconsulto delata est in omnem vitam, ut refert Dio lib. XLII. et XLIV. Quia tamen ea publice primus usus est Augustus, eique prærogativis quibusdam additis splendorem addidit, ejus auctor dicitur Tacito, Annal. III. ‘Id summi fastigii vocabulum Augustus reperit, ne regis aut dictatoris nomen assumeret, hac tamen appellatione aliqua cetera imperia præmineret.’

<sup>h</sup> *Lustra*] Lustrum est spatium quinque annorum: hoc instituit Servius una cum censu, hoc enim peracto, lustrabatur solenni sacrificio populus, qui in campo cum armis adesse jusus erat. De quo Livius lib. I. et Halicarn. lib. IV. fuse.

<sup>i</sup> *Morum legumque regimen, &c.*] Hinc Horatius Epistola I. lib. II. ad Augustum: ‘Cum tot sustineas ac tanta negotia solus, Res Italas armis tute-

ris, moribus ornes, Legibus emendes,’ &c. Quod munus proprie censoris erat, ut Livius lib. IV. cujus nomen sumere sibi noluerat et Julius, ut supra in ejus vita c. 76.

<sup>k</sup> *Censum*] Quid hic esset, supra in Julio c. 41. et 76. &c. Uno ex illis natus est Christus Dominus, ut narrat D. Lucas in Evangelio c. II. vs. 2. circa annum U. C. 752.

<sup>l</sup> *Collega*] Duo erant censores, sed in alterius locum, si forte moreretur, alium non sufficiebant.

<sup>m</sup> *Bis cogitavit*] Hoc est, bis voluit otio se reddere, et Reip. curam ac sollicitudinem deponere, et quidem serio, non simulate; sæpius enim velle se reddere, optavit, aut finxit. Senec. de brevitate vitæ c. 5. Hujus consilii suasorem Agrippam Mæcenati dissuadenti posthabuit, suapte natura dominandi cupidissimus, ut inquit Entropius. Rationem utriusque Dio refert lib. LIII. et quod Suetonius hic ‘Rempublicam reddere’ dicit, ille fusius, populo restituere arma, leges, provincias, redditus, &c. De hoc Augusti consilio vide et Senec. lib. de brevitate vitæ.

<sup>n</sup> *Rationarium*] Librum memoria-



tanſ, et ſe privatũ <sup>2</sup> non ſine periculo fore, et illam plurimum arbitrio temere committi,<sup>o</sup> in retinenda perſeveravit; dubium, eventu meliore,<sup>3</sup> an voluntate. Quam voluntatem cum præ ſe<sup>4</sup> identidem ferret, quodam etiam edicto<sup>p</sup> hiſ verbis teſtatus eſt: ‘Ita mihi ſalvam<sup>q</sup> ac ſoſpitem Rempublicam ſiſtere in ſua ſede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quem peto, ut optimi ſtatus auctor dicar;<sup>5</sup> et moriens ut feram mecum ſpem, manſura in veſtigio ſuo fundamenta Reipublicæ, quæ jecero.’ Fecitque ipſe ſe compotem voti, niſus omni modo, ne quem novi ſtatus pœniteret. [29.] Urbem, neque<sup>6</sup> pro majeſtate imperii ornatam,<sup>7</sup> et inundationibus<sup>r</sup> incendiisq; obnoxiam,<sup>s</sup> excoluit



et m. Vind. 1. tum et m. Vind. 2.—2 *Rep. eſſe priv.* Cuj. Mox *arbitrium* Medic. 1. a m. pr. et deest *temere* duobus codd. Torr. Dein *perſeveraverit* Huls.—3 Hanc bigam verborum *mel. ev.* eliminat Freinſh. in Ind. Floriano, probante Bernecc. *meliori* Periz.—4 Ita reſtituit Caſaub. e Ms. Nonnii ſuiſque, atque Edd. Rom. Bon. Ald. et Steph. in quib. tamen *ident. præ ſe*. Firmant quoque Cort. et Vind. 2. *præſidens ident.* Medicei et Polit. cui placebat, *præſidens idem f.* Fouc. Dunelm. *præſidens præ ſe f.* Cop. Periz. Harlem. (niſi quod per ſe) Edd. Ven. tr. Lugd. Baſ. Seb. Gryph. Col. Dolet. *cum idem fer.* Cuj. Legit Torr. cum cod. nuo Pulm. *vol. quod. etiam edict.* omiſſis ceteris, vel eji-ciendum cenſet *præſid.* et ſubſtituendum *præſens*.—5 *Dicatur* Huls. Tum pro *niſus* Vind. 1. *meſus*, unde faciebat Ond. *eniſus*. Vind. 2. et Cort. *nixus*.—6 ‘Hiſ verbis novum caput incipiendum eſſe, docet argumentum a ſuperiori prorsus diverſum, et cum ſequentibus cohærens.’ Baumg. Omnes Edd. reliquæ exordiuntur cap. a verbis, *Publica opera*. Pro neque habent *namque* Pal. 1. Cop. Dunelm. et plerique Ond. et Torr. cum Edd. Vett. O. ſere, præter Bon. Steph. Caſaub. et Raphael. *nam* in Fouc. Conj. Ond. *urb. enim, neque*.—7 *Inornatam* Vind. 2. Dein Cuj. *incoluit*, et infra *prævideri* Periz. Cort. Edd.

## NOTÆ

lem, quo omnis publicæ adminiſtrationis ratio ſua ipſius manu perſcripta erat, quantum civium et ſociorum in armis, quot regna, quot provinciæ, quanta vectigalia, &c. Tacit. Annal. 1.

<sup>o</sup> *Temere committi*] Vocem *temere* in duobus optimis libris non legit Torr. nec eam deſiderat, quæ tamen abeſſe ſalvo ſenſu poſſe non videntur.

<sup>p</sup> *Edicto*] In Julio c. 9. 11. et 75.

<sup>q</sup> *Ita mihi ſalvam, &c.*] Reperiuntur ſimiles jurisjurandi formulæ. Plan-cus apud Ciceronem lib. Famil. Epist.

10. Epist. 9. ‘Quod ad me attinet, mi Cicero, ita ab imminentibus malis Reſp. me adjuvante liberetur: ſic,’ &c. Julianus apud Ammianum lib. xxiv. ‘Animabat Julianus exercitum, eum non per caritates, ſed per inchoatam negotiorum multitudinem deſereret aſſidue, ſic ſub jugum mitteret Perſas, ita quaſſatum recrearet orbem Romanum: ut Trajanus fertur aliquoties jurando dicta conſueviſſe firmare: Sic in provinciarum ſpeciem redactam videam Daciam, ſic pontibus Iſtrum, Euphratem ſuperem, &c.

adeo, ut jure sit gloriatus, marmoream <sup>t</sup> se relinquere, quam latericiam accepisset. Tutam vero, quantum provideri humana ratione potuit, etiam imposterum præstitit. Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel præcipua,<sup>s</sup> Forum <sup>u</sup> cum æde Martis Ultoris,<sup>v</sup> templum Apollinis <sup>9</sup> in Palatio,<sup>w</sup> ædem Tonantis Jovis in Capitolio. Fori exstruendi causa fuit hominum et judiciorum multitudo, quæ videbatur, non

Camp. Ven. tr. Med. Bon. Lugd. Junt. Ald. et *impost.* Vind. 2. ac *præcivit* Polit.—8 *Extrussit ex quib. præcipue* Periz. quibus ut Polit. e quib. Vind. 1. vel abest Cort. Harlem. Edd. Rom. Ven. Bon. Med. Lugd. Junt. Ald. Steph. ex etiam deest Cop.—9 *Appollonis* Memm. ut supra, c. 18. et iterum c. 31. Dein *festinatius* Huls. Periz. Fouc. Medic. tr. Danelm. Tum *nedum* Ed. Rom. pr.

## NOTE

<sup>r</sup> *Inundationibus*] Livius lib. v. decad. iv. refert duodecies eodem anno campum Martium, planaque urbis inundata. Inundationes ejusmodi, prodigii semper loco a Romanis habitæ sunt, et in acta referri solitæ.

<sup>s</sup> *Incendiisque obnoxiam*] Idem Livius lib. i. decad. iv. 'Annus insignis incendio ingenti, quo clivus publicus ad solum exustus.' Et alibi, Tacit. lib. xv. Annal. ubi de incendio Neroniano causam affert: 'Obnoxia urbe aretis itineribus, hucque et illuc flexis atque enormibus vicis,' &c.

<sup>t</sup> *Marmoream*] Non de ædificiorum pulcritudine, sed de imperii firmitudine, ex Dione quidam intelligi voluisse putaverunt.


<sup>u</sup> *Forum*] Quid sit in Julio c. 26.

<sup>v</sup> *Æde Martis Ultoris*] Ovid. v. Fast. loquentem inducens Augustum, et Marti preces fundentem: 'Dona ferres, et, me victore, vocaberis Ultor. Dixerat, et victo lætus ab hoste redit.' Formæ fuit rotundæ in ipso Augusti foro exstructa ædes illa, hac urbis hodiernæ regione, quæ S. Martinæ ædem attingit, ex descriptione Jacobi Lauri; sed duo erant et diversæ formæ, utrumque ab Augusto ædifica-

tum, alterum in Capitolio post recepta a Parthis signa. Templum hic et ædem videtur manifeste distinguere, unde hanc differentiam ex Gellii lib. xiv. c. 7. ascribere expedit; ibidem enim ex Varrone ait: 'In curia Hostilia et in Pompeia et post in Julia, cum profana ea loca essent, templa esse per augures constituta, ut in iis Senatusconsulta more majorum justa fieri possent. Inter quæ id quoque scriptum reliquit (Varro) non omnes ædes sacras templa esse, ac ne ædem quidem Vestæ templum esse.'

<sup>w</sup> *In Palatio*] Quid sit Palatium c. 5. ubi in Palatii regione natum Augustum retulit. Quapropter montem illum verosimile est pro aliis elegisse decorandum; ibi enim splendidissimam illam domum exstruxit, de qua hoc ipso capite, et c. 5. hujus etiam hodie visuntur vestigia quædam, ab ea parte qua montem Aventinum respiciens Circo maximo imminabat, ut facilius posset inde spectacula, et navalia præsertim videre prælia, quemadmodum in ejus descriptione notavit Jacobus Laurus.

sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautumque, ut separatim in eo publica judicia<sup>x</sup> et sortitiones judicum<sup>y</sup> fierent. *Ædem Martis*,<sup>10</sup> bello Philippensi pro ultione<sup>z</sup> paterna suscepto, voverat.<sup>a</sup> Sanxit ergo, ut de bellis<sup>b</sup> triumphisque hic consuleretur Senatus: <sup>1</sup> provincias cum imperio petituri hinc deducerentur: <sup>c</sup> quique victores redissent, huc insignia<sup>2</sup> triumphorum<sup>d</sup> inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit,<sup>3</sup> quam fulmine ictam desiderari a Deo haruspices<sup>e</sup> pronun-



et cautumque pro tantumq. Fouc.—10 Vulgo *Marti*, sed illud recepit Baumg. cum Ond. et Wolf. suffragantibus Memm. Medic. 2. Vind. 1. Fouc. Dunelm. Voss. Guelph. 2. Cnj. Mox *pro visione pat.* Medic. tr. Vind. 2. Fouc. Dun. Cop. Huls. Cnj. et *pro deest* Ed. Ven. 1. aliæ duæ *voverat*, cum Fouc. *moverat* Vind. 2.—1 *Cons. hic Sen.* Vind. 1. Cort. atque Edd. Vett. quæ *rediissent* ut sæpius. Item *quicumque v.* Vind. 1.—2 *In signa* Cort. Postea *conferrent* Medic. tr. Polit. Vind. 2. Huls. Voss. Memm. non improbante Ond. Ceterum *in deest* Edd. Med. Cald. aliisque.—3 Ursin. probat e Vet. cod. *exertavit*. Tum

## NOTE

<sup>x</sup> *Publica judicia*] Ea sunt in quibus accusare cuius licebat e populo, ut repetundarum, ambitus, &c. de quibus in Julio c. 4. et 9. adulterii in Tiber. c. 35.

<sup>y</sup> *Sortitiones judicum*] An Senatores ab initio judicaverint, an vero tantum post ademtum id muneris equitibus, quæstio est ambagibus multis obnoxia: utut est illud, constat sortitiones judicum tunc fieri solitas, cum prætor aut princeps ille quæstionis, de quo in Jul. c. 11. selectorum hoc anno judicum, qui vulgo 300. ut existimant, nomina omnia coniciebat in urnam, ut numerus educeretur definitus per legem, negotii de quo agebatur causa latam; si vero vel accusator vel reus quosdam ex illis sibi suspicaretur infensos, rejectis illis, ab utraque parte subsortiebantur alios. Huic ergo judiciorum parti forum suum Augustus destinaverat. Qua de re Cicero in Verrinis, et ibi

Asconius Pedianus.

<sup>z</sup> *Pro ultione*] Ovid. Fast. v. 'Ultor ad ipse suos cælo descendit honores, Templaque in Augusto conspicienda foro.'

<sup>a</sup> *Voverat*] Ovid. ibidem: 'Voverat hunc genitor tunc cum pia sustulit arma.' Pia scilicet, quia suam in adoptivum patrem pietatem exhibebant.

<sup>b</sup> *De bellis*] Indicendis, quod olim in Capitolio: idem Ovid. ibid. 'Digna Gigantæis hæc sunt delubra trophæis: Hinc fera Gradivum bella movere decet.'

<sup>c</sup> *Deducerentur*] Officii causa. Vide in Julio c. 71.

<sup>d</sup> *Insignia triumphorum*] De his in Julio c. 37.

<sup>e</sup> *Haruspices*] Notum est, fuisse divinatores quosdam, qui et extispices dicti, ab extorum inspectione futura prædicentes.

tiarant.<sup>4</sup> Addidit porticus<sup>f</sup> cum bibliotheca<sup>g</sup> Latina Græcæque: quo loco<sup>h</sup> jam senior sæpe etiam Senatam habuit,<sup>5</sup> decuriasque<sup>i</sup> judicium recognovit. Tonanti Jovi ædem consecravit, liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur<sup>6k</sup> præstrinxisset, servumque prælucentem<sup>7l</sup> exanimasset. Quædam etiam<sup>8</sup>



unica voce *adeo* Fouc.—4 *Pronuntiarent* Memm. Medic. tr. Vind. uterque. Harlem. Periz. Cort. Cuj. Voss. et Edd. O. ante Steph. Mox *addidit* reposuit Baumg. auctoribus Casaub. Oud. Ern. Pitisc. fide Memm. Viterb. Gros-lot. Medic. 1. 3. Fouc. Vind. utriusque Cop. Voss. Cuj. et Edd. aliquot. Vulgo *addita* etiam a Burm. servatum. *addit* Huls. *additus* Ed. Camp. *aditus* Ven. 1. quæ et *Græca*, sine *que*.—5 *Cenas hab.* Harlem. Tum *cognovit* Vind. 1. *Tonantique* Vind. 2. ac *in exp.* Periz. Medic. 2. Edd. Ant. Gryph. Plant.—6 *Fulgor* Edd. Plant. Græv. Gron. Dein *perstrinxisset* Edd. fere O. idque prætulit Canneget. ad Avien. fab. 22. *præst.* habent Medic. 3. Polit. Pulm. Pal. tres, Memm. Cuj.—7 *Perducentem* Fouc. Periz. Harlem. Cuj. Cort. Edd. Rom. Ven. tr. *præduc.* Medic. 1. 3. Vind. uterque cum Edd. Lugd. Junt. Ald. In Polit. *produc.*—8 *Desideratur etiam* in Ed. min. Græv. et Gron. Dein *soro-*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Porticus*] Locus erat, totus ad amœnitatem et magnificentiam compositus et exstructus, ubi deambulationes et umbracula. Ovid. de porticu Pompeii: 'Tu modo Pompeia lætus spatium sub umbra,' &c. Martial. non semel.

<sup>g</sup> *Bibliotheca*] De qua Horatius Epist. 1. lib. II. 'Si minus Apolline dignum Vis complere libris, et vates addere calcar.' Et Ode 31. lib. I. 'Quid dedicatum poscit Apollinem Vates, quid orat,' &c. Et lib. I. Epist. 3. 'Scripta Palatinus quæcumque recepit Apollo,' &c. Idem voluerat Julius c. 44.

<sup>h</sup> *Quo loco*] De templo Apollinis Sabelliensis locum illum intelligit, quod in aliis quam consecratis augurio locis haberi Senatam fas non esset: verum cum et alia multa Augustus immutarit, et hic idem auctor, licet ædem Martis a templo distinguens, in illa tamen Senatam consulendum voluisse referat; de porticu quoque vel bibliotheca intelligi posse videtur. De hoc Apollinis templo, Propertius

lib. II. Elegia I. ab initio: 'Atque ubi navali stant sacra palatia Phæbo,' &c. Hujus in fastigio videbatur solis currus, qui multo auro obductus, mirum splendorem edebat; cujus meminuit idem auctor lib. II. Elegia 31. templum describens: 'Tum medium claro surgebat marmore templum, Et patria Phæbo carius Ortygia. Auro solis erat supra fastigia currus,' &c. Manilius quoque lib. V.

<sup>i</sup> *Decuriasque*] Judicium decuriarum fuerunt eorundem variarum classes, de quibus sic Plinius lib. XXXIII. c. 1. 'Judicium quoque non nisi quatuor decuriarum fuere primo, vixque millia singula in decuriis inventa sunt, nondum provinciis ad hoc munus admissis,' &c. Et c. 2. 'Decuriarum quoque ipsarum discretarum pluribus nominibus, fuere tribunorum æris, et selectorum, et judicium. Præter hæc etiamnum nongenti vocabantur.' Videsis et Turn. lib. XXIX. c. 16. &c.

<sup>k</sup> *Fulgur*] Pro fulmine posuit, quod nec aliis insuetum.

<sup>l</sup> *Servumque prælucentem*] De con-

opera sub nomine alieno, nepotum scilicet et uxoris sororisque, fecit: ut porticum basilicamque Caii et Lucii;<sup>9</sup> item porticus Liviae et Octaviae,<sup>10</sup> theatrumque Marcelli.<sup>o</sup> Sed et<sup>10</sup> ceteros principes viros sæpe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel novis, vel relictis et ex cultis, Urbem adornarent. Multaque a multis exstructa<sup>1</sup> sunt: sicut a Marcio Philippo<sup>p</sup> aedes Herculis Musarum;<sup>2</sup>

ris sine que Memm. ac sor. Medic. 1. 3. Polit. Cop.—9 Edd. ante Oud. *Caii et Lucii*. Memm. et al. *Gaii*. Mox *porticum* Vind. 2. *port. Juliae* Periz. *port. Lunæ* Cop. Fouc. qui et *Octavio*.—10 *Sed etiam* Vind. 1. et man. doct. ad oram Ed. Torr. scripserat *adhortatus*. Tum *vel ref. vel excult.* Medic. 1. Vind. 2. Pal. 1. Cop. et exulat a Vind. 1.—1 *Tunc exstructa* Fouc. Medic. tr. Cuj. Cop. Duhnelm. Polit. Voss. Fouc. qui postea a *M. Nero* exhibet.—2 *Et Musar.* Vind. 1. Cort. Edd. Rom. Ven. 2. 3. (quæ *Martio*) Steph. Bas. Gryph. Plant. et alia. Sustulerunt copulam primi Torr. et Casaub. e suis codd. et nummis.

## NOTÆ

suetudine luminum itineribus nocturnis gerendorum in Jul. c. 31.

<sup>m</sup> *Basilicamque Caii et Lucii*] Quid sint basilicæ, supra in Jul. cap. 10. Hæc, quæ Caii fuit et Lucii referente Marliano, stetit eo in loco, qui hodie est inter templum S. Bibianæ, et urbis mœnia: cui rei fidem facit, quod Jacobus Laurus ait locum etiam hodie dici *Thermæ Gallutii*, parum corruptis vocibus Caii et Lucii. Non quidem quod ibi thermæ fuerint, sed quod ingentia omnia ædificia thermas vulgus appellaverit. ‘Præterea,’ inquit idem Laurus, ‘concamerata fornix, quæ adhuc integra permanet, attestatur, qua, præter Pantheonis illam mirabilem, nullam aliam superbiorem invenies.’

<sup>n</sup> *Livia et Octaviae*] Illa conjux, hæc soror Augusti. Liviae porticus in sacra via fuit, ut innuit Ovidius: ‘Disce tamen, veniens ætas, ubi Livia nunc est Porticus, immensæ tecta fuisse domus:’ Julii nempe Cæsaris; in Julio c. 46. Octavia autem in nona urbis regione, ante Marcelli filii ejus theatrum, ubi fuit et curia Octavia. Harum, porticus scilicet

et curiæ, statuas et imagines Plinius ab eximiis auctoribus maxime commendat. Ædificia illa a S. Nicolao in Carcere, ad S. Mariam in Porticu extensa fuisse conjiciunt.

<sup>o</sup> *Theatrumque Marcelli*] Filius hic erat Octaviae. Theatrum inter et amphitheatrum discriminis illud erat, quod illud semicirculi, hoc circuli ferme, seu potius ovi figura constaret. Marcelli theatrum Tarpeio monti accubabat, ubi sum olim erigere Cæsar destinarat, in Jul. c. 44. Ibi fuit, ubi hodie Palatium Sabellorum, in quo multæ supersunt ejus reliquiæ: columnæ præsertim, sed igne labefactatæ, ut idem Laurus testatur.

<sup>p</sup> *Marcio Philippo*] Augusti vitrico, de quo c. 8. Vulgatæ editiones legébant, *Herculis et Musarum*. Casaubonus et Torrentius suorum librorum auctoritate sustulerunt *et*; templum enim illud Herculi commune fuit et Musis, ut ex Plutarcho problemate 69. constat, a Marcio illo Philippo instauratum duntaxat, non primo conditum, sed longe antea a M. Fulvio Nobiliore, Ennii poetæ amicissimo, circa annum U. C. 566. Fulvius quip-

a L. Cornificio ædes Dianæ;<sup>a</sup> ab Asinio Pollione atrium Libertatis;<sup>r</sup> a Munatio Planco<sup>s</sup> ædes Saturni; a Cornelio Balbo<sup>s</sup> theatrum; a Statilio Tauro amphitheatrum;<sup>t</sup> a M. vero Agrippa complura et egregia.<sup>u</sup> [30.] Spatium Urbis †



—3 Legebat Ursin. in Vet. cod. *L. Mumat. Pl.* et probat. Habent Cop. Vind. 1. a *Numacio*, Vind. 2. a *Munantio*. Periz. *Poll. æd. Saturni*, omissis mediis.—

## NOTE

pe de Ætolis triumphaturus novem Musarum statuas ex capta urbe Ambracia Romam transtulerat, ibique dedicaverat, ut ostenderet Musarum quietem defensione Herculis egere, hujus vero virtutem voce Musarum exornari. Juxta illud Horatii Ode 9. lib. iv. 'Vixere fortes ante Agamemnona Multi, sed omnes illacrymabiles Urgentur ignotique longa Nocte, carent quia vate sacro.' Amicitiam Ennii præsertim respiciens Fulvius; cum enim ille perditionis comitem amico se præbuisset, ejus victoriam insigni laude celebraverat: de his Livius lib. viii. et ix. decad. iv. et Plinius l. xxxv. c. 10. ac præsertim Eumenius Rhetor, oratione de scholis instituendis, quæ cum variis panegyricis edita vulgo invenitur. Fuerunt alia tria Herculis templa, quorum aliqua etiamnum Romæ visuntur vestigia.

<sup>a</sup> *Ædes Dianæ*] Plures itidem fuere.

<sup>r</sup> *Ab Asinio Pollione atrium Libertatis*] De Asinio jam c. 30. et 55. Julii. Atrium locus erat columnis cinctus, cujus in medio area sub dio, quæ ideo *αθήριον*, ab *αθήρ*, *αἴρ*, et peristylum, a columnis, appellata; unde atria apud ipsos, monachorum claustris, ut aiunt, non absimilia. In atrio libertatis tabularium fuit, quo servabantur acta publica. Ut clare satis inmit Livius lib. iii. decad. v. 'Censores ex templo in atrium libertatis

ascenderunt, et ibi signatis tabellis publicis, clausoque tabulario,' &c. hujus conditor longe ante fuerat Gracchus, ut idem Livius lib. iv. decad. iii. notat: unde non nisi collapsi aut ruinam minantis instauratorem fuisse Pollionem, verosimile est; Huc doctos animi causa convenisse innuit Ovid. 'Nec me, quæ doctis patuerunt prima libellis, Atria libertas tangere passa sua est.'

<sup>s</sup> *Cornelio Balbo*] Illo Cæsaris amico, de quo in Jul. c. 78. et 81. De hujus theatri loco non convenit antiquariis: existimant vulgo ejus vestigia superesse sub palatio ducis Cæsarini, quin et eidem palatio dedisse fundamenta.

<sup>t</sup> *A Statilio Tauro amphitheatrum*] Hoc solium, primumque lapideum Romæ fuisse, notat Lipsius lib. de amphitheatro c. 5. meminit Dio lib. li. conditum anno U. C. 725. Hujus ædificii vestigia videntur ad templum et cœnobium S. Crucis in Hierusalem, ubi Cistercensis ordinis viri habitant.

<sup>u</sup> *A M. vero Agrippa complura et egregia*] Mirabile præsertim illud templum, quod, Jovi et Diis omnibus dicatum, Pantheum appellavit, etiamnum hodie extans, a Bonifacio iv. summo pontifice, in honorem S. Mariæ et omnium sanctorum consecratum, quod a forma vocavere *rotunda*.

† A. U. C. 741.

in regiones <sup>v</sup> vicosque <sup>4</sup> divisit: instituitque, ut illas annui magistratus <sup>x</sup> sortito tuerentur, hos <sup>y</sup> magistri e plebe cujusque viciniæ lecti. Adversus incendia excubias nocturnas vigilesque <sup>z</sup> commentus est. Ad coërcendas inundationes alveum Tiberis laxavit ac repurgavit, <sup>5</sup> completum olim ruderibus, et ædificiorum prolapsionibus <sup>6</sup> coarctatum. Quo autem facilius undique Urbs adiretur, desumta sibi Flaminia <sup>7</sup> via <sup>a</sup> Arimino <sup>b</sup> tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali <sup>c</sup> pecunia <sup>8</sup> sternendas distribuit. Ædes sacras, vetustate collapsas, aut incendio absumptas, refecit, <sup>d</sup> easque et ceteras opulentissimis donis adornavit, ut qui <sup>9</sup> in cellam <sup>e</sup> Capitolini Jovis sedecim



4 *Vicos regionesque* Huls. Vind. 2. Tum anni mag. Fouc. hos deest Cort. et Edd. Rom. *hos subelegerunt magistri* Vind. 1. In Cuj. *magistros . . . electos.* sed *vicinia electi* Memm. Periz. Harlem. Cort. Voss. Edd. Camp. Ven. 1. *vicinia electi* Ven. 2. 3. Med. Cald. aliæ *viciniæ electi.* Fouc. etiam *vicina.* Tuentur *lecti* optimi Mss.—5 *Et rep.* Edd. Rom. et in Vind. 1. *purgavit oppletum et.*—6 *Prolationibus* Memm. Medic. 3. Polit. marg. Gryph. probante Græv. quod et edidit Oud. *prolationibus* Cuj. Vulgo *prolaps.* uti receperunt Burm. Ern. et Baumg.—7 *Flaminia* Harlem. *Flaminia* Ven. 1. *Flaminia* Lugd. *Flaminia* Junt. *flamini aula* Cuj. Tum seqq. *Ar. ten. mun.* desunt Huls.—8 *Man. prada,* omisso *ex,* Fouc. qui mox *ac ceteras.*—9 Sic e Memm. reposuit Gron. secuti

## NOTE

<sup>v</sup> *Regiones*] XIV. ut supra in Julio c. 39. notatum est. An vero divisionis hujus primus auctor fuerit, non conveniunt interpretes. Torrent. et Beroald. negant, Casaubonus affirmat, quod illius partitionis ante Augustum nulla mentio facta sit a Varrone lib. IV. de Lingua Latina.

<sup>x</sup> *Annui magistratus*] An ad id unum lecti, an vero magistratibus annuis id quoque demandatum, obscurum reliquit auctoris brevitatis. Posterius tuentur Torrentii et Casauboni conjecturæ, nec illis videntur alii præponderare.

<sup>y</sup> *Hos*] Vicos scilicet, unde vicomagistri.

<sup>z</sup> *Excubias nocturnas vigilesque*] Quæ cura Ædilium ante fuerat cap. 25. et lege III. ff. de officio præfecti vigillum.

<sup>a</sup> *Flaminia via*] Flaminius consul post victos Ligures, ne sui milites otio frangerentur, hanc straverat primus per Tusciam et Umbriam Ariminum usque. Livius lib. IX. decad. IV. Porta Flaminia, unde hæc via incipiebat, hodie *portu del popolo.* De viis sternendis jam supra in Julio nonnihilo c. 44.

<sup>b</sup> *Arimino*] Rimini munivit et alibi quam in Italia: vide Inscriptiones.

<sup>c</sup> *Manubiali*] Quid manubiæ in Jul. c. 26.

<sup>d</sup> *Refecit*] Hinc Ovidius Fastorum II. 'Templorum positor, templorum sancte refector.' Ancyrano lapide hæc omnia enumerantur, quem vide in calce operis.

<sup>e</sup> *Cellam*] Quid sit vide in Jul. cap. 84.

millia <sup>f</sup> pondo auri, gemmasque ac margaritas quingenties <sup>g</sup> HS. una donatione contulerit. [31.] Postquam vero pontificatum <sup>h</sup> maximum, quem nunquam vivo Lepido auferre <sup>i</sup> sustinuerat, mortuo demum <sup>10</sup> suscepit, quicquid fatidicorum <sup>k</sup> librorum Græci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit: ac solos retinuit Sibyllinos; hos quoque dilectu <sup>r</sup> habito; condiditque duobus forulis <sup>l</sup> aura-



Oud. Ern. et alii. Vulgo legebatur ante *utpote qui*. Dein *sexdecim* nonnulli codd. et Edd. et *sestertii* Memm. quod recepit Gron. In Mss. reliquis *sestertium*, vel *sextert.*—10 *Deinde* Periz. Harlem. Edd. Camp. Med. Cald. Ven. tr. *Mox fastidic.* Cop. et *feriebantur* Vind. 2. Item *super duo* Fouc. et post *millia* Polit. addidit Ed. Mediol. *margini librorum.*—1 *Delectu* Memm. et al. quod

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Sedecim millia*] Budæus lib. III. de asse, ex multis auctorum monumentis, Romanæ auri uncie pretium statuit 16. francicos et 8. solidos nostrates, cum semisse. Libra vero, seu, quod idem est, pondo Romanum, 12. constabat uncis, ut in Jul. c. 4. notatum est; atque ideo auri libra 197 l. 2 s. nostratibus æquivaleret, quæ summa decies sexties millies ducta, nisi falsam ipse rationem habuerim, dabit 3142000 l.

<sup>g</sup> *Quingenties*] Juxta eadem principia sunt 2187500 l.

<sup>h</sup> *Pontificatum*] Quid hic sit in Jul. c. 13. Hunc suscepit Augustus, ne quid sibi deesset ad summam potestatem: priscis enim regibus id juris fuit, ut et leges humanæ et religionis cærimonie penes ipsos forent, quod ab Augusto, ceteris quoque imperatoribus, observatum.

<sup>i</sup> *Vivo Lepido auferre*] In eandem omnino sententiam Seneca lib. I. de Clementia c. 10. 'Pontificatum maximum non nisi mortuo illo (Lepido scilicet) transferri in se passus est. Maluit enim illum honorem vocari quam spoliū.' An vero id ex more passus sit Augustus, quod perpetuus

esset pontificatus, ut de ceteris quoque sacerdotiis tradit Plinius lib. XVIII. c. 2. et Cassiodorus clare satis innuit in patriciatus formula; affirmari vix posse videtur, Plutarcho in Quæstionibus Rom. proprium id auguribus duntaxat fuisse dicente, cui plane astipulatur Plinius Junior lib. IV. epist. 8. 'Sacerdotium ipsum (anguratum intellige) cum priscum et religiosum, tum hoc quoque sacrum plane et insigne est, quod non adimitur viventi. Nam cetera quantum dignitate propemodum paria, ut tribuuntur, sic auferuntur.'

<sup>k</sup> *Fatidicorum*] Quibus fata P. R. descripta, qui et fatales et vaticini dicuntur. Id non primus statuerat Augustus: Livius l. IX. decadis IV. in oratione Posthumii consulis: 'Quoties hoc patrum avorumque ætate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri vetarent? sacrificulos vatesque Foro, Circo, urbe prohiberent? vaticinos libros conquirerent comburerentque? omnem disciplinam sacrificandi, præterquam Romano more, abolerent?'

<sup>l</sup> *Forulis*] Dixit pro capsulis seu loculamentis, quo sensu Juvenalis:



tis sub Palatini Apollinis basi. Annum a D. Julio ordinatum,<sup>m</sup> sed postea negligentia conturbatum atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cujus ordinatione<sup>2</sup> Sextilem<sup>n</sup> mensem e suo cognomine<sup>3</sup> nuncupavit, magis quam Septembrem, quo erat natus; quia hoc<sup>o</sup> sibi et primus consulatus, et insignes victoriae obtigissent. Sacerdotum et numerum et dignitatem, sed et commoda auxit, praecipue Vestalium virginum. Cumque in demortuae locum aliam capi<sup>p</sup> oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem



servant Oud. Wolf. Tum *addiditque* Harlem. Edd. Ven. 2. 3. *abdititque* Periz. a m. pr. sed in marg. *condiditq.* Etiam *70* a post annum omisit Cuj.—2 *Ordinationem* Cop. Harlem. Periz. Memm. et plures, et Edd. O. praeter Græv. Gron. Casaub. et recentiores.—3 *E suo nomine* Pal. 1. cum tribus Torr. Postea *quod hoc* Medic. tr. Vind. 2. *sed* deest Periz. ac *capialiam* habent idem, duo

## NOTÆ

‘Hic libros dabit et forulos, mediamque Minervam.’ Secus fori et loca in spectaculis, et sedilia in navibus significant. Et vaticinos libros apposite vatum Deo credebat, Apollini scilicet, cujus statua 50. pedum altitudine fuit, de qua ut a se visa Plinius ait, dubium an ære nobilior an pulchritudine. Plures fuere.

<sup>m</sup> *Annum a D. Julio ordinatum*] Quæ cura maximi pontificis erat: in Jul. c. 40. notatum: ideo autem conturbatus jam erat, quia Julii mentem in intercalationibus non assecuti pontifices quarto quoque anno incipiente intercalaverant, cum nisi quarto quoque anno desinente non esset intercalandum: qua ratione in pristinam confusionem reditura res erat. Annis enim 36. quorum decursu non plures quam novem dies addendi fuerant, errore supra memorato ducti pontifices, duodecim addiderant, quem ut emendaret Augustus, 12. annos absque intercalari, hoc est bissextili die, transigi. jussit, ut tres illi dies, qui per annos 36. sacerdotalis festinationis vitio creverant, intercalato nullo devorarentur. ‘Post

hoc unum diem secundum ordinationem Cæsaris, quinto quoque incipiente anno, intercalari jussit: et omnem hunc ordinem, æreæ tabulæ, ad æternam custodiam, incisione mandavit.’ Ut ait Macrobius lib. 1. cap. 14.

<sup>n</sup> *Sextilem*] Quia sextus a Martio, unde incipiebat annus Romuli; re enim sublata, manserat appellatio. Hodie Augustus ab Augusto. Ut et Julius, de quo in Jul. c. 76. et Macrobius et Censorinus.

<sup>o</sup> *Quia hoc*] Mense scilicet; quin et eodem die. Horatius Ode 14. lib. iv. ‘Nam tibi quo die Portus Alexandria supplex Et vacuum patefecit aulam,’ &c.

<sup>p</sup> *Capi*] Gellius ibidem: ‘Plerique autem capi virginem solam debere dici putant, sed flamines quoque diales, item pontifices et augures, capi dicebantur.’ Et paulo ante, ‘capi autem virgo propterea dici videtur, quia pontificis manu prehensa, ab eo parente, in cujus potestate est, veluti bello, capta, abducitur.’ Pontificis inter alia verba solennia hæc sunt: ‘Te, Amata, capto.’ Amata

darent; <sup>4</sup> adjuravit, si cujusquam neptium suarum com-  
peteret ætas, <sup>r</sup> oblaturum se fuisse eam. Nonnulla etiam  
ex antiquis cærimoniis, paulatim abolita, <sup>s</sup> restituit: ut Sa-  
lutis augurium, <sup>5</sup> Diale flaminium, sacrum Lupercale, <sup>t</sup> ludos  
Sæculares <sup>u</sup> et Compitalicios. <sup>v</sup> Lupercalibus vetuit currere  
imberbes: item, Sæcularibus ludis juvenes utriusque sexus  
prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare, nisi



Torr. Harlem. Edd. Rom. Med. Cald. et multæ aliæ.—4 *Daret* Huls. Longol.  
probantibus Oud. et Wolf.—5 *Amboleta* Harlem. *Infra Flamonium* Huls.  
Medic. duo. *Flamentium* Cop. Ed. Rom. pr. cum Memm. qui et *expectaculum*,

#### NOTÆ

inter capiendum a pontifice max. ap-  
pellatur, quoniam quæ prima capta  
est, hoc fuisse nomine traditum est.

<sup>4</sup> *In sortem darent*] Gellius lib. 1.  
c. 12. scribit Papia lege cautum fu-  
isse, ut pontificis maximi arbitrato  
virgines e populo 20. legerentur,  
quas inter fieret ejusmodi sortitio.

<sup>r</sup> *Ætas*] Non minor sex, nec ma-  
jor decem annis, quæ patrima foret  
et matrima, &c. Gellius ibid.

<sup>s</sup> *Salutis augurium*] Triumphis per-  
actis, quo tempore Janum clausit  
Augustus, Salutis quoque revocavit  
augurium. De Jano quidnam foret  
cap. 22. et nota res omnibus, de Sa-  
lutis angurio non item. Hoc autem,  
ut ex Dionis lib. xxxvii. colligitur,  
divinationis quoddam genus erat, quo  
probabatur, concederentne ipsi Dii,  
ut Salus populo Romano postularetur,  
quasi nefas fuisset eam, prin-  
quam petendi venia concederetur,  
postulare. Destinatus ad id singulis  
annis dies, ad quem nullus exercitus  
ad bellum profectus, hostis nullus in  
arnis esset, aut pugnatum fuisset,  
quapropter belli temporibus non ce-  
lebrabatur.

<sup>t</sup> *Sacrum Lupercale*] De Luper. in  
Jul. c. 76.

<sup>u</sup> *Ludos Sæculares*] Sic dicti sunt,  
quod unoquoque sæculo fierent, cen-

tesimo scilicet, vel decimo et cente-  
simo anno, nam adhuc Grammatici  
certant, ex instituto Valerii Publico-  
læ, ad liberandam pestilentia civi-  
tatem, illius exemplo Valesii, cujus  
filii cærimoniis iisdem peste sanati  
dicebantur, de quo Valer. Max. lib.  
ii. cap. 1. Horum inter alios ritus  
hic erat, ut spectacula multa et sa-  
crificia tribus diebus totidemque noc-  
tibus fierent, ac præsertim pueri pu-  
ellæque ingenui carmina et Pæanas  
accinerent, quibus imperii Romani  
perennitas Diis immortalibus com-  
mendabatur. Extat apud Horatium  
in fine Epodon Sæculare Carmen quod  
his ludis scripserat, anno ab U. C.  
736. Vide et in Claud. c. 21. et in  
Domit. c. 4.

<sup>v</sup> *Compitalicios*] Hi Laribus conse-  
crati, utpote quorum tutelæ commis-  
sa urbis compita. Ovid. Fast. ii.  
'Qui compita servant, Et vigilant  
nostra semper in urbe Lares.' Plau-  
tus in Mercatore Act. v. Sc. 2. 'Vos  
Lares viales ut me bene juvetis.' A  
Servio Tullio Rom. rege instituta  
Compitalia, quoniam Larium filius  
existimabatur. De quo Plinius lib.  
xxxvi. cap. 27. et Dionysius Hali-  
carnassensis lib. iv. qui nonnihil a  
Livio lib. ii. super hac Servii Tullii  
origine differunt.

cum aliquo majore natu propinquorum. Compitales Lares <sup>6</sup> w ornari bis anno instituit, x vernis floribus et æstivis Proximum a Dis immortalibus honorem memoriæ ducum præstitit, qui imperium populi Romani <sup>7</sup> ex minimo maximum reddidissent. Itaque et opera cujusque, manentibus titulis, y restituit, et statuas omnium triumphali effigie <sup>z</sup> in utraque Fori sui porticu <sup>a</sup> dedicavit; professus edicto, ‘commentum id se, ut illorum <sup>8</sup> velut ad exemplar et ipse, dum viveret, et insequentium ætatum <sup>9</sup> Principes exigeren-



et in Medic. 1. *nocturnum* non legitur.—6 Cod. Ursini *Compitalitiis lares o. b. a.* suffragium ferentibus Casaub. Grut. Græv. Sed tumentur *Compitales* ceteri libri cum Edd. Vett. Scheff. Burm. Oud. et al. Ceterum *ornare* Edd. plurimæ, contra codd. fidem, et auctoris mentem. in anno Periz. Harlem. Vind. 1. Edd. Ven. Lugd. Mediol. Junt. Ald. aliæque, quarum auctoritate fretus, reposuit Burm.—7 *Imp. R. Cop.* Mox vulgo edebatur ante Oud. *prof. est*, qui auctore Grut. verb. subst. delevit, vel legendum proposuit *prof. et ed. seu etiam*.—8 *Ut ad illor.* Pal. tres, et Casaub. codd. cum Edd. Bon. Steph. Ant. Gryph. *ut ad illor. vel ad ex.* Memm. Cop. Medic. 1. 3. Vind. 2. Contra omitunt præpositionem utrobique Fouc. Harlem. Edd. Ven. tr. Med. Cald. Junt. Ald. Arg. Bas. Plant. Seb. Gryph. Col. Dolet.—9 *Ætatum* Memm. Medic. 1. 3. Præterea Vind. 1. habet *insequent.* et in Vind. 2. a m. pr. *crigeren-*

## NOTE

w *Compitales Lares*] Ursini libri et quidam editi, legebant *compitaliciis*. Quo sensus fieret: ornandos jussisse Lares ludis compitaliciis, quod a Suetonii consuetudine non abhorret, ut nempe quæ conjunctim proposuit, ea divisim explicet. Verum cum non reperiantur bis anno celebrati, priorem lectionem retinuit Casaubonus et alii, ut intelligantur Larium simulacra in compitis posita, bis unoquoque anno, Augusto jubente, floribus adornata.

x *Bis anno instituit*] Hinc colligere est, Compitalia non stato aliquo die, ceterorum instar festorum, celebrata, quod et aperte affirmat Ausonius Eidyllio xxv. ‘Et nunquam certis redeuntia festa diebus, Cum sua per vicos compita quisque colit.’ Non publici modo, sed et privati Lares floribus ornabantur. Juvenal. Satir.

xii. ‘Laribusque paternis Thura dabo, atque omnes violæ jactabo colores.’ Plinius lib. xxi. c. 3. &c.

y *Manentibus titulis*] Hoc est, inscriptionibus, quibus declarabatur, quorum essent ejusmodi monumenta: contra omnino Domitiani, ut videre est in ejus vita c. 5. quem forte Suetonius hic perstrinxerit.

z *Triumphali effigie*] Triumphalium virorum statuas in carribus dicatas, auctor est Plinius lib. xxxiv.

a *Utraque Fori sui porticu*] Ab Ænea et Romulo omnes ordine disposuit. Unde Ovidius v. Fastorum, de Marte Ultore, cujus ædes in ipso foro fuit: ‘Hinc videt Ænean oneratum pondere caro, Et tot Iuleæ nobilitatis avos,’ &c. Hic nota verbum ‘exigerentur,’ hoc est, requirerentur, eadem in illis virtutes, et quasi trutina examinarentur, quo sensu in Jul. c.

tur a civibus.<sup>7</sup> Pompeii quoque statuam, contra theatri<sup>b</sup> ejus regiam,<sup>c</sup> marmoreo Jano superposuit,<sup>10 d</sup> translata e Curia,<sup>e</sup> in qua C. Cæsar fuerat occisus. [32.] Pleraque pessimi exempli correxit, quæ<sup>1</sup> in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam extiterant. Nam et grassatorum<sup>f</sup> plurimi palam se ferebant succincti ferro,



tur. Dein vir doctus in Ed. Plant. ora delevit *regiam*.—10 *Supposuit* lectio Edd. O. Vett. et probat ex suo cod. Ursin. In Collectaneis Scoppa legendum censuit *superimposuit*, sed *superpos.* recepere Ond. Wolf. et Baumg. et ita Beroald. Stepl. et Grut. e Pal. tr. præbetque unus Torrent. et aliquot Mss. Casaub. item unus Pulm. Cop. Periz. Medic. tres, Vind. 1. Voss. Duuerm. Pin. probante Scheffero, et Ed. Bon. et marg. Grypb.—1 Voces *corr. quæ* non agnoscit Memm. et paulo ante *plurique* malit Ern. cum Lys. et Edd.

#### NOTÆ

47. ne qui dissimiles essent admitterentur.

<sup>b</sup> *Theatri*] Pompeius primus mansuram theatro sedem posuit, quo nomine incusatum illum tradit Tacit. Annal. lib. xiv. subitariis enim huc usque gradibus, et Scena temporaria hinc celebrati, et vetustioribus temporibus, stans populus spectaverat, ut ait idem ibidem. In campo Floræ fuit, ubi hodie Palatium Ursinorum, teste Jacobo Lauro.

<sup>c</sup> *Regiam*] Quænam illa sit non constat. Torrentius arbitratur ipsum theatrum magnificentiæ causa sic appellatum. Casaubonus de illa domo mavult intelligi, quam theatro junctam ab ipso Pompeio tradidere Velleius et Plutarchus, aut certe de alio quovis ædificio inibi ejusdem jussu constructo, quod significaverit hoc nomine Tranquillus, qui vocem Græcam *basilica*, de qua in Jul. c. 10. Latinam fecerit, quemadmodum de Pauli basilica, de qua cap. 29. Jul. dixit Statius, ‘sublimis regia Pauli.’ Quo sensu Sigonius, lib. 11. de antiquo jure Italiæ cap. ultimo, notat, regiam cum dicerent, nil aliud quam

basilicam intellexisse. Certe ex Gellio lib. 1v. c. 6. conjicere est, regiam fuisse quoque aliquod in ædificiis splendidis membrum; verba sunt, ‘ita in veteribus memoriis scriptum legimus, in sacrario in regia hastas Martias movisse, cujus causa SC. factum est, cujus exemplum hoc est: Quod C. Julius L. F. Pontifex nuntiavit in sacrario in regia hastas Martias movisse,’ &c. quibus manifeste, ni fallor, significatur, regiam sacrarii partem constituisse.

<sup>d</sup> *Marmoreo Jano superposuit* [*supposuit*] In quibusdam non malis codicibus, Torrent. et Casaubonus legunt *superposuit*, quod et potest: Jani quippe fuerunt transitiones perviæ fornicatæ, quæ speciem arcus referrent, qualia Romæ multa et magna hominum frequentia celebrari solebant, ut colligere est ex Cicerone vi. Philipp. 15. De portis quibusdam, quæ in viarum capitibus essent, Donatus explicat; adhuc infra in Domit. c. 13.

<sup>e</sup> *E Curia*] In Jul. c. 80. et 81.

<sup>f</sup> *Grassatorum*] Grassari proprie sine ferro aggredi significare notant; sed improprie sæpe locuti essent auc-

quasi tuendi sui causa: et rapti<sup>2</sup> per agros viatores sine discrimine, liberi servique, ergastulis<sup>3</sup> possessorum<sup>3</sup> supprimebantur: et plurimæ factiones, titulo collegii<sup>h</sup> novi, ad nullius non<sup>4</sup> facinoris societatem coibant. Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus,<sup>i</sup> inhibuit: ergastula recognovit: collegia, præter anti-qua et legitima, dissolvit. Tabulas<sup>5</sup> veterum ærarii debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam, exussit.<sup>6</sup><sup>1</sup>



Rom. Tum in principem Vind. 1.—2 Rapi Harlem. Edd. Ven. 2. 3. et al. Mox lectionem liberique serviq. receptam a Burm. præbent Vind. 1. Periz. Harlem. Edd. Camp. Bon. Ven. tr. Med. Lugd. Bas.—3 Guj. conj. *obsessorum*. Dein plures Periz. Cort. Ed. Camp. et collegi Memm. Vind. 1.—4 Deest non Cuj. Harlem. Tum grassatur ad dispositis Memm. unde conj. Salmas. legendum *Ig. grassaturas disp. Mox et legit. absunt Cort. duob. Torr. et Ed. Camp. necnon ab illis, Cop. et duob. Medic. ærarii.*—5 *Tabullas veteris Vind. 1. Burm. ex Dione l. LIII. vellet tab. veteres. Dein velut marg. Ant. Gryph.*—6 Ita primus emendavit Beroald. quem Ald. Gryph. Steph. &c. secuti, astipulantibus Oud. Ern. Wolf. qui ex Guelph. 2. firmat hanc lect. Omnes

## NOTÆ

tores, tum hic, tum Livius lib. II. decad. I. de Porsenna loquens: 'Trecenti conjuravimus, ut in te hac via grassaremur.' Juvenal. Sat. III. 'interdum et ferro subitus grassator agit rem:' et Suetonius ipse in Jul. c. 72. Caligula 34. Neron. 36. quibus locis adducar potius, ut cum Sabellico existimem grassari esse, supra modum sævire ab impetu gradiendi, cum et Sallustius pro, gradi, usus fuerit, præfatione belli Jugurthinii, 'Ad gloriam virtutis via grassatur.'

<sup>3</sup> *Ergastulis*] Ergastula sunt loca in quibus vincti servi detinebantur. Juvenal. Sat. XIV. 'Quem mire afficiunt inscripta ergastula, carcer Rusticus?' Et Sat. VIII. 'Quid facies talem sortitus Pontice servum? Nempe in Lucanos, aut Tusca ergastula mitas.' Ibi terræ præsertim colendæ allaborabant. Lucanus: 'Vincto fessore coluntur Hesperia segetes.' Columella lib. I. c. 8. &c. vel cædendis lapidibus. Plautus in Captivis Act.

III. Sc. 5. 'Ducite, Ubi ponderosas, crassas capiat pedes, Inde ibis porro in latomias lapidarias; Ibi quom alii octonos lapides effodint, Nisi cotidianus sesquiopus confeceris?' &c. De quo adhuc infra Tiberii cap. 8. et fuse Lipsius elect. lib. II. c. 15.

<sup>h</sup> *Collegii*] Eadem jam ante cura fuerat Julio, c. 42.

<sup>i</sup> *Stationibus*] Hinc stationarii milites etiam in provinciis. Cujacius, Obser. lib. XIX. c. 11. et in Jul. c. 19.

<sup>k</sup> *Tabulas*] Vide in Jul. c. 42.

<sup>l</sup> *Exussit*] Vulgatæ editiones et omnes Torrentii libri habent *excussit*: priorem tamen lectionem prætulit, et cum ipso Casaubonus, tum auctoritate Dionis uterque motus; libro enim LIII. expresse dicit combustas, tum simili aliorum imperatorum beneficio, Hadriani, ut Spartianus, Aureliani, ut Vopiscus narravere. Ejusmodi tabulas, 'Stirpes veterum fraudum, et seminaria futurarum,' vocat Ausonius in Panegyric.

Loca in Urbe publica<sup>m</sup> juris ambigui<sup>7</sup> possessoribus adjudicavit. Diuturnorum reorum,<sup>n</sup> et ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quæreretur, nomina abolevit, conditione proposita, ut, si quem quis repetere vellet, par periculum<sup>o</sup> pœnæ subiret. Ne quod autem<sup>8</sup> maleficium negotiumve impunitate vel mora elaberetur, triginta amplius<sup>9</sup> dies,<sup>p</sup> qui honorariis<sup>10</sup> ludis<sup>q</sup> occupabau-



alii Mss. et Edd. habent *excussit*, quod prætulit Burm.—7 *Ambiguus* Vind. 1. ac *abjudic.* Cop. Postea *aliud* excidit Ed. Burm. et in Fouc. legitur *quam voluntas*.—8 *Aut mal.* Ven. 1. Mediol. Cald. Lugd. *Mox more elab.* Polit. *more laberetur* Medic. 2. *laberetur* etiam Huls. In Ed. Steph. man. doct. scripsit *relaberetur*.—9 *Et ampl.* Medic. 1. *ampliatos* alios legere monet marg. Ed. Bas.—10 *Honoratis* Fouc. Pin. Harlem. Cuj. cum Edd. Ven. 1. Mediol. 1. Cald. quod notandum jussit Scheff. *honoris* duæ aliæ Venetæ. Item *actu* Vind. 1.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Loca in Urbe publica*] Hoc est quorum possessio privatorum erat, quamvis jus possidendi ambiguum foret, et incertum: 'publica' igitur intellige, quæ talia esse putabantur. Ad dirimendas ejusmodi lites, instituti sunt postea iudices, qui curatores ædificiorum publicorum appellati, ut probat vetus lapis, qui in calce operis inter inscriptiones. Hi si loca publici juris esse probarentur, vel auferrebant ea possessoribus, vel imposito solario (hoc est vectigali quod pro solo pendendum erat) relinquebant.

<sup>n</sup> *Diuturnorum reorum*] Imperatorum sequentium constitutionibus quæstiones criminales anno vel biennio terminabantur. Ut fuscæ in lib. III. Cod. 'ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur.'

<sup>o</sup> *Par periculum*] Quæ pœna calumniatorum est, quibus damnatis olim inurebant fronti literam K, ut ex Cicerone notavit Casaubonus, in oratione pro Roscio Amerino. Unde Papinianus l. 13. ff. de testibus, hominem integræ frontis calumniatori opponit. De quo videsis legem

17. Cod. de pœnis.

<sup>p</sup> *Trigintu amplius dies*] Major enim festorum dierum numerus, quam ut non modo tot judicia, sed et alia quaque negotia possent peragi, quapropter 30. illos dies, qui festi propter ejusmodi ludos erant, judicarios fecit. Hoc imitatus est postea Antoninus Philosophus, auctore Capitolino in ejus Vita, 'rei judiciariæ singularem diligentiam adhibuit: fastis dies judicarios addidit, ita ut 230. dies annuo rebus agendis litibusque disceptandis constitueret.' Hoc jam inde a Ciceronis temporibus faciendum exoptaverant, ut ipse testatur in Verrinis; et ab aliis tamen imperatoribus auctus iterum, pro varia, ut fit, rerum occasione, dierum festorum numerus.

<sup>q</sup> *Honorariis ludis, &c.*] Vel quos privati homines honoris causa ederent, quod sæpe factum illis temporibus, Martial. Epig. 16. lib. III. cum magistratum antea sacerdotumque proprium id jus esset, divinique honoris gratia, non humani: vel 'honorarios' dixit, quasi prætorios, quos prætores, quorum numerum ad 16.

tur, actui rerum<sup>r</sup> accommodavit. Ad tres iudicum decurias<sup>s</sup> quartam addidit<sup>t</sup> ex inferiore censu, quæ ducenariorum<sup>2 u</sup> vocaretur, iudicaretque de levioribus summis. Iudices a vicesimo<sup>3 v</sup> ætatis anno allegit, id est, quinquennio maturius, quam solebant. Ac<sup>4</sup> plerisque iudicandi munus detractantibus, vix concessit, ut singulis decuriis per vices annua vacatio<sup>w</sup> esset, et ut solitæ agi Novembri ac Decembri mense res<sup>x</sup> omitterentur. [33.] Ipse jus dixit<sup>y</sup> as-



et tris Memm.—1 Sic emendat Torr. ex conjectura, et testatur unicus cod. Ursini. Mss. reliqui cum Edd. O. præter Steph. *addixit*.—2 In Vind. 2. a m. pr. *ducenarium* contracte. Dein Vind. 1. *iudicarentque*, et ita Harlem. Edd. Ven. tr. Med. Cald. Bon. Lugd. Junt. Ald. nec displicet Burm. et Oud.—3 Hæc est emendatio Cujac. Obs. xxi. 32. probata a Casaub. Burm. Ern. Bynkersh. Obs. Jur. vi. 17. et aliis multis. Memm. habet ac *tricesimo*, reliqui scripti ac editi O. *tricesimo*. Inde Oud. verba, *id est... solebant*, glossam existimat, quibus deletis, stare posset vulgata lectio, hocque Baumg. non improbat. Tum pro *id est* Cop. et Fouc. *idem*; utrumque facile ejici patiaturn. —4 Pleræque Edd. inter quas Burm. Pitisc. Schild. *at pl. sed ac* tuentur Junt. Ald. Steph. et al. cum Codd. bonis. *detractantibus* rursus Periz. et Edd.

## NOTE

auxerat, ederent; qua ratione jus honorarium κατ' ἐξοχήν dicitur illud, quod prætores statuebant.

<sup>r</sup> *Actui rerum*] Hoc est rebus agentis, ac tractandis negotiis: adhuc infra c. 78. et Claud. c. 15. et 23.

<sup>s</sup> *Decurias*] De his c. 29.

<sup>t</sup> *Addidit* [*addixit*] Quidam legendum censent *addidit*, quod Torrentio probatur. Addici porro iudices dicebantur, cum aut illos prætor daret, aut litigantes assumerent, quod multum ab hoc Augusti instituto differre videtur. Et certe Suetonius infra in Calig. c. 16. dicit, 'quatuor decuriis quintam addidit.' Et in Galba cap. 14. 'sextam adjici precantibus.'

<sup>u</sup> *Ducenariorum*] Non quod ducenti duntaxat essent; major enim in decuriis singulis iudicum numerus, ut supra cap. 29. notatum est; sed quod ducenta tantum haberent in censu; unde colligi posse videtur, Augusto, iudicum numerum, ut citius controversiæ dirimerentur, amplificanti,

non suffecisse Romanorum equitum numerum; allegit siquidem alios, quibus quadringenta non erant, hoc est census equester, ut in Julio c. 33. notatum.

<sup>v</sup> *A vicesimo* [*tricesimo*] Legendum vult Casanbonus a *vicesimo*, cum nulli repererit non lectos ante 35. annum iudices ad Augusti tempora, contra vero, legitimam huic obeundo muneri ætatem fuisse contendit annum 25. ex lege 8. ff. de muneribus et honoribus, quæ et Cujacii mens est.

<sup>w</sup> *Per vices annua vacatio*] Ut, cum quatuor essent decuriæ, quarto quoque anno singulis vacatio concederetur. Inviti quippe iudicare cogebantur, ut patet hoc loco et l. 13. ff. de vacatione et excusatione munerum, § 2. 'qui autem non habet excusationem, etiam invitus iudicare cogitur.' Et ll. 9. ac 18. § 14. ff. de muneribus et honoribus, &c.

<sup>x</sup> *Solitæ agi Nov. ac Dec. m. res*]





sueretur, quod non nisi confessi afficiuntur<sup>8</sup> hac pœna, ita fertur interrogasse: <sup>a</sup> ‘Certe patrem<sup>9</sup> tuum non occidisti?’ Et cum de falso testamento ageretur, omnesque signatores<sup>b</sup> lege Cornelia<sup>c</sup> tenerentur, non tantum duas tabellas,<sup>d</sup> damnatoriam et absolutoriam,<sup>10</sup> simul cognoscentibus dedit; sed tertiam quoque, qua ignosceretur<sup>e</sup> iis, quos fraude ad signandum vel errore<sup>f</sup> inductos constitisset. Appellationes<sup>f</sup> quotannis urbanorum quidem litigatorum Præfecto



cum codd. Torr. ac Ed. Steph.—8 Ita ex Torr. cod. edidit Raphel. deinde Græv. Gron. et sic Cuj. Ed. Mediol. 1. marg. et recentiores. *afficiuntur* marg. Steph. *afficiebantur* Vind. 1. Cort. Periz. Harlem. et Edd. O. usque ad Raph. et Casaub. *adiciuntur* Vind. 2. Huls. qui ignorat *hac pœna*.—9 *Parentem* in cod. Torrentiano, et marg. Ed. Bas. Tum *senatores* Memm. Periz. Cuj. Vind. uterque, Voss. Dun. Edd. Camp. Ven. tr. Lugd. Med. aliæque. *segnatores* Harlem. Item *tabulas* pro more Medic. 1. 3. Vind. 1. Cort.—10 *Et abs.* desunt Huls. Dein Edd. pp. *his pro iis*.—1 Voces *vel err.* omittunt Cort. Edd. Rom. Conj.

#### NOTÆ

omnino Massagetæ, Indi Callatii, et Caspii, qui parentes suos senio confectos occidebant, ut narrat Herodotus in Clio et Thalia.

<sup>a</sup> *Interrogasse*] Hac interrogatione negandi ansam præbebat, ut atrocitati supplicii inficiatione subtraheretur. Livius decad. 1. lib. VIII. simile quid narrat de Privernatium legato, qui cum Senatoribus tristia adversus illos censentibus responderet ferociter, ‘Consul benigna interrogatione mitius responsum elicere conatus est,’ ait ibid. Livius.

<sup>b</sup> *Signatores*] Variæ apud Romanos testamentorum species, sed ea maxime urbani usi fuere, qua septem testium signacula requirebantur. Vide infra in Ner. c. 4.

<sup>c</sup> *Lege Cornelia*] A Cornelio Sylla dictatore lata, quæ pœnam omnibus irrogabat, qui in testamentis aut nummis fefellissent, unde testamentaria et nummaria dicebatur ab initio, sed interpretatione prudentum ad quoscumque postea falsarios porrecta est.

<sup>d</sup> *Duas tabellas*] Tabellæ istæ a iudicibus conjici solebant in cistas, altera ad condemnationem C. litera notabatur, altera ad absolutionem litera A. Quod si quid ultra foret inquirendum, media quædam erat tabella N. L. hoc est, *non liquet*. Harum si numerus prævaleret, condemnatio differebatur, recidebatque causa tunc in eum statum, qui dicebatur ampliatio, id est, dilatio, unde et rei ampliati.

<sup>e</sup> *Tertiam quoque, qua ignosceretur*] Ex iis verbis Casaubonus colligit, lege Cornelia, qualem Sylla tulerat, exceptum neminem, sed interpretatione sapientum, vel potius Augusti, accidisse, ut illa non teneretur, nisi qui sciens et dolo malo in casum legis incidisset.

<sup>f</sup> *Appellationes*] Harum stante Republicæ usus rarior in civilibus causis; (nam provocaciones ad populum in criminalibus frequentes occurrunt); a prætore tamen ad prætorem appellatum patet ex III. Verrina num. 119. et

delegavit Urbis; <sup>2</sup> at provincialium <sup>h</sup> consularibus viris, quos singulos cujusque provinciæ negotiis præposuisset. [34.] Leges retractavit, <sup>3</sup> et quasdam ex integro sanxit, ut sumtuariam, <sup>i</sup> de <sup>4</sup> adulteriis et de pudicitia, <sup>k</sup> de ambitu, <sup>l</sup> de maritandis ordinibus. <sup>m</sup> Hanc cum aliquanto severius



Lips. *terrore*. Etiam *quod amis* in Memm.—2 Num ita scribendum esset, timide ambigere se dicebat Lips. Recepta postea est ea emendatio vulgati *Pratori del. Urbano*, vel comprobata a Casaub. Ern. Oud. Wolf. Banmig. Reitz. Error extitit e compendio PR. URB. Item reposuere Oud. et Wolf. *delegabat*, auctoritate Medic. Vind. Voss. Cort. Huls. Cop. Edd. Rom. Ven. tr. Lugd. Junt. Ald. Steph. *delegebat* Harlem. Tum *ac* in Cuj. Cort. Edd. Rom. aut Ed. Burm. Tandem *propos*. Exc. Voss.—3 *Tractavit* Harlem. Periz. Edd. Med. Caid.—4 *Et de adult.* vulgo. Deleri jussit Scheff. τδ et e Pin. et postea Ern. Item *et de amb.* Fouc. *ambitione* Cort. et Edd. Rom. Paulo ante

#### NOTÆ

Asconio ad eum locum, a prætore ipso ad tribunos ex eodem Cicerone, oratione pro Quintio numero 61. Sub imperatoribus frequentiores. Sub Tiberio, a Senatu ad principem, Tacitus Annalium iv. testatur, et a Caligula immutatum, infra in Calig. cap. 16. quod et Nero nonnihil immutavit, proposita pari pœna in eos, qui ad Senatum et ad principem appellarent: Tacitus Annal. xiv. et infra in Nerone c. 17.

<sup>g</sup> *Prefecto del. Urbis* [*Pratori del. Urbano*] De Urbano et Peregrino prætore in Jul. cap. 14. Casaubonus scribendum hic censet PR. URB. et explicat *prefecto urbis*, qui ordinarius quidem magistratus fuit sub imperatoribus, sed ab Augusto restitutus, utpote qui post pulsos reges; et stante Repub. extraordinarius tantum et nullius propemodum auctoritatis fuit; sed probandum esset jam restitutum. Certe Cæsar 'præfectos pro prætoribus constituit' in Jul. c. 76. quo videtur mutata prætorum jurisdictione, aut saltem appellatio.

<sup>h</sup> *At provincialium*] Ut singuli de singulorum negotiis judicarent, urbani de urbanis, consulares autem viri

de provincialium negotiis judicarent. Horum nomine intelliguntur, quicumque non erant Itali. Hinc patet, Augusti instituto suum cuique nationi Judicem Romæ fuisse.

<sup>i</sup> *Sumtuariam*] Vide in Jul. c. 43.

<sup>k</sup> *De pudicitia*] Vulgatæ editiones legunt *impudicitia*, quod sensum non mutat. Augustus eadem lege adulteria cœrenit, et impudicitiam, hoc est, nefariam cum masculis libidinem, quæ hac voce præsertim intelligitur, ut infra c. 71. Vespas. c. 8. Catullus Epig. 30. vs. 2. in Cæsarem. Hinc Horatius Ode 5. lib. iv. hanc legem innuit: 'Nullis polluitur casta domus stupris, Mos et lex maculosum edomuit nefas.'

<sup>l</sup> *De ambitu*] In Jul. c. 9.

<sup>m</sup> *De maritandis ordinibus*] Non qua vetaret communicationem connubiorum inter ordines, plebeum scilicet, equestrem, et patricium; quomodo factum jam et abrogatum erat antea; sed qua prohibebat ordinis cujuslibet viros vivere cœlibes, ut patet exemplo Germanici: quod hic refertur: huc respiciens Horatius in Carmine Sæculari ait: 'Diva, producas sobolem, patrumque Prosperes decreta

quam ceteras<sup>5</sup> emendasset,<sup>11</sup> præ tumultu recusantium perferre non potuit,<sup>o</sup> nisi adempta demum lenitave<sup>6</sup> parte pœnarum, et vacatione<sup>p</sup> triennii data, auctisque præmiis.<sup>q</sup> Sic quoque abolitionem ejus publico spectaculo pertinaciter postulante Equite, accitos Germanici<sup>r</sup> liberos, receptosque partim ad se,<sup>7</sup> partim in patris gremium, ostentavit; manu vultuque significans, ne gravarentur imitari juvenis exemplum.<sup>8</sup> Cumque etiam immaturitate sponsarum, et matrimoniorum crebra mutatione, vim legis<sup>s</sup> eludi sentiret, tem-



*impudicitia* Ven. 2. 3. Bon. et ora Ed. Steph.—5 Vulgo *quam cet. sev.* Mutavit ordinem Oud. e Mss. et Edd. Vett. Mox defendit Ern. lectionem *emendasset* contra Heineccii conjecturam *mandasset*, ad Leg. Pap. Popp. p. 46. Oud. malebat *commendasset*.—6 *Lenitate* Harlem. et *lenita* Cort. et *linita* Ed. Rom. pr. *lenitaque* Fouc. *trienni* Medic. 3. Ed. Lugd.—7 Verba *part. ad se* non habet Fouc.—8 In Vind. 1. exaratur *exemplar*. Dein Fouc. duobus vocibus *in matur*. Vind. 2. et *inmat*. Edd. Ald. posterior, et Steph. *immaturitati*.

## NOTE

super jugandis Fœminis, prolisque novæ feraci Lege marita.<sup>7</sup>

<sup>11</sup> *Emendasset*] Emendavit, non primus sanxit, sed Metellus Numidicus censor, ut patet c. 89. infra, Floro in Epitome, Livio lib. LIX. et Gellio lib. 1. c. 6. jam inde ab anno U. C. 624. circiter 110. annis ante hanc Augusti emendationem, quæ tamen lex Julia 'de maritandis ordinibus' dicta est.

<sup>o</sup> *Perferre non potuit*] Hanc ferendæ legis Juliæ difficultatem innunt relati ex Horatio versus: 'Patrumque Prosperes decreta,' &c. Et Tacit. Annal. III. ab anno quippe 734. quo morum præfecturam, de qua in Julio c. 76. suscepit, hæc illum cura exercuit anno 762. quo demum Coss. Pappo Mutilo et Q. Poppæo Secundo, lata per Senatam lex est, quam ideo a consulum nomine Papiam Poppæam, ut patet ex Isidoro Originum lib. v. c. 15. appellarunt. Hæc quantum ad materiam, eadem quidem atque Julia, nisi quod illa quibusdam capitibus acerbior, aliis mitior; sed

tempore non parum diversa. De hac etiam Tacitus Annal. III. ubi de legum origine.

<sup>p</sup> *Vacatione*] Beroaldus intelligit de immunitate a quovis onere publico per tres primos conjugii annos; sed Casaubonus ex Ulpiano tit. 14. intelligit de immunitate a matrimonio, qui auctor illam non nisi fœminis concessam innuit, quanquam certe communem omnibus fuisse sufficienter indicat Augustus ipse apud Dionem lib. LVI. oratione ad cœlibes habita.

<sup>q</sup> *Auctisque præmiis*] Infra c. 44. Claud. c. 19. Galb. c. 14. ubi de jure liberorum. Gellius lib. II. c. 15.

<sup>r</sup> *Germanici*] Filius fuit Drusi, pater Caligulæ, de quo in Calig.

<sup>s</sup> *Vim legis*] Hæc erat, ut prole suscepta, civibus Resp. repletetur, quam curam censoribus committendam statuit Cicero III. de Legibus 'cœlibes esse prohibento.' Hinc solennis illa in recensendis civibus censorum interrogatio, 'ex animi tui sen-

pus sponsas habendi coarctavit,<sup>†</sup> divortiis modum imposuit.<sup>¶</sup>  
 [35.] Senatorum affluentem numerum deformi et incondita  
 turba (erant enim super mille,<sup>¶</sup> et quidam<sup>¶</sup> indignissimi,  
 et post necem Cæsaris per gratiam et præmium allecti, quos  
 Orcinos<sup>10 w</sup> vulgus vocabat) ad modum pristinum<sup>x</sup> et



Mox *rim ludis elidi* Vind. 1. cui desunt *div. mod. imposuit.*—9 *Et quidem Periz.* Fouc. Edd. Bon. Paris. Tum *post mortem Cuj. et electi Periz. aut allecti* Huls.—10 Ita Pin. Vatic. nonnulli codd. Torr. et Ed. Mediol. marg. idque prætulere Burm. Oud. Ern. Baumg. Alii, ut Victorius, Sigonius, et Turnebus, mallent *Orcivos*, cum Memm. Cuj. Medic. 2. Dum. In Exc. Voss. *Ortivos*, unde patere putat Oud. originem lectionis vulgatæ *abortivos*, quæ in Fouc. Pal. tribus, et Edd. O. ante Casaub. extat. Toupius ad Suid. t. III. p. 318.

#### NOTÆ

tentia tu uxorem habes? De qua Cicero lib. II. de Oratore. 260. quam si non haberent, pecunia mulctabantur: apud Festum, 'Uxorium pependisse dicitur, qui quod uxorem non habuerit, æs populo dedit.'

<sup>†</sup> *Coarctavit*] Cum enim quidam pueros desponderent, et præmia nihilominus ferrent maritorum, quo tempore nec erant, nec poterant esse mariti, statuit ne qua desponsatio rata foret, quam intra biennium nuptiæ non consequerentur. Quæ ipsa ferme sunt Dionis verba lib. LIV. De quo etiam multa doctissime Cujacius lib. Observationum XVI. cap. 35.

<sup>¶</sup> *Divortiis modum imposuit*] Lipsius ad lib. III. Annal. Taciti ait, uno Papiæ legis capite cautum fuisse, ut cuius culpa divortium contingeret, ille dotem amitteret; ideoque de dote multa in Jurisconsultorum libris ad legem Papiam Poppæam. Torrentius, peculiari ad legem Juliam et Papiam commentario, non nisi de divortiis patronum inter et libertam intelligit; huic enim ab invito patrono, cui nupsisset, discedere non licebat, ut patet ex l. 2. ff. de Divortiis et repudiis.

<sup>¶</sup> *Super mille*] A Tarquinio Prisco ad Syllam non nisi trecenti fuerant, a Sylla ad Julium quingenti ut minimum additi, unde circiter ducentos per bella civilia iterum accessisse, conjicias ex hoc loco et Julii c. 72. et 76.

<sup>w</sup> *Orcinos*] Orcinus libertus dicitur, qui verbis directis domini sui testamento libertatem accipit. Charonita sive Charonianus quoque dicitur, quasi Orco vel Charontis libertus: quippe qui patronum haberet in Orco degentem, testatorem nempe. Sic dictos volunt ejusmodi Senatores, quod essent obscuro, quasi Orco vel terra nati; sed potius quasi Cæsaris mancipia taxabant illos, quod ejus secuti fortunam essent; plures enim Cæsare, hoc est, patrono mortuo libertatem, hoc est, dignitatem illam, erant consecuti per M. Antonium, qui Cæsaris tabulas nactus, turpem illam honorum nundinationem instituerat. Beroaldus et Sabellicus cum vulgatis editionibus et plerisque Mss. legunt *abortivos*, quasi deformes et imperfecto partu editos. Quæ lectio quare posthabita sit, non satis liquet.

<sup>x</sup> *Ad modum pristinum*] Non 300. pluribus enim murmurantibus, nume-

splendorem redegit duabus lectionibus: <sup>y</sup> prima, ipsorum arbitrato, qua <sup>t</sup> vir virum <sup>z</sup> legit; secunda, suo et Agrippæ: quo tempore existimatur lorica <sup>a</sup> sub veste munitus ferroque cinctus <sup>2</sup> præsedisse, decem valentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus. Cordus Cremutius <sup>3 b</sup> scribit, ne admissum quidem tunc quenquam Senatorum, nisi solum et prætentato sinu. <sup>c</sup> Quosdam ad excusandi se verecundiam <sup>d</sup> compulit: servavitque etiam excusantibus <sup>4</sup> iusigne vestis, <sup>e</sup> et spectandi in orchestra <sup>f</sup>

corrigit *Porcinos*.—1 Edidit Ern. ita e Lys. quem secutus Baumg. Alii quo. Tum existimatur primus rescripsit Torr. accedentibus codd. Ursini. Vulgo existimatur, seu extimatur, ut in Medic. 2. Periz. Cort.—2 Accinctus Vind. 1. cinctis Ed. Rom. sec. Item pro præsed. malebat Lips. resedisse. Mox valentissimi Harlem. Edd. Ven. tr. Lugd. Deest amicis Fouc. æque ac suam cod. Torr. et Ed. Ven. 1.—3 Cremutius Hulst. Cremutius Edd. Vett. Codrus Lys. Alio ordine in uno Torr. codice ne adm. quidem scrips. Cord. Crem. tunc quemq. ac quidem non agnoscitur a Pal. 1. nec a Cop. in quo etiam prætentato sinu.—4 Excusantes Fouc. Pin. Medic. 2. Vind. 1. Cort. Voss. Pal. 2. 3. excusantis Gnelph. 1. Cop. excusatis Hulst. Pal. 1. et unus Casaub. idque admisit Grut. et placuit Scheff. et Wolf. Conj. Oud. excussis. Infra desunt publ. jus Fouc.

## NOTÆ

rum usque eo minuere non potuit, sed sexcentos delegit, auctore Dione, lib. LIII.

<sup>y</sup> *Duabus lectionibus*] Senatam legere est Senatores cooptare, vel Senatu movere: quod stante Rep. dictatorum aliquando, censorum semper auctoritate factum, postea nonnisi imperatoris arbitrio.

<sup>z</sup> *Vir virum*] Hoc est Senator Senatorem: locum hunc confirmat Galba apud Tacitum lib. v. Historiar. 'Apud frequentem militum concionem, imperatoria brevitate, adoptari a se Pisonem, exemplo Divi Augusti et more militari, quo vir virum legeret, pronuntiat.' Plura quoque Dio lib. LIV.

<sup>a</sup> *Lorica*] Non tunc solum, sed et alias hoc modo prodire in publicum, et in Senatum ventitare, metus adegit insidiantium, ut notat ex Dione Casaubonus.

*Dolph. et Var. Clas.*

<sup>b</sup> *Cordus Cremutius*] Historicus. Meminit sæpe alterius Cordi Capitolinus, quem minutissima quæque suis in historiis sectatum ait: v. g. in Maximino Juniore, 'quæ qui scire desiderat, is velim (ut sæpe dixi) legat Cordum, qui hæc omnia usque ad fabellam scripsit.' Et in Albino iterum, &c.

<sup>c</sup> *Prætentato sinu*] Hoc est, ut ait Beroaldus, excussa veste et explorata, ne ferrum occultaretur: de togæ sinu in Jul. c. 82. 9.

<sup>d</sup> *Verecundiam*] Ut nempe tantæ se dignitati faterentur impares.

<sup>e</sup> *Insigne vestis*] Latum vero similiter clavum intelligit, de quo in Jul. c. 42. Quin et lunatos forte calceos, qui Senatoribus tam proprii. Martialis. Epig. 29. lib. II. 'Non hesternæ sedet lunata lingula planta.' Horat. Sat. 6. lib. I. vs. 27.

<sup>f</sup> *Orchestra*] In Julio c. 39.

*Sueton.*

R

epulandique publice<sup>s</sup> jus. Quo autem lecti probatique, et religiosius et minore molestia<sup>5 h</sup> senatoria munera fungerentur, sanxit, ut priusquam consideret quisque, thure<sup>6</sup> ac mero<sup>i</sup> supplicaret apud aram ejus Dei, in cujus templo<sup>k</sup> coiretur: et ne plus quam bis in mense legitimus Senatus<sup>l</sup> ageretur,<sup>7</sup> Kalendis et Idibus:<sup>m</sup> neve Septembri Octobrive<sup>n</sup> mense ullos adesse alios necesse esset, quam sorte ductos,<sup>o</sup>

//////////

—5 *Modestia Ven.* 2. 3. Lugd. Mediol. 1. Cald. *minori vestigia molestia Cuj. unde faciebat Lips. minore fastidio ac molest.* Dein *senatorio munere Vind. 1. Lys.* et statim *fugerentur Memm.*—6 *Pure ac m. Fouc.* Mox in ante mense omittitur in Ed. pr.—7 *Al. haberetur.* Tum *Kal. scilicet Vind. 1. Cort.* cum Edd. Rom. Ven. 1. Bas. Gryph. Plant. *scil. Kal.* Periz. Harlem. Edd. Ven.

#### NOTE

<sup>s</sup> *Epulandique publice*] Quando Jovi epulum libabant, Senatores in Capitolio simul omnes epulabantur. Ut ex Gellii lib. XII. c. 8. in ludorum quoque solennitatibus, ut et triumphorum pompis convivia publica celebrabantur, in Jul. cap. 38. colligere est, et in Tib. cap. 20. et Vit. c. 13.

<sup>h</sup> *Religiosius et minore molestia*] Ut religiosius convenirent, supplicare jubet, ut commodius, non nisi bis unoquoque mense convenire. Quæ more suo conjunctim proponit Suetonius, paulo post separatim explicanda, ut jam supra notatum.

<sup>i</sup> *Thure ac mero*] Hic mos gentium exterarum legatis Senatum ingressuris ante jam fuerat, ut ex Polyb. lib. XV. de Carthaginensibus, et de Prussia rege Bithyniæ, qui Romam venerat, Casaubonus hic notavit. Sed magistratibus exta potius consulere, moris fuisse existimat, et certe patet vel solo Cæsaris exemplo, supra c. 81. et Appiani Civilium Bellorum lib. II. ac maxime ex Gellii lib. XIV. c. 7. Augustus Senatores omnes thure ac mero supplicare voluit, quæ et ejus ætatis consuetudo fuit, cum serio quid aggrederebantur: probatur idem ex

Ovidio, cum uxorem doceret, quam ratione Livia foret convenienda. ‘Sed prius imposito sanctis altaribus igni Thura fer ad magnos vinaque pura Deos.’

<sup>k</sup> *Cujus templo*] Quid si in curia quadam coiretur? Et in curiis aras fuisse Casaubonus existimat: quem admodum in Julia curia, ubi ara Victoriæ, de qua Dio lib. LI. Curias quoque plurimas templa esse constituerunt augures, c. 29. ex Gellii lib. XIV. c. 7. notatum est.

<sup>l</sup> *Legitimus Senatus*] Dies Senatus habendi duplicis fuisse generis, alii certi et legitimi statuti, alii indieti, prout incidentia exigebant negotia. Senatus statis et fixis diebus convocatus dicebatur legitimus. Hi dies singulis mensibus in veteri Kalendario annotati.

<sup>m</sup> *Idibus*] Præterquam Martiis, quibus interfectus erat Julius. In Jul. c. 88.

<sup>n</sup> *Septembri Octobrive*] Vendemiarum, ut videtur, causa institutum; hi quippe menses in Italia vendemiis destinati sunt.

<sup>o</sup> *Sorte ductos*] Quibus nempe sors obtigisset.

per quorum numerum<sup>p</sup> decreta confici possent: sibi que instituit consilia sortiri semestria,<sup>8 q</sup> cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret. Sententias de majore negotio non more atque<sup>r</sup> ordine,<sup>r</sup> sed prout libuisset, perrogabat,<sup>s</sup> ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum<sup>t</sup> magis, quam assentiendum esset. [36.] Auctor et aliarum rerum fuit: in quis, ne acta Senatus publicarentur: <sup>u</sup> ne magistratus,<sup>v</sup> deposito<sup>10</sup> ho-



2. 3. Lugd. et multæ ante Casaub. qui ejecit, astipulantibus membb.—8 *Semestria* Memm. Medic. tres, Cop. et al.—9 *Neque ordine* Medic. 1. Periz. Edd. Ven. tr. Bon. Mediol. Lugd. Junt. Ald. Gryphi. Plant. Bas. et aliæ. Emendarunt Polit. et Torr. e suis codd. ut et mox *perrogabat*, loco vulg. lect. *prærogabat*. In Periz. Harlem. Edd. Ven. tr. Med. Cald. est *prorogabat*.—10 *Disposito* Fouc. Memm. Medic. 3. Huls. Cop. Voss. Dunelm. Dein mitte-

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Numerum*] Livius lib. ix. decad. i. non minus centum requirere videtur: 'Prætor Senatum consuleret, Si ei permissum esset, cum in Senatu centum non minus essent, ita id sacrum (Bacchanalia) faceret.' Asconius tamen Cornelium, Ciceronis tempore, legem tulisse dicit, ne quis in Senatu legibus solveretur, nisi ducenti affuissent. Dio e contra lib. ltv. quadringentos requirit, ex quibus colligere est, varium pro vario rerum genere numerum extitisse, ut notat ex Dionis lib. lv. pererudite Casaubonus.

<sup>q</sup> *Consilia sortiri semestria*] Hoc est, sexto quoque mense sortiebatur consiliarios. Hi ab initio quindecim Senatores fuerunt, et ex singulis magistratibus (si Coss. excipias) unus; ut narrat Dio lib. ltv. in actis anni 729. senior vero factus viginti sibi consiliarios annuo petivit, decretumque, ut quæcumque cum his consuli- busque, et qui designati consules essent, egisset, non minus rata essent quam quæ in Senatu acta fuissent; ut notat ex Dionis lib. lvi. Torren- tius.

<sup>r</sup> *Non more atque ordine*] Vide in Jul. c. 21.

<sup>s</sup> *Perrogabat* [*prærogabat*] Casaubonus in Viterbiensi ac plerisque Mss. et Schildius in Salmasiano, legunt *perrogabat*. Hoc est ad unam omnes rogabat, quod huic loco maxime convenit.

<sup>t</sup> *Censendum*] Major in censendo difficultas quam in assentiendo. Qui enim censet, is sententiam suam verbis explicare, et rationibus approbare audientibus debet, quod decernere dixerunt. Qui vero assentitur, is alienam tantum sententiam voce, manu, vel pedibus probat: in Tib. c. 31. Hinc mos in faciendo Senatusconsulto ascribendi, quo referente, quo decernente, quo primum assentiente factum esset.

<sup>u</sup> *Ne acta Senatus publicarentur*] Vide in Jul. c. 20.

<sup>v</sup> *Ne magistratus*] Id ipsum a Pompeio, consulatu, quem solus gessit, de quo in Jul. c. 26. statutum, auctor est Dio lib. xl. nempe, ut qui magistratu abissent infra quinquennium proximum, exteris provinciis ne sortirentur. Sublata enim provinciarum

nore, statim in provincias mitterentur: ut Proconsulibus<sup>w</sup> ad mulos et tabernacula, quæ publice locari<sup>x</sup> solebant, certa pecunia constitueretur: ut cura ærarii a Quæstoribus<sup>y</sup> urbanis ad Prætorios Prætoresve transiret: ut centumviralem<sup>z</sup> hastam,<sup>a</sup> quam quæstura<sup>1</sup> functi consueverant cogere,



retur Vind. 1. qui etiam habet muros.—1 *Quæsturam* Memm. Cuj. Fouc. Medic. 2. 3. Pin. Polit. Voss. et O. Burmanniani, cum Edd. Ven. tr. Med. pr. Cald. Tum *consueverant* O. scripti et editi præter Memm. et Medic. tres, qui *consueverant*. Supra pro *quis* alii dant *quæis* seu *quibus*, et præpositio a deest

### NOTÆ

spe, minus ambibant magistratus. Torrent.

<sup>w</sup> *Proconsulibus*] An solis Procons. an ceteris quoque provincias regentibus, qui generali nomine præsidēs appellati, obscurum reliquit. Illud certum est, non modo peregre proficiscentibus, sed Urbicis quoque magistratibus tradita fuisse de publico, quæcumque muneris sui causa, necessaria erant. De Urbicis, probat vetus Senatusconsultum Augusto Principe factum, quod hic refert Casaubonus, &c. De reliquis constat ex Dione lib. LIII. Livio lib. II. decadis v. statim ab initio, Cicerone Verrina IV. &c. quorum loco pecunias illis assignavit Augustus.

<sup>x</sup> *Quæ publice locari*] Erant qui talia magistratibus præbenda redimerent, præbendorum inde mancipēs appellati. Veterem consuetudinem Alexander Severus imperator postea redixit, annuamque illis mercedem, ac res ipsas attribuit 'mulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas binas, balneares singulas, aureos centenos, cocos singulos, &c. reddituri, deposita administratione, mulas, mulos, equos, muliones, et cocos; cetera sibi habituri si bene egissent: in quadruplum reddituri, si male.' Auctor est in ejus vita Lampridius. Cicero in Pisonem, quæ e suppellecti-

libus erant, 'vasaria' appellat.

<sup>y</sup> *Quæstoribus*] De his in Julio c. 6. Et hoc immutatum a Claudio in Claud. c. 24.

<sup>z</sup> *Centumviralem*] Festus, 'cum essent Romæ triginta et quinque tribus (quæ et curiæ dictæ sunt) terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui centumviri appellati sunt, et licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumviri sunt dicti, centumviralia iudicia, quæ centumviri iudicabant.' Causas illas minimi fuisse momenti Plinius indicat lib. II. epist. 14. ut ab adolescentulis obscuris tractarentur, qui ad declamandum illuc transirent, et a centumviralibus causis auspicarentur, quemadmodum ab Homero in scholis. Hi a iudicium decuriis, de quibus cap. 29. diversi fuerunt.

<sup>a</sup> *Hastam*] Cum ea, quæ armis et bello capta sunt, eorum sint, qui cedere, idcirco Romani hastarum insigni posito res illas primum vendere, quasi ut tutissimo illo juris gentium titulo licitatores ad emendum pellicerent. Hoc ad alios quoque contractus faciendos, locationem v. g. conductionem, causasque dirimendas translatum est. Hinc centumviralis hasta, quod centumviri hasta in foro posita iudicabant.



Decemviri cogere.<sup>b</sup> [37.] Quoque plures partem administrandæ Reipublicæ caperent, nova officia excogitavit: curam<sup>2</sup> operum publicorum,<sup>c</sup> viarum,<sup>d</sup> aquarum, alvei Tiberis, frumenti<sup>e</sup> populo dividundi,<sup>3</sup> præfecturam Urbis,<sup>f</sup>



Cujac. ante *quæstorib.*—2 *Scilicet curam* Cuj. et paulo ante *quo pl.* Fouc. Mox et *aquar.* et *alv.* Periz. Harlem. Edd. Ven. Bas. Gryph. aliæque. Retinent et etiam primo loco Medic. 1. Ed. Mediol. ac secundo Mss. Torr. *aquarum* deest Huls. et in Memm. reperit Salmas. scriptum *viar. variarum.* Lips. censuit mutandum *aquar.* in *riparum*, sed secundis curis rejecit conjecturam.—3 *Divi-*

## NOTE

<sup>b</sup> *Decemviri cogere*] Hoc est, congregarent, adhuc infra. Tib. c. 58. et Virg. Ecloga III. 'Tityre coge pecus.' An vero decemviri illi e numero centumvirorum essent electi, an iidem qui decemviri, stlitibus iudicandis, id est, litibus, longe antea circa annum U. C. 512. instituti, ut inuit Pomponius l. 2. § 29. ff. de origine juris, non liquet. Horum meminit Lucanus, panegyrico ad Pisonem: 'Seu trepidos ad jura decem citat hasta virorum, Et firmare jubet centeno iudice causas, Seu capitale nefas operosa dilinis arte.'

<sup>c</sup> *Curam operum publicorum*] Hæc censorum erat et ædilium.

<sup>d</sup> *Viarum*] Torr. e duob. Mss. addit *et*, hoc modo, *viarum aquarum et alvei Tiberis*, dubio procul melius. Constat enim peculiare aquarum fuisse curatores. Frontinus lib. II. de aquæductibus: 'quantopere antem curæ fuerit, ne quis violare ductus, aquamve non concessam derivare auderet, tum ex multis apparere potest, tum ex hoc, quod Circus maximus nec diebus quidem ludorum Circensium, nisi ædilium aut censorum permissu, irrigabatur, quod durasse etiam postquam res ad curatores transiit sub Augusto, apud Ateium Capitonem legimus.' De viarum curatoribus, qui et viocuri dicebantur, erant-

que jam ante Augustum, sed non perpetui, primo quatuor viri viarum, ac deinde duobus additis seviris, res constat ex Pomponio ff. de origine juris; et post Augustum cura illa magistratus instar habita, et magno in honore posita, ut patet ex Plinio epist. 15. lib. V. et Statio IV. Sylv. et lapidibus passim 'curatori viarum.' Et 'curatori Appiæ,' 'Salaris,' &c. singulæ enim singulis aliquando committebantur.

<sup>e</sup> *Frumenti*] Qui curam hanc sustinebat, illum Casaubonus arbitratur eundem fuisse cum eo, qui 'curator Minutiæ' dicitur in lapide illo veteri modo citato. Officium illud excogitavit Augustus, ad frumentum populo, non tributum, ut ante, sed viritum dividendum, cujus officii loco, præfectum annonæ antiquiores habuerant, magna quippe cura semper fuit, tum stante Rep. tum sub imperatoribus, ut larga frumenti copia populo suppeteret, eique Severus ita consulis legitur, ut moriens populo reliquerit canonem frumentarium septem annorum.

<sup>f</sup> *Præfecturam Urbis*] Hi præfecti ab iis longe diversi fuere, quos a Julio institutos supra dixit c. 76. Juliani quippe fuere plures, præfectus urbi nonnisi unus: Julianis alter a Cæsare præerat: præfectus urbi su-

triumviratum legendi Senatus, et alterum recognoscendi turmas<sup>g</sup> Equitum, quotiescumque<sup>4</sup> opus esset. Censores,<sup>h</sup> creari desitos, longo intervallo creavit: numerum Prætorum<sup>i</sup> auxit. Exegit etiam, ut, quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet: nec<sup>5</sup> obtinuit, reclamantibus cunctis, satis majestatem ejus imminui, quod honorem cum non solus, sed cum altero, gereret.<sup>6</sup> [38.] Nec parciore in bellica virtute honoranda,<sup>7</sup> super triginta ducibus<sup>k</sup> justos triumphos, et aliquanto pluribus trium-



*dendi* O. Edd. Vett. et Mss. Memm. excepto.—4 *Quotiescumque* Memm. Medic. tr. Vind. 2. Voss. Cop. Huls. Cuj. dum in ceteris est *quotiens*. Dein *interv. longo* Voss. et num. Polit. ac *cinxit* Fouc.—5 *Ne obt.* Vind. 1. et statim *clamantibus* Periz. Edd. Vetr. præter Rom. Bon. Bas. et recentiores.—6 *Ageret* Periz. Harlem. Cort. cum duob. Torr. Edd. Camp. Med. Cald. Ven. tr. nec displicet Burm. Item *satis* aberat Fouc. et mendose legitur in Ed. Wolf. *hon. quum non.*—7 *Honanda* Huls. qui et mox *aliquanto plus*. Tum *supra* Mss.

#### NOTÆ

periores a Cæsare neminem habebat. Julianorum denique non duravit auctoritas, præfecti urbi tanta fuit sub ceteris imperatoribus, ut absente Cæsare, summum in urbe obtineret imperium; unde vix inducar, ut cum Torrentio affirmem, non tam institutum ab Augusto, quam auctum et ornatum fuisse magistratum hunc: vix enim si nomen excipias, commune quid habuerit cum eo urbis præfecto, quem a Romulo institutum, ut urbanis præesset negotiis, refert Dionysius Halicarnassensis.

<sup>g</sup> *Turmas*] Pedestres copiarum in centurias et manipulos, equestres in turmas et decurias dividebantur.

<sup>h</sup> *Censores*] Hi neque memorabile quicquam gessere, neque postea creati ulli sub Cæsaribus. Illorum enim munus in multa divisum erat, ut patet ex iis, quæ hoc capite referuntur; quorum ferme omnium curam gerebant censores. Cicero III. de Legibus, de censoribus loquens: 'Urbis templa, vias, aquas, ærarium vecti-

galia, tuento. Ordines partiunt. Mores populi regunt,' &c. Gellius quoque lib. IV. c. 12. unde patet triumviros, de quibus hic sermo est, censorii quoque muneris partem exercuisse. Augustus ipse præfectus morum dicebatur, ut et Julius supra c. 76. Hi censores fuerunt Paulus Æmilius et L. Munatius Plancus.

<sup>i</sup> *Numerum Prætorum*] In Jul. cap. 14.

<sup>k</sup> *Super XXX. ducibus*] Hic Suetonii locus omnino singularis est, nec alibi sic pugnat cum ceteris Historiæ Romanæ scriptoribus, ut diligenter annotavit Casaubonus: si enim quotquot illo temporis spatio triumphasse legimus, in unum conferantur omnes, ne dimidiatus quidem exsurgat ille numerus. Ex Dionis quidem libro LIV. constat multos quosdam ab Augusto triumphos esse concessos, sed Suetonius justos dicit. Quare Casaubonus, cum ceteroqui accuratissimum Suetonium erroris insimulare non ausus, nec culpam in auc-

phalia ornamenta<sup>1</sup> decernenda curavit. Liberis Senatorum,<sup>m</sup> quo celerius Reipublicæ assuescerent, protinus viri-

## NOTÆ

tores alios omnem rejicere, ab Augusto factitatum suspicatur, quod de Carinate narrat idem Dio lib. LI. exemplo nempe Julii, compluribus suis legatis triumphii honorem tribuisse, qui vel suis vel alienis auspiciis vix quicquam egissent.

<sup>1</sup> *Triumphalia ornamenta*] Ea sunt ex Livii lib. x. et xx. corona et patera aureæ, sella curulis eburnea, et ex eadem materie scipio cum insidente aquila, toga picta, palmata tunica, statuæ lanreatæ, &c.

<sup>m</sup> *Liberis Senatorum, &c.*] Duplex significari videtur hic novum institutum: alterum ut liberis Senatorum adesse curiæ liceret, alterum, quod istius appendix est, ut statim a summa virili toga liceret quoque illis latum clavum induere: neutrum tamen novum Augusti inventum fuisse videtur. De Senatorum liberis, probat Papyrii illius Prætextati exemplum, de quo Macrobius lib. I. c. 6. et totidem prope verbis Gellius I. I. c. 23. Virilem vero togam summentibus, sumtum quoque latum clavum, probat Augusti ipsius exemplum infra c. 94. nec dici potest id ipsi extra ordinem concessum ab avunculo majore, Julio omnia tunc ad arbitrium disponente; cujus enim concessione lato illo clavo, ipse Julius, eadem, ne minore dicam ætate, usus esse diceretur? quo tamen usus est, ut in ejus vita c. 45. videre est. Jure autem veteri, Julius et Augustus non nisi equites tunc temporis erant, Senatorum enim liberi equestri tantum fuisse dignitate, donec Remp. capescissent, ut supra probatum est, et confirmat Isidorus Originum lib. IX. c. 4. 'quamvis Senatoria quis origine esset, usque ad legitimos annos eques

Romanus erat, deinde accipiebat honorem Senatoriæ dignitatis.' Legitimi illi anni erant 25. quos ætati Senatoriæ Dio tribuit; Senatores autem ab equitibus lato clavo distinctos, supra notatum est in Jul. 45. Aldus Manutius lib. II. de quæsitis per epistolam, epist. 2. scribit latos clavos omnium fuisse, qui patre Senatore vel equite nati forent, non quidem a primis annis, sed ab anno ætatis 17. quo toga virilis sumebatur, ad annum ætatis Senatoriæ, quo tempore, si vel gratia destituti, vel otium præferentes, honoribus non cooptarentur in Senatum, tunc deposito lato clavo sumebant angustum: quod colligi videtur ex Ovidio lib. IV. Tristium Elegia 10. 'Interea tacito passu labentibus annis, Liberior fratri sumta, mihi que toga est, Induiturque humeris cum lato purpura clavo, &c. Curia restabat, clavi mensura coacta est. Majus erat nostris viribus illud onus,' &c. Verum a pueritia quoque lato clavo indutum Cæsarem, probare videtur ipse Suetonius, loco supra citato: puerum enim Cæsarem appellabat Sylla, quod de eo post sumtam virilem togam dicturum fuisse, non ita probabile est, eoque minus, quod uxorem eo tempore duxerat, ut ex ejusdem Suetonii c. I. manifestum est. Certe Senatorum liberi nusquam, quod ego acceperim, curiam ingressi leguntur, a supradicti Prætextati temporibus: et re vera latus clavus Senatori ab equite distinguendo institutus; si autem secus factum est ab aliquibus, licentia temporum id contigisse crediderim, (quot enim a Syllæ temporibus ad Augustum bella civilia?) atque, ut ait Casanbonus, a Senatorum

lem togam,<sup>8</sup> latum clavum induere,<sup>n</sup> et Curiaē interesse permisit:<sup>k</sup> militiamque<sup>9</sup> auspiciantibus non tribunatum modo legionum,<sup>o</sup> sed et præfecturas alarum dedit: ac ne quis expers castrorum<sup>10</sup> esset, binos plerumque laticlavios præposuit singulis alis.<sup>p</sup> Equitum turmas frequenter re-

<sup>k</sup> *Concessit liberis Senatorum, ut sumerent virilem togam, et latum clavum, et venirent in Senatum eodem tempore, ut citius assuescerent negotiis publicis.*

\*\*\*\*\*

Pulm. Cort. Ed. Camp. XX. duc. Vind. 1.—8 Ita Viterb. Pal. tres, Harlem. Periz. et Edd. Rom. Ven. tr. Bon. Bas. Gryph. Colin. Dolet. et recentiores. In duob. codd. Torr. Dun. Cuj. Giphanii, Medic. 2. et Edd. Steph. Lugd. exaratur *virili togæ l. c. inducere: virili togæ* etiam in Fouc. Voss. Quidam codd. inter quos Memm. Pin. Lisl. et Ursini, habent *virili toga*, unde alii faciebant *prot. a virili toga*, probantibus Græv. Rubenio de Lato Clavo l. i. 14. et Casaub. qui insuper conj. *virilem togam ac lat. cl.* Ern. snasit *cum virili toga*, vel *prot. ut virilem togam, et l. c. Oud. prot. virili a toga et l. c.* cui assentitur Ruhnck.—9 *Militiaque* Huls. Mox *sed etiam* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. tr. Med. Cald. et plures deest et Medic. 1. Vind. 2. Statim *at ne* Fouc. Ed. Bas. *ne qui* Periz. Harl. Medic. tres, et Edd. Vett. In Vind. 1. *perfectum*.—10 *Castr. exp.* Vind. 1. Mox *laticlavos* Huls. Harlem. Cop. Periz. Edd. Ven.

#### NOTÆ

liberis ad splendidiorem equitum liberos ab usum eundem sub initia principatus Augusti denique perperisse. Hic igitur Augustus, quantum ad ingressum in curiam, non tam instituit novum morem, quam vetustissimum, adhibito tamen modo, revocavit: quod vero ad usum lati clavi, id videtur unum præstitisse, ut quod temporis licentia fiebat, præter majorum morem, jure posset in posterum usurpari.

<sup>n</sup> *Protinus virilem togam, latum clavum induere*] Sic in Viterbiensi codice legit Casaubonus, qui addit conjunctionem *ac*, hoc modo, *virilem togam ac latum clavum, &c.* Torrentius in duobus pervetustis *virili togæ lat. clav. inducere*; alii vero *protinus a virili toga, &c.* Sed nostram prætulere: ‘protinus’ enim, hoc est, continue, uno eodemque tempore, ut ait Casaubonus, quo sensu Virgilius lib. VIII. Æneid. v. 147. ‘Nam memini Hesiones visentem regna sororis Lao-

medontiadem Priamum, Salamina pententem, Protinus Arcadiae gelidos invisere fines.’

<sup>o</sup> *Tribunatum modo legionum*] Livius decad. i. lib. VIII. auctor est, hunc in exercitu Romano fuisse dignitatum ordinem, ut legionis cujusque miles centurionis, hic tribuni, tribunus legati, legatus ipse consulis pareret imperio. Tribunorum, qui singulis in legionibus seni, munus erat, milites in castris continere, querelas commilitonum audire, delicta castigare, circumire vigilias, perducere ad exercitationes, inspicere valetudinarios, &c.

<sup>p</sup> *Singulis alis*] Quibus antea non nisi unus, qui sociorum præfectus aut alarum dicebatur, eo quod socii ad latera dispositi, alarum instar in avibus, ut Vegetius lib. II. cap. 1. Romanum tegerent exercitum. Patet ex hac loquendi ratione, dignitatem illam tunc temporis tribunicia dignitati præcelluisse; quod infra in Clau-

cognovit, post longam intercapedinem reducto more transvectionis.<sup>1</sup> Sed neque detrahi quenquam<sup>r</sup> in transvehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat: et senio<sup>2</sup> vel aliqua corporis labe insignibus<sup>s</sup> permisit, præmisso in ordine equo, ad respondendum, quoties citarentur, pedibus venire: mox reddendi<sup>3</sup> equi gratiam fecit<sup>t</sup> eis, qui majores



tr. Med. Cald. Item proposuit Fouc.—1 *Transvectionis* Memm. qui et *travehendo* cum Medic. 2.—2 *Ex senio* Lugd. Junt. Arg. et pro aliqua Pin. alia. Dein *pedites venire* Pal. 1. Huls.—3 Casaub. maluit *retinendi*, probante Grutero. Tum *quadraginta retinere* Mss. Pulm. Ursin. qui etiam *vellent* cum Lisl. Pal. 2.

## NOTE

dio c. 25. videbitur immutatum.

<sup>1</sup> *Transvectionis*] Ea fiebat Idibus Quintilibus, in honorem Castoris et Pollucis, quod illis faventibus, feliciter hac die pugnatum esset ad lacum Regillum, de qua pugna Livius lib. ix. decad. i. Cærimonix hæ fuerunt, auctore Dionysio Halicarnasæo lib. vi. Equites Romani oleagina redimiti corona, equis insidentes, gerentesque singuli præmia fortitudinis suæ, quæcumque acceperant, ab æde Martis Extramurani, per forum juxta ædem Castoris et Pollucis, in Capitolium, toto spectante populo, transvehabantur; cujus pompæ meminerunt quoque Plinius lib. xv. c. 4. Valer. Max. lib. ii. c. 1. quo loco nonnihil differt a Dionysio, sed Livium sequitur in ipso lib. ix. decad. i.

<sup>r</sup> *Detrahi quenquam*] Hoc est, in jus arripi. Accusator enim pro omni actore et petitore sumitur, etiam apud Ciceronem in partitionibus 110. Hunc Suetonii locum confirmat Ulpianus l. ii. ff. de in jus vocando: 'In jus vocari non oportet, neque consulem, neque, &c. sed nec eum qui equo publico in Capitolium transvehatur.' Sic enim legit Cujacius Observat. lib. xiiii. c. 9.

<sup>s</sup> *Senio vel aliqua corporis labe insignibus*] Hoc est, cum populi dictionibus

obnoxios videret ejusmodi viros, id illis indulsit, ut ipsi non tenerentur ordine suo transvehi, sed equum duntaxat mittere, et dum appellarentur pedibus venire, ut sese exhiberent. Unde etiam patet in ejusmodi recognitionibus suo singulos nomine appellatos; et colligere est etiam ex Valerii Max. lib. iv. c. 1. et infra in Calig. c. 16.

<sup>t</sup> *Reddendi equi gratiam fecit*] Vel hic cum Beroaldo aliter intelligendus est Suetonius, atque supra cap. 16. vel si servetur analogia, loco *reddendi*, omnino legendum *retinendi*, quæ Casauboni mens est, hoc sensu: Augustus iis, qui publice acceptum equum haberent, permisit ut adepti quinque et triginta annorum ætatem (vel ut alii legunt 45.) illum pro lubito redderent vel retinerent. Quamvis enim habere equum publice assignatum a censore, magni foret honoris, quia tamen tota vita servandus erat, nisi idem, qui illum dederat, magistratus adimeret, quod eo casu magno dedecori vertebatur, ideo fortasse morem illum Augustus antiquavit, et alias militiæ partes mitiorem in formam redigens: vel etiam ob alia quædam onera, quæ huic honori conjuncta fuisse, vel ex hoc uno colligas, quod populus vacationem ab eo mu-

annorum quinque et triginta retinere eum nollent. [39.] Im-  
petratisque a Senatu <sup>4</sup> decem adjutoribus, <sup>5</sup> unumquemque  
Equitum rationem vitæ reddere cœgit : atque ex impro-  
bati<sup>u</sup> alios pœna, <sup>v</sup> alios ignominia notavit ; plures admo-  
nitione, sed varia. Lenissimum <sup>6</sup> genus admonitionis fuit  
traditio coram pugillarum, <sup>7</sup> <sup>w</sup> quos taciti, et ibidem statim  
legerent. Notavitque <sup>x</sup> aliquos, quod pecunias levioribus  
usuris mutuati, graviore scœnore collocassent. [40.] Comi-  
tiis <sup>8</sup> tribuniciiis, <sup>y</sup> si deessent candidati Senatores, ex Equi-



Cuj. *quinq. de triginta* Harlem. *quinquaginta* Ed. Bon.—4 Ita plurimi codd. et Edd. Vett. *a senatoribus* Gryph. Plant. Mallent Burm. et Baumg. *e senatu*.—5 Conj. Casaub. *adjuratoribus*, et mox vellet *ex improbratis*. Variant codd. *in exprobratis* Pin. Fouc. Memm. Medic. duo, Dun. Vind. 1. Viterb. Pal. 2. Cop. Huls. *in exprobratis* Medic. 3. Vind. 2. Harlem. Lisl. Pal. 1. 3. Periz. Cuj.—6 *Levissimum* Cort. Periz. Fouc. et Edd. O. Vett. usque Casaub. qui mutavit. Male revocavit Pitiscus.—7 Habet cod. Torr. *tradito coram pugillari, quod taciti*, et probat Gron. Erasmus in marg. alios ita legere notavit, nisi *quo sit pro quod*, unde Gryph. et Colin. oræ suæ alleverunt. *tradito* etiam in Huls. Cuj. Porro *pugillarum* Vind. 1. et mox *levibus*, et *legerint* in Medic. 3.—8 *Ac com.* Memm. Medic. 2. Dun. Cuj. *at com.* Fouc. Vind. 1. *a com.* Medic. 1. 3.

#### NOTE

nere beneficii et mercedis loco concederet, ut de P. Ebutio constat ex Livii lib. ix. decad. i.

<sup>u</sup> *Improbatis*] Casanbonus in Viterbiensi legit *in exprobratis*, in Lislæi *in exprobratis*, in Cujacii, Pithæique codicibus *ex improbratis* : forte *improbratis* existimat pro notatis probro : et in idem recidit eum *improbratis*.

<sup>v</sup> *Pœna*] Hoc est, supplicio vel muleta : pœnæ enim nomen, a *puniendo* deductum, utrumque illum puniendi modum significat.

<sup>w</sup> *Pugillarum*] Pugillares tabellæ sunt quædam ceratæ, earum instar quas etiam hodie vocamus *des tablettes*. ‘Bipatentes’ Ausonius appellat ; his eum describenda curasset quæcumque equitibus illis objicienda erant, eas singulis tradere legendas satis habebat Augustus, ne divulgarentur, sicque taciti probra sua cognosci videntes ad meliorem se fru-

gem converterent. In uno Torrentii codice legitur, *tradito coram pugillari*, quod et potest.

<sup>x</sup> *Notavitque*] Verbum censorium est, in ejusmodi recognitionibus frequens : dicuntur enim ut plurimum ignominia notati, quia, ut ait apud Nonium Cicero, ‘Censotis judicium nil fere damnato affert præter ruborem. Itaque ut omnis ea judicatio versatur tantum in nomine, animadversio illa ignominia dicta est.’

<sup>y</sup> *Comitiis tribuniciiis*] Quibus creandi tribuni plebis erant, non vero militares. Nec enim qui tribunus militaris esse cuperet, hunc Senatorem esse oportuit, ut ex c. 5. in Julio colligas ; nec alii quam Senatores tribuni plebis effici poterant, ut supra cap. 10. notatum est. Et certe de tribunis plebis statutum ab Augusto fuisse, expressis verbis Dio testatur lib. xiv. in anno 742. Notat Casau-

tibus Romanis creavit, ita ut, potestate transacta, in utro vellent ordine<sup>z</sup> manerent. Cum autem plerique Equitum, attrito bellis civilibus<sup>a</sup> patrimonio,<sup>9</sup> spectare ludos e quatuordecim non auderent, metu pœnæ theatrialis;<sup>10b</sup> pronuntiavit, non teneri ea, quibus ipsis parentibusve equester census nunquam<sup>1</sup> fuisset. Populi recensum<sup>2</sup> vicatim egit:<sup>c</sup> ac ne plebs frumentationum<sup>d</sup> causa frequentius a negotiis avocaretur,<sup>3</sup> ter in annum quaternum<sup>+</sup> mensium tesseras<sup>e</sup>

//////////

Vind. 2. Infra Edd. quædam distinctionem post *senatores* tollunt.—9 Edd. Gryph. Plant. *matrimonio*. Dein *ludos* abest Cop.—10 Addendum esse *legis* censuit Casaub. Dein *tenere* Cop. Medic. 2.—1 Edd. O. præter Bremianam, quam secutus est Baumg. habent *unquam*.—2 *Populi R. censum* Memm. et plenius literis *Populi Romani censum* Periz. Harlem. *Populi Rom. cens.* Cort. *populi cens.* Voss. Sed *populi R.* vel *Romani* Medic. duo, et Edd. usque ad Casaub. qui *recens.* exhibuit, uti habent Medic. 2. Vind. uterque, cum Exc. Cnj.—3 *Ab negotiis vocaretur* Memm. Reposuit ab Oud. probante Wolf. e Medic. tr. Vind. 1. Cnj. et Voss. Pro *avoc.* Vind. 1. *frequentaretur*, Cop. *avocarentur*, sed a m. pr. *evocaretur*. Dun. *vocaretur*. Etiam *plebis* in Vind. 1.—4 *Quaternorum* Periz. Harlem. Medic. duo, Vind. 1. Voss. Edd. Camp. Med. Ven. tr. Bas. et rell. Vett. *quaternas* Huls. Vind. 2. Ceterum exhibet Memm. *mensuum*.—

#### NOTÆ

bonus, ideo forsitan comitiis illis nunquam defuisse candidatos, quod magistratum hunc plerique refugerent, gnari quanta foret apud optimates invidia. Hinc etiam vetus lex, cujus meminit Appianus lib. 1. Bellorum Civilium, qua populo libertas concedebatur, ex quocumque vellet ordine tribunos creandi, si comitiis deessent candidati.

<sup>z</sup> *In utro vellent ordine*] Senatorio scilicet vel equestri; fuerunt enim, qui in equestri consistere maluerunt, ut de Mæcenate constat; quod a Claudio postea immutatum est, ut infra videbitur c. 24.

<sup>a</sup> *Attrito bellis civilibus*] Ut jam quadringenta, quæ equitem habere oportuit, non superessent. Vide in Julio cap. 33. et 39.

<sup>b</sup> *Pœnæ theatrialis*] Addit Casaubonus *legis*, hoc modo, *metu pœnæ theatrialis legis*; aptiore quidem sensu,

sed auctore se solo. Lex Roscia, a P. Roscio Othone lata, ann. U. C. 682. 14. subselliorum gradus, de quibus in Jul. c. 39. assignavit, penamque contra facientibus, et sedendior-dinem turbantibus, irrogavit. Juvenal. Sat. XIV. 'Effice summam, Bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis.' Fuit et lex Julia theatralis.

<sup>c</sup> *Recensum vicatim egit*] Quo prorsus modo Julius, in Jul. c. 41.

<sup>d</sup> *Frumentationum*] Eæ sunt gratuita frumenti divisiones, a P. Clodio lege quondam instituta.

<sup>e</sup> *Tesseras*] Hic intelligit, ut patet, frumentarias, hoc est, signa, quibus exhibitis, frumentum accipiebat unusquisque, pro sua portione, et certo tempore. Juvenalis: 'Summula ne pereat, qua vilis tessera venit Frumenti.' De tesseris plura in Calig. c. 3.

dare destinavit; sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cujusque<sup>5</sup> mensis acciperet. Comitiorum quoque pristinum jus<sup>f</sup> reduxit; ac multiplici pœna cœrcito ambitu,<sup>g</sup> Fabianis<sup>6h</sup> et Scaptiensibus, tribulibus suis, die comitiorum, ne quid a quoquam candidato<sup>i</sup> desiderarent, singula millia nummum<sup>k</sup> a se<sup>7</sup> dividebat.<sup>l</sup> Magni præterea existimans,<sup>8</sup> sincerum atque ab omni colluvione<sup>m</sup>



5 Cod. unus Torr. *sui quisque mens.* et ita Edd. Ald. Arg. Gryph. Conjecit idem Torr. *nonis cujusque m.* Suasit Bremius legendum *suum c. m.* contra sententiam Wolf. et Baumg.—6 *Fabatinis* Periz. in marg. *Sabatinis* Ed. Lugd. *Sabotinis* Cort. et Edd. Rom. Tum *Scaptensibus* O. fere Mss. et Edd. Vett. pleræque. *Septensibus* Ed. Lugd. *Scapensibus* Bas. Colin. *Scapheusibus* Pin. *iscaptensibus* Ven. 1. in *Scaptensibus* Harlem. Periz. Dein rursus Mss. O. et Edd. pp. dant *tribubus*, sed *tribulibus* emendavit Beroald.—7 Unus cod. Torr. cum Viterb. Huls. Cop. Medic. 2. Polit. Vind. Ed. Bon. *asse dividebat.* cod. Ursin. *a se asse divid.* In Medic. 3. *osse*, suprascr. *a.*—8 *Æstimans* habet Ursini cod. Dein

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Comitiorum quoque pristinum jus*] Non quod stante Rep. obtinuerat, sed quod a Julio Cæsare institutum vidimus, in ejus vita c. 41. ut Torrentius ex Dionis lib. XLIII. ubi jus illud explicatur, annotavit. Quæ si Dionis non adsit auctoritas, tota hujus loci series, de plena comitiorum libertate, persuadere videatur.

<sup>g</sup> *Multiplici pœna cœrcito ambitu*] Fuit lex Julia de ambitu, quam Augusti fuisse vulgo existimant. Supra cap. 34. de ambitu in Jul. c. 9.

<sup>h</sup> *Fabianis*] De tribubus quid essent, in Julio c. 13. Cur autem duas tribus Suetonius Augusto assignaverit, non explicat. Naturalis, simul et adoptivi patris, retentas ab Augusto tribus existimant. Torrentius Fabiam Juliæ genti, Scaptiam Octaviæ tribuit. Prima editio pro *Scaptiensibus* legebat *sabotinis*; sed alteram lectionem confirmat ex veteri lapide Casanbonus.

C. JULIO C. F.  
FAB. SCAPT.  
CÆSARI  
AVGVSTO,

Sabatina quoque tribus ex Festo et lapidibus nota.

<sup>i</sup> *A quoquam candidato*] Cum enim tribulis quisque in sua tribu suffragium ferret, a candidatis tentabatur per divisores illos, de quibus supra in Julio cap. 19. et Aug. c. 3.

<sup>k</sup> *Singula millia nummum*] Hoc est 43. 15. singulis illorum tribuum civibus.

<sup>l</sup> *A se dividebat*] Casanbonus in Viterbiensi legit *asse*, quod et in uno Torrentius. Et ita edidit Beroaldus, nullo aut certe parum idoneo sensu. Frequens est hæc loquendi formula, præsertim apud Jureconsultos, ‘a se solvere, hoc est, suis nummis, ab hærede relinquere,’ et Ciceronem ipsum lib. VII. Epist. ad Attic. 15. ‘Q. frater laborat, ut sibi quod debet, ab Egnatio solvat: nec Egnatio voluntas deest, nec parum locuples est.’

<sup>m</sup> *Sincerum atque ab omni colluvione*] In Tornacensi libro Torrent. legit *sincerum ab omni*, &c. non minus, ut puto, bene. Dionysius lib. IV. mala inde orta enumerans, remedium hoc



peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum, et civitatem<sup>n</sup> Romanam<sup>9</sup> parcissime dedit, et<sup>10</sup> manumittendi modum<sup>o</sup> terminavit. Tiberio, pro cliente Græco petenti, rescripsit, ‘ Non aliter se daturum, quam si præsens sibi persuasisset quam justas petendi causas haberet.’ Et Liviæ, pro quodam tributario Gallo roganti, civitatem negavit, immunitatem obtulit, affirmans, ‘ Se facilius<sup>1</sup> passurum fisco detrabi<sup>2</sup> aliquid, quam civitatis Romanæ vulgari honorem.’ Servos, non contentus multis difficultatibus a libertate, et multo pluribus a libertate justa<sup>p</sup> removisse; cum et de numero, et de conditione ac differentia<sup>q</sup>



omittit atque Ms. Torr. et mox legebat Lips. aut servilis.—9 *Civitates Romanas* Memm. Medic. tres, unus Pulm. et O. Burm. cum Voss. Edd. Rom. sec. Ven. tr. Med. pr. Steph. quod Oud. suspicatur fuisse scriptum pro *civitatis Romanæ jus*. Nostrum tuentur Mss. Vind. Cort. et Ed. Rom. pr. Dein *potissime dedit* Vind. 1.—10 *Deest et Memm. manutenendi* Cort. Ed. Camp. Tum *Et Liviæ* desunt Vind. 1.—1 Hoc ordine edidit Oud. auctoritate Medic. tr. Polit. Vind. 2. Cuj. accedente Dun. et recepit Baumg. Ceteræ Edd. *facil. se.* —2 *Deberi* Harlem. Edd. Ven. tr. Med. unde conj. Burm. *deteri*. Mox a libert. exulant a Mediceis. Sed *et multo pl. a lib. desiderantur* in Vind. 1. Cort. et Edd. usque Steph. a *lib. et m. pl.* in Dun. non apparent. Vatic. præbet *et multis pl.* cum cod. Pulm. probante Torr. ac in Pal. 3. *diff. a servitute.*—

## NOTE

legis exoptat, quod Augustus adhibuit: pessimis enim plerumque modis libertatem consequerantur, ut latrocinii, veneficii, prostitutionibus, &c. Hinc Lucanus scripsit ‘ Romanam mundi fæce repletam:’ nec mirum, cum ex omni ferme genere et natione cives asciscerentur, ut exemplo Julii colligere est, supra in ejus vita cap. 72. et ex Livio lib. ix. decad. iv. constat Hispanos pariter et Græcos ab eo civitate donatos; quin et Claudius postea Sauromatas ipsos, et l. 17. ff. de statu hominum: ‘ in orbe Romano qui sunt, ex constitutione imperatoris Antonini cives Romani effecti sunt.’ Vide quoque Novellam LXXVIII. c. 5.

<sup>n</sup> *Civitatem*] Cujus adeptione a tributo pendendo liberabantur. In Jul. c. 8. et c. 24.

<sup>o</sup> *Manumittendi modum*] ‘ A primis enim ‘ urbis Romanæ cunabulis una atque simplex libertas competeat, id est, ea quam habebat manumissor; nisi quod scilicet libertinus sit qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit.’ Ut habetur Instit. tit. 5. <sup>p</sup> *Libertate justa*] ‘ Qui manumittebantur, modo majorem et justam libertatem consequerantur, et fiebant cives Romani: modo minorem,’ &c. ibid.

<sup>q</sup> *De numero, et de conditione ac differentia*] Lege Furia Caninia, quæ Augusti temporibus lata est, testamento manumitti non poterant nisi ex tribus servis duo, ex decem quinque, ex triginta decem, ex centum viginti quinque, ex quingentis et quocumque alio numero non plures quam centum, ut constat ex Ulpiano in

eorum, qui manumitterentur,<sup>3</sup> curiose cavisset; hoc quoque adjecit, ne vinctus unquam tortusve quis<sup>r</sup> ullo libertatis genere<sup>s</sup> civitatem adipisceretur. Etiam habitum<sup>4</sup> vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum<sup>5</sup> turba, indignabundus et clamitans, 'En,<sup>6</sup>

Romanos, rerum<sup>u</sup> dominos, gentemque togatam!

//////////

3 *Manu tenerentur* Periz. Harlem. Edd. Ven. tr. Med. Cald. Supra deest et Harlem. ante *de num.* Item *unquam* non legitur in Vind. 2. Dein *tortusve* Fouc.—4 *Et habit.* Ed. Camp. quæ caret *pro concione*, cum Cort. Dat *vestitumque* Periz. et inde conj. Burm. *vestitumque prist. usum.* Mox *at visa* Dun.—5 *Pullatorum* Medic. 2. marg. Pin. et nonnulli Casaub. Conjectabat Giphau. *palliatorum.*—6 'Ejeci cum Gron. Oud. Wolf. quod sequebatur in vulg. *ait*, conjunxique, quod novum ibi comma incipiebat, *neg. Æd. ded.* cum superiori *clamitans.*' Baumg. Deest quoque *ait* Medic. 1. 3. Cop. probante Burm.—

#### NOTE

fragmentis tit. 1. Caio 1. instit. tit. 2. et Paulo lib. iv. Sent. tit. ultimo. Servorum manumissorum conditio et differentia tripartita erat: eorum nempe qui majorem, seu plenum et justam libertatem consequentur, de quibus nota præcedenti; eorum qui minorem, et dicebantur Latini, quod instar colonorum Latinorum essent, qui liberi vitam agentes, ultimo vitæ spiritu animam simul et libertatem amittebant; et eorum denique qui dediticii omnium miserrimi, utpote qui tota vita servituti obnoxii, nonnisi ultimo vitæ spiritu libertatem adipiscebantur, ex lege Ælia Sentia, Sex. Ælio Catulo, et C. Sentio Saturnino Coss. auctore Augusto, lata.

<sup>r</sup> *Ne vinctus unq. tortusve quis, &c.]* De servis, tam vinctis, quam stigmatum notis deformibus, in Jul. c. 73. et infra in Calig. c. 27. Ulpianus in fragm. tit. 1. 'Dediticiorum numero sunt, qui pænæ causa vincti sunt a domino, quibus vestigia scripta fuerunt.'

<sup>s</sup> *Ullo libertatis genere]* Ideo præsertim dediticiorum pessima erat cou-

ditio; poterant enim Latini liberti, hoc est, minore libertate donati, majorem adipisci, vel beneficio principis, ut infra in Claud. cap. 19. vel militia, liberis, &c. quæ omnia non usu ac pedetentim oblitterata, Constitutione sua nominatim Justinianus abrogavit.

<sup>t</sup> *Pullatorum]* Pulla, hoc est, atra seu fusca veste indutorum, qui color penulæ, non togæ proprius, et præter habitus Romani dignitatem erat; hic enim toga fuit, eaque alba, sed nativa tantum lanæ albedine ad candidarum, quibus candidati utebantur, differentiam; his quippe creta, intendendæ albedinis causa, addebatur, cuius adhibendæ modum videsis apud Plinium l. xxxv. c. 17. Et certe candidum amplius quid est quam album; unde etiam Polybius *λάμπραν* dixit, non *λευκήν*: hic *splendidam*, non *albam*. Pullus color sordidatorum, hoc est, lugentium, vel reorum, ut infra in Vitell. cap. 8. et 15. et supra, ni fallor, haud semel notatum est; et infimæ plebis hominum, ut infra c. 44. notabitur.

<sup>u</sup> *Romanos rerum, &c.]* Versus est

negotium Ædilibus dedit, ne quem posthac<sup>7</sup> paterentur in Foro circave, nisi positis lacernis,<sup>v</sup> togatum consistere. [41.] Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. Nam et, invecta Urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam nummariæ rei effecit, ut, fœnore deminuto,<sup>8</sup> plurimum agrorum pretiis<sup>w</sup> accesserit; et postea, quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, usum ejus gratuitum iis, qui cavere in duplum possent, ad certum tempus indulisit.<sup>l</sup> Senatorum censum<sup>x</sup> ampliavit,

<sup>l</sup> Quoties pecunia abundaret, ex opibus damnatorum publicatis, concessit illam sine usura usque ad certum tempus iis, qui possent præstare cautiones in duplum summæ creditæ.

7 Post hac de cetero pat. Vind. 1. Cort. Periz. Harlem. Edd. Camp. Ven. tr. Med. Bon. Lugd. Junt. Ald. Arg. et al. Mox circave dedit Baumg. cum Oud. astipulante Wolf, et codd. Memm. Medic. 1. 3. Cop. Guelph. 1. et ita scribendum jussit Perizon. ad Sanctii Min. iv. 23. pro vulg. *Circave*. Ceterum positus lugenis Fouc.—8 In al. Edd. etiam Wolfii diminuto. Dein accessissent Vind. 1. Item his qui Medic. 2. Vind. uterque Cort. Periz. Voss. Edd. Rom.

## NOTE

Æneid. 1.

<sup>v</sup> *Lacernis*] Lacerna vestis militaris genus est, ut aperte testatur ficta illa apud Propertium Arethusa, lib. iv. Eleg. 3. 'Texitur hæc castris quarta lacerna tuis.' Et Lucretia apud Ovidium II. Fastorum 745. 'Mittenda est domino (nunc nunc properate, puellæ) Quam primum nostra facta lacerna manu.' Hujus, ut videtur, usus per bella civilia in urbem irrepserat, et ea maxime utebantur in itineribus et in theatro, frigoris aut pluvix metu. Martial. Epig. 2. lib. iv. 'Spectabat modo solus inter omnes Nigris munus Horatii lacernis.' Et Epigram. 8. lib. v. 'Phasis in teatro, Phasis purpureis ruber lacernis,' &c. Juven. Sat. v. 'Et multo stillaret pænula nimbo.' Pænulam enim eandem existimant cum lacerna, lacernam togæ superinduebant, unde illam togæ munitum appellat idem Juvenal. Sat.

ix. vs. 28. Quibus ex locis colligere est, hoc Augusti edictum diu non obtinuisse. Immo Torrentius non existimat prohibitas lacernas in alio loco, quam in Circo vel Foro, quo frequentius Romani conveniebant, secus necessitati eas servire permisisse, quod et de Hadriano Spartianus, et de Commodo Lampridius retulere.

<sup>w</sup> *Agrorum pretiis, &c.*] Auctor est Orosius, tantam fuisse pecuniarum copiam ex spoliis Alexandrinis, ut non possessionum modo, sed et aliarum rerum venalium pretia duplo majora facta sint. Pœnam dupli, de qua hic agitur, eleganter explicatur a Cujacio lib. v. Observ. c. 38.

<sup>x</sup> *Senatorum censum*] Dissentit super summa hic allata Dio lib. LIV. quem sequitur Lipsius Electorum lib. II. c. 17. Suetonium sequitur Budæus lib. 1. et II. de Asse, et Torrentius hic, ubi tamen hæret Casaubonus: constare videtur ex Juvenali

ac pro octingentorum millium <sup>y</sup> summa duodecies <sup>9</sup> sestertio taxavit, supplevitque non habentibus. Congiaria <sup>z</sup> populo frequenter dedit, sed diversæ fere summæ: modo quadringenos, <sup>10 a</sup> modo trecenos, nonnunquam ducenos quinquagenosque <sup>b</sup> nummos: ac ne minores quidem <sup>1</sup> pueros <sup>c</sup> præteriiit, quamvis non nisi ab undecimo ætatis anno accipere consuessent. <sup>2</sup> Frumentum quoque in annonæ difficultati-



Med. &c.—9 Maluit Lips. corrigendum *decies*. Cf. Dion. LIV. 17. Habent *sestertium* Medicei Periz. Voss. et Edd. quædam Vett. Cuncta hæc ac pro usque ad *taxavit* desunt Vind. 1.—10 *Quadringenos* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. tr. Bon. Lugd. Ald. et al. *quadringenos* Medic. 2. uterque Vind. Edd. Junt. Arg. *quadring.* probatum est ab optimis codd. Tum alii *tricenos*, sed correxere Torr. Ursin. et Lips. Idem Torr. ex Ferr. legit *duc. quinquagenos*, sine *que*. Deerant Huls. verba *nonn. duc. q.*—1 *Quippe* Vind. 1. Dein *non ab* Fouc. Cuj. Medic. 2. a m. pr. et Voss.—2 *Consuescerent* Vind. 1. Periz. Harlem. Ed. Cald. *consuesceret* Ven. 1. *consuesset* duæ rell. *consuescent* Lugd. et *frumento*

#### NOTÆ

Sat. XIII. 'Mensura tamen qua Sufficiat census, si quis me consulat, edam.' Et paulo post, 'Efficie summam, Bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis.' hoc est, quadringenta millia quæ censum equestrem definiunt, ut supra. In Jul. c. 39. notatum, ac deinde: 'Hoc quoque si rugam trahit, extenditque labelum, Sume duos equites, fac tertia quadringenta.' Quæ de censu Senatorio verosimillime intelligenda sunt.

<sup>y</sup> *Octingentorum millium*] Hoc est, 35000l. nostro ritu, ut ex Julii c. 4. et 26. duodecies autem hac proportionem 52500l.

<sup>z</sup> *Congiaria*] Quid ea forent, in Jul. c. 27.

<sup>a</sup> *Quadringenos* [*quadringenos*] Quadringenti nummi libram Romanam efficiebant, quæ sola 17l. 10s. nostratibus æquivaleret. Qua proportione summas reliquas hic enumeratas, colligere promptum est. Et ex c. 4. in Jul. In Lapide Ancyrano scribitur constanter 'quadringenos.'

<sup>b</sup> *Quinquagenosque*] Torrentius ex libro Ferrariensi legit sine conjunctione *que*, hoc modo, *ducenos quinquagenos*, ut sit sensus, congiarium omnium minimum fuisse 250. nummorum, hoc est, 8l. 15s. Casaubonus ex optimis codicibus retinuit, hoc sensu, ut nonnulla congiaria non nisi 50. nummorum fuerint, hoc est, 2l. 3s. 9d. cui sententiæ, præter codicum auctoritatem, magis astipulari videtur ipsa ratio: quæ enim copia infinita illi plebeculæ sufficiat, cum et pecunias toties viritim diviserit, et ipse Augustus argueretur ab amicis, quod heminaria, non congiaria largiretur? ut de Fabio Maximo narrat Quintil. lib. vi. Hemina quippe mensura erat, longe minor congio, qui mensuræ quoque nomen est, ut supra notatum, et infra cap. 77. ubi de sextario. De his largitionibus videsis lapidem Ancyranum.

<sup>c</sup> *Ne minores quidem pueros*] Idem Trajani factum laudibus extollit Plinius in Panegyrico.

bus sæpe levissimo, interdum nullo pretio, viritim admensus est, tesserasque nummarias<sup>d</sup> duplicavit. [42.] Sed ut salubrem magis quam ambitiosum Principem scires, querentem de inopia et caritate vini populum severissima coërcuit voce :<sup>3e</sup> ‘ Satis provisum a genero suo Agrippa,<sup>f</sup> perductis<sup>4</sup> pluribus aquis, ne homines sitirent.’ Eidem populo, promissum quidem congiarium reposcenti, ‘ Bonæ se fidei esse,’ respondit : non promissum autem flagitanti, turpitudinem et impudentiam edicto<sup>5</sup> exprobravit, affirmavitque, non daturum se, quamvis dare destinarat.<sup>6</sup> Nec minore gravitate<sup>7</sup> atque constantia, cum, proposito congiario, multos manumissos insertosque civium numero<sup>h</sup> comperisset,

Vind. 1.—3 In tribus Mss. Torr. aliquot Casaub. Periz. Harlem. et plurimis Edd. Vett. legitur *oratione*, in Vind. 1. *hortacione*, sed voce testantur Memm. Medicei, Pall. alique multi. Dein Boxh. e Vet. Ed. inserendum censuit *dicens* post *provisum*.—4 *Productis* Periz. Cort. Edd. Rom. Ven. Med. Cald. In iisdem et Vind. 1. *fidei se*. Non comparet τὸ *esse* in Medic. 1. probante Oud. Paulo ante *populo* ex glossemate irrepsisse credit Torr. sed vindicat Gron. Obs. 11. 24.—5 *Dicto* marg. Ant. Gryph.—6 *Destinaret* Medic. tres Vind. uterque Pin. Pal. 1. 2. Harlem. Cop. Periz. Edd. Ald. Steph. *destinaret ne min.* Cuj. Dun. *destinasset* Pal. 3. Reitz. *mallet destinavit*. In Exc. Voss. *nemine*.—7 *Gratuitate* Memm. Mox *incertosque* Harlem. Periz. Edd. Ven. 2. 3. Med. Cald. Dein *ceterisq. min.* desunt Vind. 2. in Cop. sine *que*. Pro

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Tesseræ nummariæ*] Accipiendæ pro frumento pecuniæ fuerunt, et oleariæ cœnariæ, quas qui reddebant, oleum, cœnam, &c. accipiebant : de tesseris jam aliqua cap. proxime præcedenti, et infra Calig. c. 3.

<sup>e</sup> *Severissima coërcuit voce*] Tres Torrentii libri habent *oratione*, et ita edidit Beroaldus, Sabellicus, et alii ; quod videtur melius, si præsertim ad Augusti consuetudinem respicias, non orationes modo, sed et libros totos in Senatu quandoque recitandi, ut patet ex cap. 89.

<sup>f</sup> *Genero suo Agrippa*] Qui ædilis aquas, Martiam, tantopere laudatam a Plinio lib. xxxi. cap. 3. et Virginem invexit in urbem, hanc novo

ductu, illam instaurato veteri, ut testatur Frontinus lib. 1. de aquæductibus, et idem Plinius ibidem, ac præterea lib. xxxvi. cap. 15. ‘ Agrippa vero in ædilitate sua, adjecta Virgine aqua, ceteris corrivatis atque emendatis, lacus septingentos fecit : præterea salientes centum quinque, castella centum triginta, etiam cultu magnifica operibus iis signa trecenta ærea aut marmorea imposuit, columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo spatio.’ De illis aquis Martialis lib. vi. epig. 42. ‘ Cruda Virgine Martiaque mergi.’

<sup>g</sup> *Edicto*] Publice proposito, ut in Julio c. 9. 11. &c.

<sup>h</sup> *Manumissos insertosque civium numero, &c.*] Ii erant, qui vel suis sibi

negavit accepturos, quibus promissum non esset: <sup>i</sup> ceterisque minus, quam promiserat, dedit, ut destinata summa sufficeret. Magna vero quondam <sup>8</sup> sterilitate, ac difficili remedio, cum venalicias <sup>k</sup> et lanistarum <sup>l</sup> familias, peregrinosque omnes, exceptis medicis et præceptoribus, partemque <sup>9</sup> servitiorum, Urbe expulisset; ut tandem annonæ convaluit, ‘impetum se cepisse,’ scribit, ‘frumentationes <sup>m</sup> publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultu-



suffic. in Vind. 1. *difficeret*.—8 *Quadam* Periz. Lys. Fouc. Dun. Pin. Edl. Camp. Med. Ven. tr. Bon. et O. fere præter Bas. et recent. *quidam* Harlem. —9 *Partimque* Medic. 1. 3. Cop. *partemque* Vind. 1. Tum *cepisse* in Ed. Torr.

#### NOTÆ

pecuniis libertatem redimebant, vel qui dominis suis grati sub ipsum congiarii tempus manumissi, et in tribus descripti fuerant; quod omnino necesse erat, ut principis liberalitate gaudere quis posset: nec enim quilibet manumissus is erat, qui congiarium posset accipere, antequam tribum emisset, hoc est, in tabulis quibus describebantur civium nomina, qui singulas tribus, de quibus in Jul. c. 8. et 13. componebant, referendum nomen suum curasset. Cui rei sæpe fraus facta est, etiam ante Augustum, dominis ea conditione servos manumittentibus, ut ii frumentum sive quid aliud acceptum ad se referrent. De quibus fraudibus Dionysius lib. iv. et Dio lib. xix. Hujusmodi igitur manumissos, et in tribum relatos, vocat ‘insertos civium numero.’

<sup>i</sup> *Promissum non esset*] Quasi dicat iis tantum promississe, qui tunc, cum promitteret, possent accipere, non vero iis qui ab eo promissionis tempore, spe fraudis faciendæ, manumissi fuerant.

<sup>k</sup> *Venalicias*] Servorum familiæ hic intelligendæ sunt, ut in Jul. c. 10. quanquam enim venalia multa sint, de servis tamen, præsertim noviciis,

dicitur ‘venalis;’ et veteratori opponunt Jureconsulti l. 37. et l. ultima ff. de *Ædilitio edicto*, et Quintilianus lib. viii. c. 2. Horatius Sat. i. 1. ‘ut si Reticulum panis venales inter onusto Forte vehas humero,’ &c. Hinc venaliciarii dicti sunt servi, non secus ac mangones, qui venalicias servorum familias habent. Quin et ipsi mangones ‘Venalicii’ quoque appellati inf. lib. de *Claris Rhet.* 1. Nonius Marcellus c. 2. ex Ciceronis Corneliæ oratione, &c. Sic autem appellantur, quod ‘mercis appellatione homines non contineri Mela ait: et ob eam rem mangones non mercatores, sed Venaliciarios vocari ait; et recte,’ ut tradidit Africanus l. 207. ff. de verborum significatione.

<sup>l</sup> *Lanistarum*] Qui illos ad ferrum et arenam instituebant, ut supra in Julio c. 10. notatum est. Vel potius hic intellige mangonum Venalicia, et Lanistarum familias.

<sup>m</sup> *Frumentationes*] Frumenti largitiones: ubi notat Torr. castrenses voces esse frumentari, frumentator, ut et frumentatio, qua Suetonius utitur, ad significandam annonæ distributionem.

ra agrorum cessaret: <sup>10</sup> <sup>n</sup> neque tamen perseverasse, <sup>1</sup> quia certum haberet, posse <sup>2</sup> per ambitionem quandoque restitui. <sup>3</sup> Atque ita posthac <sup>3</sup> rem temperavit, ut non minorem aratorum <sup>4</sup> ac negotiantium, quam populi, <sup>p</sup> rationem duceret. <sup>5</sup> <sup>q</sup> [43.] Spectaculorum et assiduitate, et varietate at-



—10 *Cesserat* Medic. tres Pin. Cort. Dun. Huls. Periz. Cop. et Edd. Vett. nec displicet Torr. *cessavit* Fouc. *cessavit* Harlem. *cessaverat* Bon. Paris. Sed *cessarat* Bas. et seqq.—1 *Perseverasset* Medic. 1. 3. Vind. 2. Cop. *perseverasse scribit, et quia* Exc. Cuj.—2 *Posse* omiserunt Junt. Ald. probante Baumg. Vind. 1. habet *post se* quod in textum recipit Wolf. *quoque rest.* Ed. Ven. 1.—3 Ita Ms. Ursin. Medic. 2. Fouc. Ed. Steph. et reddidit Wolf. e suis codd. suffragantibus Scriv. et Casaub. Burm. conj. *potius rem.* Alii habent *post hanc rem.* Deest *rem* Ald. et *temptavit* in Harlem. Edd. Ven. 2. 3. Med. Cald. Bon.—4 *Aratorum* Periz. Harlem. Ed. Ven. 1. *arantium* marg. Bas. et Ant. Gryph.—5 Hanc lectionem edidit primus Wolf. et firmant codd. Torr. et Ursin. Ed. Steph. et marg. Ant. Gryph. suffragantibus Oud. Ruhnck. et Baumg. Vulg. *deduceret*, quod defendit Gron. Obs. II. 10. *deducerent* Ed. Camp.—

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Cultura agrorum cessaret*] Uno in lib. Torrentius legit *cessarat*; nec displicet. Cum igitur qui colendos agros suscipiebant, ii plura suis laboribus, quam aliorum otio et desidia non comparari viderent, frumentationum fiducia, urbem et ipsi eo lubentius incolebant, quod ambitione contententium singulis diebus illæ crescerent. Causas videsis alias apud Plinium, lib. XVIII. cap. 3. in fine.

<sup>o</sup> *Aratorum*] Ii sunt, qui a publicanis agrorum culturam redimebant: cum enim illi vectigalia omnia P. R. conducebant, ea vel per familias suas exercebant, vel civibus aliis per partes elocabant: hinc aratores, coloni, agricolæ, qui agros; pastores seu pecuarii, qui pascua; portitores, qui portoria conducebant; decumani, (qui decimam partem fructuum redderent,) non quidem quod ararent ipsi, aut pascerent, &c. sed quod ea facienda curarent, quod hominum genus in Sicilia præsertim invaluit, ut colligere est ex Cicerone in Verrem. Hic enim propter illos contemptos et male habitos gravissime vituperatur. Ut

igitur ad hæc ut ante suscipienda invitarentur, promisit Augustus illorum se in frumentationibus rationem, non secus ac si adessent, habiturum.

<sup>p</sup> *Populi*] Hujus appellatione hic, ut et alibi, non semel intelligit otiosam illam plebeculam, quæ frumentationibus alebatur: cum enim Romani ceteras artes, excepta militia, servis tantum, non civibus dignas judicarent, ideo plerumque fiebat ut stipendiis peractis, egeni remanerent, magnum sæpe et parabile seditiosis adjumentum; quod ut caverent, leges Agrariæ, quibus ejusmodi multitudo ablegaretur procul ab urbe, primum inventæ sunt, ac deinde frumentationes, ut in urbe quiescerent. Quæ omnia non minus corruptit ambitio.

<sup>q</sup> *Duceret* [*Deduceret*] Torrentius legit in uno *duceret*, bene, si non obstat aliorum auctoritas: unde Casanbono assentiendum videtur, qui nove dictum existimat, quemadmodum supra in Julio 'decidentibus' pro cedentibus, et alibi compositum pro simplicibus, ut apud Columellam 'deputare

que<sup>6</sup> magnificentia, omnes antecessit. Fecisse ludos se, ait, suo nomine quater: <sup>7</sup> pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non sufficerent, ter et vicies.<sup>m</sup> Fecitque nonnumquam etiam<sup>8</sup> vicatim, ac pluribus scenis, per omnium linguarum histriones.<sup>5</sup> Munera<sup>9</sup> non in Foro modo, nec Amphitheatro,<sup>t</sup> sed in Circo et in Septis,<sup>u</sup> et aliquando nihil

<sup>m</sup> Dicit se edidisse ludos quater et vicies suo nomine: et loco aliorum magistratum qui aut abessent, aut solvendo non essent, ter et vicies.

//////////

6 *Et magn. Medic. tr. Periz. Harlem. Edd. Camp. Ven. tr. Bon. Med. Cald. et al. Copulam omisit Lugd. In Cuj. et magn. o. a. fcc. se lud. Item fec. se l. dant Fouc. Polit. Vind. uterque Voss. et placet Oud.—7 Lips. Elect. II. 27. addendum existimat et vicies, vel legendum quadragies, Casaub. etiam repetendum vicies ex sequenti statuit, probantib. Wolf. Scriv. Mox ter aut vic. Harlem. Edd. Ven. tr. Med. Cald.—8 Ita Medic. 2. 3. Vind. uterque Fouc. Cop. Hnl. Voss. Cuj. et vic. Polit. codd. Delent τὸ ἐτιμ Oud. Wolf. et Burm. In Memm. et Edd. aliquot scenis.—9 Hoc verbum ab emendatione Ern. insertum est, occupata tamen a Perizon. et comprobata Oud. et Wolf. qui tamen gravius ulcus hic sedere putat. Postea in *Amph. Medirei* Vind. Cort. Fouc. Dun. et Edd. ante Plant. ac restituere Burm. Oud. et Wolf. Baumg. secutus est Raphael. et Grav. Edd. Dein sed et in C. reposuit Oud. e Memm. Medic. 1. 2. Pin. et aliis. Idem codd. non habent copulam ante in septis. In uno Torr. et in C. in S. nihil unq. præter venationes edidit, ath. et ita habet Memm. sed in Circo et in S. edidit, et al. n. p. ven. ath. Edd. Junt. Arg. Paulo*

#### NOTÆ

vites<sup>7</sup> pro putare: nec enim hic sumum videtur, ut in arithmeticis supputationibus 'deducere.'

<sup>t</sup> Quater] Lipsius Elect. II. c. 17. vult hic addendum esse vicies, minorem existimans numerum illum, quam ut Augustum deceat, qui toties consul fuerit, ut supra c. 26. Casaubono suspectus est locus, sed librorum consensu firmatus. Certe studio brevitas videtur Suetonium semel tantum posuisse vicies, cum utrobique intelligendum esset. Nec enim inusitata ceteris hæc loquendi ratio, ut notavit ex Plinio lib. XVIII. cap. 7. Casaubonus, sed ita tamen, ut major numerus in priore commate positus, etiam sequenti serviat: 'in Transpadana Italia scio vicenas quinas libras farris modios pendere; circa

Clusium senas;' hoc est, vicenas senas. Ut ut est, certe parum convenit magnificentiæ, quam hic extollit Suetonius, si non nisi quater suo nomine ludos ediderit, quamvis ambitiosus videri nolisset, et alienæ prætextu gloriæ suam quæsisset, ut ait Torrentius hic. Victor enim etiam disertis verbis affirmat omni spectaculorum genere Augustum maxime delectatum.

<sup>5</sup> Histriones] Idem et pleraque, de quibus hic, Julius fecit. Vide in Jul. c. 39.

<sup>t</sup> Amphitheatro] Statilii Tauri, de quo c. 29. quod enim Julius extruxerat non nisi ligneum fuit, et temporarium, ut ex Dionis lib. XLIII. colligit Lipsius, in Amphitheatro cap. 5.

<sup>u</sup> Septis] Locus fuit in campo Mar-



præter venationem<sup>v</sup> edidit: <sup>10</sup> athletas quoque, exstructis in campo Martio sedilibus<sup>1</sup> ligneis: item navale prælium, circa Tiberim cavato solo, in quo nunc Cæsarum nemus est.<sup>w</sup> Quibus diebus custodes in Urbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. In Circo aurigas cursoresque et conlectores ferarum, et<sup>2</sup> nonnunquam ex nobilissima juventute, produxit. Sed et Trojæ<sup>x</sup> lusum<sup>3</sup> edidit frequentissime, majorum minorumve<sup>4</sup> puerorum dilectu;<sup>5</sup> prisci decorique moris existimans, claræ stirpis indolem sic notescere.<sup>6</sup> In hoc ludicro<sup>7</sup> C. Nonium Asprenatem, lapsu debilitatum, aureo<sup>8</sup> torque donavit; passusque est ipsum<sup>9</sup> posterosque Torquati ferre cognomen. Mox

//////////

ante modo abest Periz.—10 *Dedit Periz.* Harlem. Cort. et quidam codd. Regii, cum Edd. Camp. Med. Cald. Ven. tr. Bon. Lugd. Bas. post. et probat Ern. Tum quoque excidit ex Edd. Ven. Bon. Med. et O. ad Græv. et Pitisc. et rursus ex Græv. sec. In Polit. Cort. Edd. Rom. *athletasque.* Vind. 1. *addidit ath. quoq. Fouc. exstr. quoq.* Paulo supra mallet Wolf. scribendum *sed aliquando.* —1 *Sedibus* Cop.—2 Torr. censuit rejiciendum et ante *nonnunq.* Mox *producit* Vind. 1.—3 Ita Menm. Huls. Medic. tr. Voss. et Ed. R. Steph. Vulgo *ludum.* —4 Torr. maluit *frequentissimo*, et dein ex suo cod. legit *maj. minorumque*, et sic edidere Burm. Ond. et Wolf. *accedentibus* Medic. tr. Pin. Vind. 2. Fouc. Edd. Junt. Ald. Steph. *magnorum* Cort. Dnn. Harlem. Cop. Periz. et Vett. Edd. plures.—5 Al. *delectu.* Cop. *delecto.* Hanc vocem omiserunt Huls. Pin. Cuj. Harlem.—6 Probat Torr. e duob. codd. *enitescere.* Voss. habet *sic enim notesc.* Vind. 1. *sic ignotescere.* Burm. suadet *enotescere* vel *innotescere.* Insuper *maris* exaratur in Dun.—7 *Judicio* Harlem. *lubrico* Edd. Rom. *ludo* Medic. 3. Polit. in quibus *Crenonium.* Deest prænomen a Medic. ceteris, utroque Vind. Cop. Voss. Dnn. Fouc. (qui et *Norium*) et aliquibus Torrentii, sed unus Ms. dat *Sex.* pro *C.*—8 In Exc. Voss. exhibetur *aurea.*—9 *Deerat ipsum* Memm. Contra *Asprenatem* addunt Harlem. Periz. Ven. tr. Bon. Med. et

#### NOTÆ

tio, sic dictus quod a Servio Romano-  
rum rege sex tabulatis inclusus fue-  
rat, intra quæ populus ferret suffra-  
gia. Porticibus hunc Lepidus ad ha-  
benda comitia circumdederat, lapi-  
deis tabulis et picturis exornatum.  
Ovilia quoque propter similitudinem  
appellatus est: Juvenal. Sat. vi.  
'Antiquo quæ proxima surgat Ovili.'

<sup>v</sup> *Venationem*] De ea quid esset, in  
Jul. cap. 10. hujus cupidissimum fu-  
isse Augustum, tum ex supra dictis  
colligas, tum ex lapide Ancyrano, in  
quo confecta leguntur in ejusmodi

spectaculis bestiarum 3500. etsi ex  
Aurelio Victore non constat.

<sup>w</sup> *Nunc Cæsarum nemus est*] *Tò nunc*  
non ad Suetonii tantum, sed ad Au-  
gusti ipsius tempora referendum:  
hæc enim ipsa verba desumta sunt  
ex lapide Ancyrano, et c. 101. infra  
patet, sylvas in usum populi circum-  
jectas Mausoleo suo, quod inibi con-  
struxit, et Tacitus confirmat Annal.  
xii. Frontinus l. de Aquæductibus,  
de aqua Alsetina loquens.

<sup>x</sup> *Trojæ*] De his in Jul. cap. 39.

finem fecit talia edendi, Asinio Pollione<sup>7</sup> oratore graviter invidioseque in Curia questo Æsernini<sup>10</sup> nepotis sui casum, qui et ipse crus fregerat.<sup>1</sup> Ad scenicas quoque et gladiatorias operas etiam<sup>2</sup> Equitibus Romanis aliquando usus est;<sup>3</sup> verum prius, quam Senatusconsulto interdiceretur. Postea nihil sane, præterquam adolescentulum Lucium,<sup>4</sup><sup>2</sup> honeste natum, exhibuit; tantum ut ostenderet, quod erat bipedali minor, librarum septemdecim, ac vocis immensæ. Quodam autem muneris die Parthorum obsides, tunc primum missos, per mediam arenam<sup>5</sup> ad spectaculum induxit,

//////////

Vett. rell. ad Bas. usque. Dein *alia pro talia* Voss. Cuj.—10 *Asernini* Memm. Medic. tres Vind. 2. Ed. Camp. *Asserrini* Harlem. Periz. Edd. Ven. 2. 3. Junt. Lugd. Gryph. Bas. *Asserrini* Ven. 1. *Esserrini* Bon. Bas. post. Ald. Steph. Plant. aliæque. In Vind. 1. *Salamini*.—1 Ita rescripserit Ern. et Oud. fide Memm. Medic. 1. 3. Vind. 2. Cop. et quibusdam Casaub. pro vulg. *effregerat*.—2 *Et Eq.* Memm. Dun. Medic. 2. 3. Vind. uterque Cort. et Edd. Vett. Omittunt particulam Cop. Fouc. Harlem. et Medic. 1.—3 *Visus est* Harlem. Ed. Ven. 1. *est* exulat a Cop.—4 *Lytium* duo Torr. codd. alius *Licitum*, sed optimum *Litium* cum Medic. 1. 2. Harlem. Edd. Ven. 1. Med. Cald. unde Torr. scribendum censet *L. Itium*, cui astipulantur Broukhusius, Burm. Oud. et Wolf. *Licium* vel *Lycium* habent Memm. Fouc. Longol. Medic. 3. Pal. 1. 2. idque comprobant Casaub. et J. Crnceus. *Lutium* Vind. 2. Edd. Rom. Lugd. Junt. *Hirtium* Viterb. et *Hircum* est ascriptum oræ Pal. 1. Alio ord. *L. adol.* Guelph. 1.—5 *Vulgo per ar. med.* Mutavit ord. Oud. e codd. suis. In Fouc. Pin. *per m. a. ad spectandum*; et *duxit* Vind. 2. Dein *supra* alios legere notavit

#### NOTÆ

<sup>7</sup> *Asinio Pollione*] De hoc supra cap. 29. in Julio cap. 30. et 55. ut oratorem quoque laudat Horatius: ‘Insigne mœstis præsidium reis, Et consulenti Pollio curiæ.’ Et Claud. cap. 41. de Gallo ejus filio, hoc lib. inf. c. 66. Æserninus ille, de quo hic sermo est, Pollionis nepos fuit ex filia, quæ Cl. Marcello Æsernino, anno U. C. 733. consuli nupserat, ut oratoris quoque facundissimi meminit Seneca lib. 1v. Controvers. præfatione, et Tacit. Annal. 111.

<sup>2</sup> *Lucium*] Super hujus nomine variant codices, *Hirtium*, *Licitum*, *Litium* habentes: ex postremo facit Torrentius *L. Itium*. Itiorum enim familia Romana est, ut probat ex

nummo veteri, in quo videntur equites duo cum ascriptis *L. ITI*, et probat ex Horatio Ode 29. lib. 1. ad Itium: ‘Iti, beatis nunc Arabum invides Gazis,’ &c. Et epist. 11. lib. 1. ‘Fructibus Agrippæ Siculis quos colligis Iti.’ Sed utrobique vulgatæ editiones scribunt *Icci*, quam et codices quidam *Iti* habeant. Hunc igitur gracilitatis ipsa brevitate admirabilioris fuisse necessum est, cum, bipedalis licet, alterum tamen ferme tantum pendere debuerit, servata cum reliquis hominibus proportione; vulgaris quippe statura sex circiter pedum, pondus centum circiter librarum, si Plautum audias in Asiuraria Act. 11. Sc. 2. vs. 35. ‘Nu-

superque se subsellio <sup>a</sup> secundo collocavit. Solebat etiam citra <sup>6</sup> spectaculorum dies, si quando quid invisitatum <sup>7</sup> dignumque cognitu advectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare: <sup>b</sup> ut rhinocerotem <sup>8 c</sup> apud Septa, tigrim <sup>d</sup> in scena, anguem quinquaginta cubitorum <sup>e</sup> pro Comitio. Accidit votivis Circensibus, <sup>f</sup> ut correptus <sup>9</sup> valetu-



Erasmus.—6 *Ita sp. Cuj. circa sp. Fouc.*—7 *Ita ex Memm. rescripsit Græv. Ed. pr. quem secuti Burm. Oud. Wolf. Baumg. Vulgo inusitatum.*—8 *Rhinocerotem Vind. 1. Cort. renocer. Edd. Rom. Tum septa Vind. 2. tigrin Ed. Bon. tygrim Cort. et Edd. quædam, tygrum Ven.*—9 *Ut vot. Circ. corr. Vind.*

#### NOTÆ

duo vinctus centum pondo es.' Quibus tertium prodigium adde vocem illam immensam.

<sup>a</sup> *Subsellio*] Plures erant in orchestra subselliorum ordines. Primus qui podio proximus principum erat, ibique suum habebant cubiculum, ut in Ner. cap. 12. et in Jul. cap. 76. Secundus ordo graduum, hoc est subselliorum, si Casaubonum sequere, vacabat magistratibus, si Lipsium audias: suis his quoque locus erat ad podium, suggestu seu cubiculo, dumtaxat a principe distincti. Utut est, secundum illud subsellium, cum esset secundus quasi gradus, necessario supra primum erat, atque adeo Parthorum obsides supra Augustum collocati.

<sup>b</sup> *Publicare*] Publice proponere ut omnibus gratificaretur. Notanda porro videtur quam Schildius hic proponit Salmasiani codicis lectio, pro *inusitatum* scribentis *invisitatum*, hoc est, non visum sæpe, ut apud Ciceronem de Aruspicum responsis 57. 'Deorum ignes, solennes mensas, abditos ac penetrales focos, occulta et maribus non invisita solum, sed etiam inaudita sacra.' Et glossæ in Plant. Amphit. Act. 1. Sc. 1. 'soli invisita cubant.' Apuleius lib. v. Assin. 'quidam introcessit et cantavit invisus.' Hinc Philippus Pareus in

lexico Plantino verbum 'visitare,' crebro videre, explicat, et contrarium esse ait, invisitatus.

<sup>c</sup> *Rhinocerotem*] Plinius lib. VIII. c. 20. 'Iisdem ludis et rhinoceros unius in nare cornu, qualis sæpe visus: alter hic genitus hostis elephanto: cornu ad saxa limato præparat se pugnæ,' &c. Martial. spectacul. Ep. IX. de rhinocrote: 'O quam terribiles exarsit pronus in iras! Quantus erat cornu, cui pila taurus erat!' Et alibi. Pausanias existimat Æthiopicum taurum esse, ac super cornu, quod in nare prominet, alterum habere, sed exiguum. Plura Politianus Miscellan. c. 56.

<sup>d</sup> *Tigrin*] Plin. I. VIII. c. 18. 'Tigrin Hyrcani et Indi ferunt, animal velocitatis tremendæ et maxime cognitæ, dum capitur,' &c. et c. 17. 'Idem' Augustus nempe, 'Q. Tuberone Fab. Max. Coss. IV. nonas Maias, theatri Marcelli dedicatione, tigrin primum omnium Romæ ostendit in cavea mansuefactam. Divus vero Claudius simul quatuor.'

<sup>e</sup> *Anguem quinquaginta cubitorum*] Cubitus vulgaris sesquipes est; qua ratione, 4. cubiti vulgarem hominis staturam effecerint. Unde intellectu facile est, quanta fuerit hæc magnitudo.

<sup>f</sup> *Votivis Circensibus*] Illis, ut exis-

dine, lectica cubans,<sup>g</sup> tensas deduceret: rursus commissione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, evenit, ut, laxatis<sup>10</sup> sellæ curulis compagibus,<sup>h</sup> caderet supinus. Nepotum quoque suorum munere, cum consternatum ruinæ metu populum retinere et confirmare nullo modo posset, transiit e loco suo, atque in ea parte consedit, quæ suspecta maxime erat. [44.] Spectandi confusissimum<sup>i</sup> ac<sup>1</sup> solutissimum morem correxit ordinavitque, motus injuria Senatoris, quem Puteolis<sup>k</sup> per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto Patrum, ut, quoties quid spectaculi<sup>2</sup> usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo<sup>l</sup> vacaret Senatoribus; Romæ lega-

\*\*\*\*\*

2. Huls. Dant mox eodd. Polit. *tensas manus deduc.*—10 *Laxatis* Cort. Edd. Rom. Mavult Torr. *laxatis*. In Vind. 2. et Edd. Rom. Ven. Med. *currulis*.—1 *Atque sol.* Periz. Harlem. Edd. Vett. fere O. *solutiss.* Medic. 2. Dein *consensu* Voss.—2 Vulgo *spectandum*. Nostram lect. testantur Memm. Fouc. Dun. Medic. tres, uterque Vind. Cop. Pin. et eodd. Pulm. ac Torr. cum Edd. Junt. Arg. Steph. *quoties spectandi sine quid* Cort. Edd. Camp. Med.

#### NOTÆ

timant, de quibus c. 23.

<sup>g</sup> *Lectica cubans*] Nam absque valetudine fuisset, curru triumphali aurato vectus, non lectica cubans, sacra et pompam præcedens omnem duxisset. De tensis in Jul. c. 76. et reliqua pompa.

<sup>h</sup> *Laxatis sellæ curulis compagibus*] Hanc sic describit hoc loco Casaubonus. Sella curulis quatuor lignis, pluribusve constabat, in modum fere literæ S. productæ, et minus curvatæ ab utraque parte. Hæc funibus ita compacta erat, ut aperiri claudique posset. In aperta sedebant super linteis lorisque. Martial. Epig. 57. lib. 11. 'Recensque sella linteisque, lorisque,' &c. Hujusmodi sellarum fabrica hodieque in usu est. De Curuli sella jam c. 26.

<sup>i</sup> *Confusissimum*] Longe ante, P. Cornelio Scipione et T. Sempronio Longo Coss. qui fuit urbis annus circiter 536. 'Sextus Ælius Pætus, et

C. Cornelius Cethegus censores, gratiam ingentem apud Senatum pepererant, quod ludis Romanis, ædilibus curulibus imperarunt, ut loca Senatoria secernerent a populo: nam antea in promiscuo spectabant.' Livius lib. iv. decad. iv. quod postmodum lex Roscia confirmavit, de qua cap. 40. sed in theatris tantum: nam in Circo, et amphitheatris præsertim, quæ multo recentiora, promiscue et quovis loco libere spectabant, quamdiu libertas Romæ, ut inquit Lipsius lib. de Amphit. c. 13. et Plutarch. in Sylla.

<sup>k</sup> *Puteolis*] In Campania, hodie Puzzuolo.

<sup>l</sup> *Primus subselliorum ordo*] Hoc est, imus, ut ex supradictis cap. superiore et in Julio c. 39. patet. Hæc subsellia inter et podium spatii videntur aliquid fuisse amplioris, quam graduum esset inter se, tum quia principum et magistratum locus

tos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra<sup>m</sup> considerare,<sup>3</sup> cum, quosdam etiam libertini generis mitti, deprehendisset. Militem<sup>4</sup> secrevit a populo.<sup>n</sup> Maritis e plebe<sup>o</sup> proprios ordines assignavit: prætextatis cuneum suum,<sup>p</sup> et proximum pædagogis: sanxitque, ne quis pulla-



aliæque. *quid spectandi* Periz. Harlem. Edd. Ven. tr. Bon. Bas.—3 *Sedere* Cop. Huls. Medic. 1. 3. Vind. 2. *consistere* Cuj. *Supra Romæ* deest Cort. et distinctio post *Romæ* ponitur in Dun.—4 *Milites* Fouc. qui etiam cum Vind. 2. marg. *multis e plebe*. Pro *propriis* legere *propiores* Ern. in mentem venit.—

## NOTÆ

erat, tum quia suggestus ibi, et sellæ curules ponebantur, vel absentibus ipsis, honoris causa, quin et mortuis: quæ commode in gradibus poni potuisset, vix credibile fuerit. Vide c. 76. in Jul.

<sup>m</sup> *Orchestra*] In Julio c. 39. et 76.

<sup>n</sup> *Militem secrevit a populo*] Ut scilicet in diversis essent et altioribus cuneis: cum enim theatra, et amphitheatra maximæ altitudinis fuisse constet, ejus longe minimam partem capiebant Senatus, et equestria; ideo popularia iterum distinxit Augustus, peculiaremque in iis militibus et plebi locum assignavit.

<sup>o</sup> *Maritis e plebe*] Apud antiquissimos Romanos major honos, ut ait Gellius lib. II. c. 15. majori ætati habebatur, 'sed postquam soboles civitati necessaria visa est, et ad prolem populi frequentandam præmiis atque invitamentis usus fuit, tum antelati quibusdam in rebus, qui uxorem, quique liberos haberent,' &c. idem ibidem et jam supra in Jul. c. 20. et Aug. c. 34. et infra Galb. 19.

<sup>p</sup> *Prætextatis cuneum suum*] Lipsius lib. de Amphith. c. 13. juxta triplicem spectatorum ordinem, triplicem statuit in toto cavææ circuitu præcinctionem, quam recte intellexeris graduum divisiones, et intervalla quæ orchestram ab equestribus, equestria

a popularibus distinguerent: de quibus in Jul. c. 39. gradibus ipsis duplo circiter altioribus et latioribus. Athenienses dixere *διαζώματα*, Galli *retraittes*, *palliers*, ou *coridors*. Quod si cui ab ima v. g. orchestra iter esset ad summam, quia sedilium altitudo minus commoda futura erat, ideo gradus quosdam magis depressos addiderant: hi Scalaria Latinis dicuntur, nobis *des gradins*. Singulæ istæ scalares viæ, ab ima cavea ad summam, non extendebantur uno tenore, sed singulis eas præcinctionibus definitas fuisse, probat Lipsius ex Vitruvio et aliis; ut primæ præcinctionis, ejus nempe quæ orchestram ab equestribus dividebat, scala inciperet a medio directe spatio, quod inter duas prioris præcinctionis scalias interjaceret, sicque alternis ad summum usque. Jam vero spatium illud gradnum sive subselliorum, inter duas scalias comprehensum, propter aliquam cuneorum bellicorum similitudinem, proprie dicebatur cuneus: inde cunei certi certis assignati, hinc excuneandi verbum, hoc est ejiciendi, excludendi, et apud poëtas cuneorum frequens mentio. Virgilius II. Georgic. vs. 508. 'Hunc plusus hiantem Per cuneos geminatus enim plebisque patrumque Corripuit.' Et Æneid. v. 'Nuntius An-

torum<sup>5</sup> *media cavea*<sup>r</sup> sederet. Fœminis<sup>s</sup> ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit<sup>t</sup> solis.<sup>6</sup> Virginibus Vestalibus locum in theatro separatim, et contra Prætoris<sup>u</sup> tribunal dedit. Athletarum<sup>v</sup> vero spectaculo muliebri secus omnes<sup>7</sup> adeo summovit, ut Pontificalibus ludis pugi-



<sup>5</sup> *Bullatorum* Mss. Beroald. Torr. Vind. 2. Polit. Periz. Cort. Edd. Rom. Paulo ante Vind. 1. *saxit*, omisso *que*.—<sup>6</sup> Hanc interpunctionem recepit Baumg. prætextibus Casaub. Grut. Burm. Ern. Oud. Wolf. Vulg. *concessit. Solis virg.*—<sup>7</sup> Hæc est emendatio Gron. ad Liv. l. xxvi. 47. probata Græv. Oud. Wolf. Dedit Ern. et post eum Bip. *mul. secus omne*, sicut legitur in

#### NOTE

chisæ ad tumulum, cuneosque theatri, Incensas perfert naves Eumelus.' Et alibi Juvenal. Sat. vi. vs. 61. 'Cuneis an habent spectacula totis Quod securus ames,' &c. De prætextatis videsis c. 1. in Julio.

<sup>q</sup> *Pullatorum*] Hujus enim generis vestimenta popello duntaxat et imperitæ multitudini conveniebant Quintil. lib. vi. cap. 5. 'imperitis et sæpe pullatæ turbæ relinquunt.' Plinius lib. vii. Epistolarum: 'Illos quoque sordidos pullatosque reveremur,' &c. Calpurnius: 'Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste Inter fœmineas spectabat turba cathedras.' Jam supra cap. 40. pro *pullatorum* duo Torrentii libri *bullatorum*. De bulla in Jul. c. 81.

<sup>r</sup> *Media cavea*] Sed superiori duntaxat. Theatrum primo, deinde et amphitheatrum, cum invaluisse, Latinis dicta sunt quoque cavea, ab interiore sui parte et capaci quodam profundo, ut ait Lipsius in Amphit. Hoc sensu, ut ex supradictis colligere est, caveæ tres partes, a quo tempore discreti in spectando loci, Senatus sive orchestra, equestris, popularia. Verum caveam plebi speciatim tribuisse videtur Poëta v. Æneid. 'Hic totum caveæ consessum ingentis et

ora Prima patrum magnis Salius clamoribus implet.' Et revera Servius ad hunc locum ait, 'per caveam autem plebem significat; nam cavea consessus est populi.' Quæ videtur etiam esse Suetonii sententia; Augustus enim ad loca omnium minime commoda pullatos quasi ablegabat, ut efficacius habitum vestitumque pristinum restitueret. Vide cap. 40.

<sup>s</sup> *Fœminis*] Quibus licuit quidem olim, sed non sine permissu virorum adesse, ut constat exemplo Sempronii Sophi, quod Valerius Maxim. lib. vi. retulit; uxorem enim ille suam ignorante se spectare ausam repudiavit. Nec etiam in superiore hoc loco nisi separatas a plebe spectasse, Casaubonus existimat; quanquam certe contrarium evincere videntur relati versus e Calpurnio.

<sup>t</sup> *Concessit*] Casaubonus, ut suam illam opinionem adjuvet, scribit, *spectare concessit solis Virginibus Vestalibus*.

<sup>u</sup> *Contra Prætoris*] Hoc est ex adverso, sed ad podium in loco honoratissimo, ut patet.

<sup>v</sup> *Athletarum*] Hi cursu, lucta, pugilibus decertabant, more a Græcis deducto, in hoc tamen discrepante, quod Græci nudi, Romani pudenda

lum par postulatam distulerit in sequentis<sup>8</sup> diei matutinum tempus, edixeritque,<sup>w</sup> ‘Mulieres ante horam quintam<sup>x</sup> venire<sup>9</sup> in theatrum, non placere.’ [45.] Ipse Circenses ex amicorum fere libertorumque<sup>10</sup> cœnaculis<sup>y</sup> spectabat,<sup>z</sup> interdum e pulvinari,<sup>a</sup> et quidem cum conjuge ac liberis, se-



Memm. Lisl. Plurimi codd. et editi, inter quos Pal. tres Edd. Var. Pitisc. habent *muliebrem sexum omnem*. Alii, teste Turneb. Adv. xiv. 15. præferunt *muliebrem sexus omne*.—8 *In insequentis* Memm. Huls. Cuj. Medic. tr. Voss. et ita edidit Oud. et Wolf. Mox Medic. 1. *edixerit quoque*. Cuj. *edix. quo m.*—9 *Venirent* Memm. Medic. 2. Cuj. Voss. Edd. Raphel. et Casaub.—10 *Libero-*

#### NOTÆ

velati, hinc fœminis haud injuria prohibitum: in Claud. c. 34.

<sup>w</sup> *Edixeritque*] Edicto publice proposito significarit, de quo in Jul. c. 20. 49. et sæpe alias.

<sup>x</sup> *Ante horam quintam*] Hoc est circiter undecimam. Diem enim non nisi in duodecim horas integrum dividebant, ab ortu solis ad occasum.

<sup>y</sup> *Cœnaculis*] Nec enim in Circo, ut cap. præcedenti notatum est, separata fuerunt sedes Senatui, ante Claudium, ut patet ex c. 21. Claud. et equitibus ante Neronem, ut in ejus vita c. 11. nec ut verosimile est, ipsi Principi, nascente etiamnum imperio. Cœnaculum fuit superior domus universæ pars, sic dicta a quo tempore ibi cœnare cœperunt. Ad hanc scalis vel cochleis ascendebatur, atque ut plurimum tenues duntaxat ac egentes hæc loca habitanda conducebant. Unde Juvenal. Sat. x. ‘Rarus venit in cœnacula miles.’ Prædam nempe quærendo, ubi non nisi pauperes; et cœnaculariam exercere dicti sunt, qui cum totas domos conductas haberent, singula cœnacula inquilinis elocabant, quæstum inde quærentes. De quibus etiam infra c. 78.

<sup>z</sup> *Spectabat*] Merito Casanbonus hic addubitat, num e cœnaculis domorum Circo vicinarum Circenses

ludi commode spectari possent. Unde suspicatur illa cœnacula in ipso fuisse Circo, ad eum forte modum quo et cœnacula fuerunt, et officinæ super ea porticu, quam in exteriori Circo parte descripsit Halicarnasseus lib. III. sub finem; quæ idem Casanbonus existimat per censores iis elocata, qui cœnaculariam faciebant, a quibus postea inquilini conducebant: quoposito, cœnacula, quorum hic fit mentio, intelligenda sunt conducta fuisse ab amicis Angusti et libertis, ad spectandi facilitatem; quæ tamen haud scio an fuerit mens Halicarnassei; videtur enim cellas seu ipsa cœnacula, non minus ac officinas, ascendentium et descendentium usui commodiori assignasse, ne tot inter hominum millia confusio quædam oriretur.

<sup>a</sup> *Pulvinari*] De pulvinaribus supra in Jul. cap. 76. Hic pulvinar intelligitur locus ille Circo, ubi simulachra Deorum, postquam pompa magna circa metas gestata fuerant, collocabantur; quem locum in prima spectaculorum fronte fuisse, Augustus ipsemet innuit, infra in Claud. cap. 4. Hinc igitur quandoque spectabat, ut majestati suæ consuleret; sin minus, ad declinandam affectatæ divinitatis invidiam, in amicorum cœnaculis.

dens.<sup>b</sup> Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aberat,<sup>1 c</sup> petita venia,<sup>d</sup> commendatisque, qui suam vicem<sup>2</sup> præsidendo<sup>e</sup> fungerentur. Verum quoties adesset, nihil<sup>3</sup> præterea agebat: seu vitandi rumoris causa, quo patrem Cæsarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum epistolis libellisque legendis ac rescribendis vacaret; seu studio spectandi<sup>4 f</sup> ac voluptate, qua teneri se neque dissimulavit unquam, et sæpe ingenue professus est. Itaque corollaria<sup>g</sup> et præmia alienis quoque muneri-



rumque Fouc. Dein ex publ. Memm. qui et *spectacula*. Deest cum Cuj.—1 In Mss. O. *aderat* præter cod. Nonnii, et Cort. in quibus *aberat*, quod reposnere VV. DD. magno consensu. Hanc lect. quoque comprobant marg. Gryph. et Edd. Bas. posteriores, et Frellonii, 1549. Item *per plurimos et per totos dies* marg. Bas. Ant. Gryph. Præterea multæ Edd. non distinguunt post *sedens*, sed continent periodum usque ad *fungerentur*.—2 *Sua vice* duo Torr. Cop. Huls. Medic. 1. Vind. 2. et *fungeretur* Dun.—3 *Abest nihil* ab Memm. Dein *aut rescrib.* Medic. 1. 3. Vind. uterque Cop. Cuj. Huls.—4 *Expectandi* Memm. Mox idem *pr. in alienis*, cum Medic. trib. Vind. utroque Cort. Voss. Dun. Edd. Rom. Bon. Beroald. Steph. Ern. et marg. Gryph. et ita dedere Oud. Wolf. Supra *se post teneri* non est in Vind. 1. *se teneri* Ed. Camp. itaque et

#### NOTE

<sup>b</sup> *Sedens*] De industria videtur observatum, ad Neronis differentiam, qui ibidem accubans, quasi et ipse Deus, sed vivus inter simlachra mortua, spectabat. In Nerone cap. 12.

<sup>c</sup> *Aberat* [*aderat*] Sic membranæ omnes, quibus licet reclamantibus, Casaubonus scribere non dubitavit *aberat*: quod nemini licet animadvertum, exigere videtur hujus loci tota series, et certe eodem modo loquitur adhuc infra Calig. cap. 18. ne quis 'præsidere' hic explicet de jure dicundo.

<sup>d</sup> *Petita venia*] Non inscius quam parum id vulgo probaretur: et declarant manifeste satis rumores in Tiberium jactati, quod Drusum filium sibi in præsidendo substituisset, apud Tacit. Annal. lib. 1. cap. 76. et Julianus ipse minus iratum se fuisse indicat, quod solidos dies spectando non

transigeret.

<sup>e</sup> *Suam vicem præsidendo, &c.*] Torrent. in duobus codicibus legit *sua vice*: neque tamen mutandum ideo credidit, servata voce *aderat*: intelligendus est Augustus privati instar adesse voluisse, et ab onere præsidendi liber otiose spectare. Sin minus, aperta est sententia in Calig. c. 18.

<sup>f</sup> *Studio spectandi*] Affirmat expresse Aurelius Victor in Augusto, naturali in eam voluptatem propensione factum. Tacitus vero Annal. 1. lib. c. 54. studio civilitatis attribuit, 'neque ipse (Augustus) abhorrebat talibus studiis, et civile rebatur misceri voluptatibus vulgi.'

<sup>g</sup> *Corollaria*] Corollarium illud est, quod præter debitum præmium, instar auctarii ejusdem, addebatur; a corollis dictum, quæ Scenicis actoribus, cum placuerant, dari solitæ:



bus ac ludis et crebra et grandia de suo offerebat : nullique Græco certamini<sup>h</sup> interfuit, quo non pro merito certantium quemque honorarit.<sup>5</sup> Spectavit autem studiosissime pugiles, et maxime Latinos: non legitimos<sup>i</sup> atque ordinarios modo, quos etiam committere<sup>k</sup> cum<sup>6</sup> Græcis solebat; sed et catervarios<sup>l</sup> oppidanos, inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. Universum denique genus operas aliquas publico spectaculo præbentium etiam cura sua dignatus est. Athletis et conservavit privilegia,<sup>m</sup> et ampliavit. Gladiatores<sup>n</sup> sine missione<sup>7</sup> edī prohibuit.

*coroll. Huls.—5 Quemque cert. honoraverit* Harlem. Periz. Cuj. Edd. O. fere Vett. Hunc ordinem servant quoque Memm. Medic. duo Vind. Dun. sed mutavit Bas. pr. et seqq. *merito quandoque cert. Cop. honorarit* tuentur Memm. et O. antiquæ notæ codd. In Ed. Bremiana *honoravit*.—6 *Cum* omisit Vind. 1. et postea *pugnantis* notavit Polit.—7 *Intermissione* Fouc.—8 *Cœrcionem* vel

## NOTE

de quibus Plinius lib. XXI. c. 2.

<sup>h</sup> *Græco certamini*] Vel more Græcorum in urbe edito, vel in ipsa Græcia dum illam peragraret, ut et alias imperii provincias ferme omnes, ut paulo infra cap. 47. affirmat.

<sup>i</sup> *Legitimos*] Vel eos, qui ex arte certabant, quasi legibus artis institutos, vel quorum nomina, ut ait Be-roaldus, erant in ordine et quasi albo pugilum descripta.

<sup>k</sup> *Committere*] Illud est, athletas duos pluresve in certamen adducere. Virgil. v. Æneid. eodem quo hic sensu, ‘ Et tuba commissos medio canit aggere ludos.’ Sed et Poëtas et Oratores, ut infra c. 89. et Cal. c. 53. ac Claud. c. 21. et Vegetius lib. II. cap. 7. dixit, ‘ Tubicines cornicinesque et buccinatores committere prælium.’

<sup>l</sup> *Catervarios*] Catervatim conglomeratos, nullo in conflictu ordine, nulla servata formula.

<sup>m</sup> *Athletis et conservavit privilegia*] Quænam illa fuerint privilegia, et qua conditione concessa, exponit lex unica Cod. de Athletis: ‘ Athletis ita

demum, si per omnem ætatem certasse, coronis quoque non minus tribus certaminis sacri (in quibus vel semel Romæ sen antiquæ Græciæ) merito coronati, non æmulis corruptis, probentur, civilium munerum tribui solet vacatio.’ Unde patet illos infames non fuisse, nec artem ludicram exercuisse, ut habetur etiam ex lege 4. ff. de his qui notantur infamia. Quanquam Theophilus contra sensisse videatur, quod non est hujus loci disputare.

<sup>n</sup> *Gladiatores*] Quid apud Græcos pugiles, iidem apud Romanos gladiatores erant, ut notat Casanbonus. Differentiam hanc Donatus addit, quod gladiatores pretio conducti pungentibus et incidentibus armis ad necem usque dimicarent, athletæ vero seu pugiles minime, sed virtutis gratia hoc faciebant, ut ait eadem lex 4. ff. de his qui not. inf. Idcirco xysticorum, qui athletæ erant, ‘ certationes’ dicit, gladiatorum vero ‘ pugnas.’

<sup>o</sup> *Sine missione*] Si quis gladiator

Coërcitionem<sup>8</sup> in histriones,<sup>p</sup> magistratibus in omni tempore et loco lege vetere permissam, ademit, præterquam ludis et scena.<sup>9q</sup> Nec tamen eo minus aut xysticorum<sup>r</sup> certationes, aut gladiatorum pugnas, severissime semper



coërcitionem Memm. Medic. 1. Vind. 1. Harlem. Periz. Cuj. Edd. Rom. et O. Vett. usque ad Bas. et Steph. Tum *histrionibus* Huls. et vox *in exulat* a Mediceis Memm. Cuj. Vind. 1. Edd. Med. Cald. Præterea *longo pro loco* Periz. Cop. Medic. tr. Vind. 2. Cort. Dun. et Edd. Vett. plurimæ, etiam Seb. Gryph. et Ald.—9 Ita emendandum censuit Lips. ad Tac. Ann. 1. 77. favente unico cod. Ursini, assentientibus Torr. Casaub. Grut. Ern. et plerisque. Casaub. suavit etiam *præter ludos et sc.* Burm. *præterquam per ludos et sc.* Gron. *præter quæ in ludos et sc.* Ond. *præterquam in ludos et sc.* ut est in Vind. 1. et in uno libro reperisse se, affirmaverat jam Torr. Vulgo *præterquam ludos et sc.*—

#### NOTÆ

victus, ac vitam suppliciter petens, hanc vel a populo, vel ab editore, e quorum nutu tota pendebat ejus vita, impetraret, hoc modo impetrata venia, missio dicebatur: igitur sine missione pugnare, ad necem pugnare est, nisi vincas; mittuntur enim tantum victi et læsi, ac in eum solummodo diem. Unde patet multum esse discriminis missionem inter et rudem, hæc quippe et in perpetuum conceditur, et potius ad victores pertinet, qui posthac rudiarii appellabantur, ut in Tib. cap. 7. &c.

<sup>p</sup> Coërcitionem in histriones] Hoc est jus virgarum, quod prætorum erat ante, et ædilium, utpote magistratum ad quos imprimis ludorum cura pertinebat. Idem postea statutum est, imperante Tiberio, mota super eadem re controversia, quia, inquit Tacit. Annal. 1. c. 77. 'Augustus immunes verberum Histriones quondam responderat,' &c. Histrionum autem generale nomen est omnium Scenicorum, ut ludionum, qui et Ludii dicebantur, eorum qui mimi, pantomimi, archimimi, ethologi, &c.

<sup>q</sup> Ludis et scena [ludis et scenam] Torrentius legit in uno libro in ludos,

melius certe: 'præterquam' enim adverbium est, non præpositio. Sed omnium optime *ludis et scena*, quod longe clarius est, et præfertur etiam a Casaubono, quia a doctis viris repertum ait in Mss. Idem Lipsius conjecerat ad supradictum Taciti locum, et revera Gruterus in Ursini codice extare testatur. Vox *ludis* refertur ad vocem *tempore*, scilicet ludionum, ut *scena* ad verbum *loco*, ut ubi peccarant, ibi punirentur, quemadmodum ait ibid. Lipsius. Vide et l. III. Cod. de spectaculis.

<sup>r</sup> Xysticorum] Philander annotationibus in Vitruvium ait: 'Xystos Latini vocant porticus tectas, ubi athletæ per hyemem exercebantur: xysta autem subdiales ambulationes, ubi sudo celo suas exercebant palæstras.' Unde patet vocem xystus in masculino, et xystum in neutro genere, diversa significare: quanquam Græcis secus sit. Plinio lib. v. Epist. 6. idem est 'xystus,' quod nobis *parterre*: ait enim 'ante porticum xystus concisus in plurimas species distinctusque buxo,' &c. Videsis Vitruvium lib. v. c. 11. et lib. vi. c. 10.

exegit.<sup>s</sup> Nam<sup>10</sup> histrionum licentiam adeo compescuit, ut Stephanionem togatarium,<sup>11</sup> cui in puerilem habitum circumtonsam matronam<sup>12</sup> ministrasse compererat, per trina theatra<sup>v</sup> virgis cæsum relegaverit; <sup>2</sup> Hylan<sup>3</sup> pantomimum,<sup>w</sup>



10 Manus docta in ora Ed. Plant. scripsit *Iam*. Tum *egit* Cort. Ed. Camp. —1 Egnat. volebat *togatarum*, scilicet *histrionem*, et edidit Ald. ac Steph. probante quoque Torr. Pro cui habent *cum* Harlem. Periz. Edd. Ven. tr. Med. Cald. Lugd. Junt. Arg. Bas. Colin. et al. quod recepit Petr. Avellanus, Loc. Rest. c. 3. qui etiam vellet *monstrasse*.—2 *Religaverit* Cort. Camp.—3 *Ylan* Memm. Medicei, Dun. Voss. Al. *Hylan* vel *Ytan*, ut in Vind. 1. *Bathylum* hic esse rescribendum, ut apud Macrob. Sat. II. 7. contendit Nic.

## NOTE

<sup>s</sup> *Exegit*] Hoc est, voluit exactissime servatis disciplinæ gladiatoriae legibus pugnarent. Quo sensu verbum hoc apud Ciceronem lib. VIII. Famil. Epist. 6. ‘si ad illam summam veritatem jus exegeris.’

<sup>1</sup> *Togatarium*] Alii legunt *togatarum*, frustra; est enim togatarius hic togatarum actor, ut et apud Ciceronem lib. de claris orator. 242. ‘secundarius’ dicitur actor secundarum. Q. Arius ‘qui fuit M. Crassi quasi secundarius.’ Vide cap. 57. Calig. et Plinium l. VII. c. 48. Hujus quoque Stephanionis meminit, ‘qui primus togatas saltare instituit.’ Togatae autem sunt fabulae ad Romanorum ritus conscriptae, vel actae, ut palliatae, quae ad Graecorum: toga quippe Romanorum erat, pallium Graecorum, ut in Jul. cap. 48. notatum est. Juvenal. Sat. I. ‘Impune ergo mihi recitaverit ille togatas, Hic elegos,’ &c. Ubi Scholiastes, ‘tria sunt genera comædiarum. Togata, ex factis vilium personarum, Prætextata ex factis nobilium personarum, Palliata ex factis quidem nobilium personarum, sed Graecarum. Palliata ad Graecos pertinet, alia duo genera ad Latinos pertinent: Romani enim togis et prætextis utuntur.’ Horatius de Arte Poët. vs. 288. ‘Vel qui prætextas,

vel qui docere togatas,’ de poetis Latinis loquens. De his plura Dio-medes lib. III. Grammat.

<sup>12</sup> *Circumtonsam matronam*] Pueri delicati, ephebi, quin et ipsi viri circumtonderi solebant, ex antiquorum more Graecorum, apud quos id quoque in deliciis cultus habitum est. Hinc circumtonsi mangonum pueri majore erant in pretio. Varro in fragmento: ‘alii sunt circumtonsi torti atque unctuli, ut mangonis videntur esse servi.’ Et oratio circumtonsa dicitur Senecæ Epist. 115. ‘Oratio vultus animi est: si circumtonsa, et fucata, et manu facta, ostendit illum quoque non esse sincerum.’ Tonsuram hanc in alveoli, sed inversi, formam fieri consuevisse, Salmasius ait, crinesque in eo genere æqualiter descendentes in orbem isse. Hujusmodi circumtonsiōnem Francis nostris omnibus, præterquam regiae stirpis hominibus, qui vulgo intonsi erant, in more positam probat ex Agathiae lib. I. Casanbonus, qui hoc loco multa super hac re eruditissime collegit ex variis auctoribus, Hesychio in voce *σκαφίον*, Plutarcho libello de mulierum virtutibus, Mose, Levitic. c. 19. et interpret.

<sup>v</sup> *Trina theatra*] Ea fuerunt Pompeii, Balbi, et Marcelli, de quibus

querente Prætorē, in atrio<sup>x</sup> domus suæ, nemine excluso, flagellis verberarit: 4 et Pyladen<sup>y</sup> Urbe atque Italia summo-  
moverit, quod spectatorem, a quo exsibilabatur,<sup>z</sup> demon-  
strasset digito,<sup>a</sup> conspicuumque fecisset. [46.] Ad hunc  
modum Urbe urbanisque rebus administratis,† Italiam<sup>b</sup>



Locus. Epiph. iv. 9. Mox *querente* nonnulli Casaub. codd. Edd. Ven. tr. Bou. Lugd. Arg. Paris.—4 *Verberavit* Periz. Harlem. Edd. Ven. Lugd. Junt. cum Vind. utroque. *verberaverit* Rom. Bon. et mult. al. inter quas Pitisc. Schild.—5 *Philadem* Vind. 2. Camp. Dein *exspect.* Memm. et *exhilarabatur* Vind. 1.

### NOTÆ

supra cap. 31. et 29. Ovid. iii. De Arte Amandi: 'Visite conspicuis terna theatra locis.' Histrones hoc modo puniri per theatra, prisce quoque, tum apud Latinos tum apud Græcos, moris fuisse, notat Casaubonus ex Philone et Luciano. Illud est quod *θεατρῖζειν* et *παρὰδειγματίζειν* dixere.

<sup>w</sup> *Pantomimum*] De mimis in Julio cap. 39. horum species isti sunt, qui quorumvis actiones imitarentur: et infra non semel.

<sup>x</sup> *Atrio*] Quid hoc sit jam dictum est. Huc cum Hyla iste sibi conscius, tanquam in asylum, confugisset, motus tamen querela prætoris, Augustus cædi iussit.

<sup>y</sup> *Pyladen*] Seneca præfatione in. iii. Declamat. lib. 'Pylades in comœdia, Bathyllus in tragœdia multum a se aberant,' &c. Seneca Philosophus lib. Naturalium Quæstion. vii. cap. 32. 'At quanta cura laboratur, ne cuius pantomimi nomen intercitat! stat per successores Pyladis et Bathylli domus,' &c. re vera Hylas præceptorem in Histronica habuerat Pyladem, ut ex Macrobio lib. ii. c. 7. constat.

<sup>z</sup> *Exsibilabatur*] Quemadmodum spectatores bonis et iis qui sibi placebant actoribus applaudebant, ita et malos, vel sibi minus gratos, sibilis

explodebant. Cicero num. 30. pro Q. Roscio Comædo, 'Quod item nuper in Eröte comædo usuvenit, qui posteaquam e scena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur, &c.' et Paradoxorum iii. in fine: 'Histrio si paulum se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatius est una syllaba brevior aut longior, exsibilatur et exploditur.'

<sup>a</sup> *Digito*] Manu forsitan in obscœnum formata modum, quæ sannæ seu derisionis species clarior adhuc infra Calig. c. 56. indicatur: hoc fit cum gestu aliquo mimico inscius aliquis irridetur. Tria ejus genera. Primum est, manu pinsentem exprimere ciconiam: secundum, objecto temporibus pollice, et manu mota, aures asininas effingere: et tertium, linguam sitientis instar canis exere: quæ omnia expressit Persius Sat. i. vs. 59. 'O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinsit, Nec manus auriculas imitata est mobilis altas, Nec linguæ, quantum sitiatis canis Appula, tantum.' Et de lingua exerta Gellius lib. ix. cap. 13. et D. Hieronymus Epist. ad Rusticum monachum.

† A. U. C. 726.

<sup>b</sup> *Italiam*] Hujus triplex status considerari potest, ab urbe condita ad Augustum. Prima a Romulo ad primum bellum Punicum, tum cum tota

duodetriginta coloniarum numero, deductarum ab se, frequentavit,<sup>6 c</sup> operibusque<sup>7</sup> ac vectigalibus<sup>d</sup> publicis plurifariam instruxit: etiam jure ac dignatione Urbi quodammo-<sup>8 e</sup> pro parte aliqua adæquavit, excogitato genere suffra-

a m. pr. cum Cop. *exclamabatur* Huls.—6 *Deduc. refrequentavit* Medic. 1. 3. Vind. uterque et O. scripti Burm. etiam Edd. Ven. Med. Cald. unde Edd. Lugd. Junt. Arg. Ald. junxerunt *abs se refrequent.* Deest ab Cuj. et quædam Edd. ut Bas. distinguunt post *deduc.* Ond. vellet delendas voces *ab se,* (pro quibus Medic. 2. Voss. *ad se,*) seu legendum *colon. IIXXX. num. deduct. cura frequent.*—7 *Operibus sine que Cop. Camp.* Tum a *vect. publ. vel a publ. vect.* Medic. 3. Polit. et *vectig.* Vind. 2.—8 Lips. El. 11. 17. *quodammodo* ut glossematum ejecit, sed defendit Ond. Putat Grut. verba *pro p. al.* potius rese-

## NOTÆ

quæ dicebatur Italia, variis bellorum afflictæ contentionibus, denique in ditionem Pop. Rom. pervenit, quo tempore nonnisi suo singulæ civitates jure potitæ sunt. Secunda ad Marsicum usque seu sociale bellum, de quo supra cap. 23. quo tempore Itali a Romanis loco sociorum habiti, mirum in modum suas opes auxere, tuncque maxime stabilitum videtur jus, quod dicebatur Italiæ in Jul. cap. 8. Tertia ad Augustum, quo demum temporis intervallo, legibus Julia, et Pompeia, Sexti Julii Cæsaris, et Cn. Pompeii Strabonis, jura civitatis Romanæ Italis late omnibus data sunt, ann. U. C. circiter 665. multis, ut patet, ante Augusti dominationem annis. Quapropter quod de novo jure suffragiorum hic dicitur, intelligendum non est quasi concessum Italis ab Augusto fuerit jus civitatis, quod præcipue suffragiorum est; sed inventus modus quo jure hoc suo fruerebantur; cum enim, ob nimiam ab urbe distantiam, itineris molestias aliæque id genus, nulli propemodum nusui foret civitatibus Italis tanta hæc prærogativa, passus est, ut Romam illorum magistratus sua suffragia mitterent.

<sup>c</sup> *Frequentavit*] Hoc est habitandam et colendam curavit, utpote

*Delph. et Var. Clas.*

*Sueton.*

quam exhausserant tot bella civilia. Quæ autem illæ coloniæ fuerint, non repertum sibi dicit Casaubonus: ple-rasque Sigonius ex Frontino et aliis diligenter collegit lib. III. de antiquo jure Italiæ c. 4.

<sup>d</sup> *Vectigalibus*] Vectigalia dicuntur quoque fructus, vel quivis proventus quos etiam privati ex snorum agrorum locatione percipiunt. Cicero Parad. 6. 'ex tenui meo vectigali, detractis sumtibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit.' Et paulo ante, 'non intelligunt homines quam magnum vectigal sit parcimonia.' Civitatibus quoque et collegis, ut hodieque fit, sui erant redditus, sua vectigalia, ut de Arpinatibus auctor est Cicero lib. XIII. Epist. 12. ad Brutum, 'quorum quidem omnia comoda, omnesque facultates, quibus et sacra conficere, et sarta tecta ædium sacrarum locorumque communium tueri possint, consistunt in his vectigalibus, quæ habent in provincia Gallia.'

<sup>e</sup> *Quodammodo*] Vocem hanc respuit Lipsius Elect. II. lib. cap. 17. tanquam glossam. Ceteri Mss. auctoritate servaverunt, quanquam superfluere fateantur. 'Dignatione' hic intellige pro 'honore:' in Jul. c. 4.

T

giorum, quæ de magistratibus urbicis Decuriones <sup>f</sup> colonici <sup>9</sup> in sua quisque colonia ferrent, et sub diem <sup>10</sup> comitiorum obsignata <sup>1</sup> Romam mitterent. Ac necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis <sup>2</sup> soboles, equestrem militiam petentes <sup>3</sup> etiam ex commendatione publica cujusque <sup>3</sup> oppidi ordinabat; at iis, qui e plebe regiones sibi revisenti filios filiasve approbarent, singula nummorum millia pro singulis <sup>4</sup> dividebat. [47.] Provincias validiores, et quas annuis magistratum imperiis regi, nec facile nec tutum erat, ipse suscepit: <sup>i</sup> ceteras Proconsulibus <sup>k</sup> sortito permi-



canda. Müll. autem conj. emendandum *quanquam modo p. p. al.*—9 *Burm. Decur. colon.* transpositum, et post *ferrent et ponendum* censuit, probantibus Oud. Wolf. et Reitzio, sed Ern. tantum vocem *Decur.* loco suo movit. Ceterum *in suam qu. coloniam* Medic. 2. Pin. Vind. 1. Cort. Fouc. Huls. Periz. Harl. Edd. Rom. Ven. et O. usque ad Steph. Bas. et recent.—10 *Sub die* Memm. Fouc. Dun. Pin. Medicei Vind. 1. Cort. Huls. et Edd. O. Vett. retinet Oud.—1 *Assignata* Harlem. Edd. Ven. tr. cum cod. opt. Torr. Mox at *necubi* Cop. Fouc. aut n. Medic. 1. In eodd. quibusdam deest aut ante *honest.*—2 *Burm.* rescribere mallet *multitudini*, et edidere *suboles* Gron. ac Pitisc. Dein *petentis* in Memm. Ed. Bas. et al. Item delet Lips. *etiam*, suffragante Torr.—3 *Cujuscumque* Mss. Casaub. cui haud displicet. Idem Casaub. malit abesse *at ante iis*, et astipulantur Baumg. Oud. vel saltem scribendum *atque* vel *et*, uti judicavit Müll. *iis* non apparet in Harlem. Edd. Ven. tr. *at his* Memm. Medic. tres Vind. 2. &c.—4 *Per singulos* Periz. Harlem. Fouc. Edd. Ven. tres Med. Cald. Bon. Lugd. Junt. Ald. Bas. Gryph. Plant. et al. Eji-

#### NOTE

<sup>f</sup> *Decuriones*] Decurio, primæva sua significatione, præfectus est equestris turmæ. Verum quia deducendis coloniis id observabatur, ut pars decima deductorum consilii publici causa conseriberetur, ii in coloniis et municipiis decuriones dicti sunt; namque in his erat Reip. Romanæ quasi quædam adumbratio, decurionibus Senatores, duumviris consules referentibus.

<sup>3</sup> *Petentes*] Alii legebant *petentis*, quod et potest: consuetudo quippe veterum fuit eos casus plurales ita formandi, ut passim reperias apud Sallustium, Plantum, &c.

<sup>h</sup> *Pro singulis*] Vulgatæ Editiones *per singulos* eodem sensu: qui enim

filios vel filias legitime natos habere se probarent, ii, quot liberos habebant, tot millia nummorum accipiebant, hoc est 431. 15s. Ubi regiones urbis an Italiæ intelligendæ sint non definit; hanc enim etiam in undecim regiones divisit. Liberalitatem hanc refer ad curam angendæ prolis, de qua c. 34.

<sup>i</sup> *Ipse suscepit*] Strabo, lib. xvii. sub finem, easdem omnino causas refert, quas hic Suetonius, quibus hanc Dio lib. lxi. addidit, Augustum, majoris illius ad eas regendas difficultatis prætextu, sua semper in potestate exercitus habuisse, inermi populo Senatuque.

<sup>k</sup> *Proconsulibus*] Augusti divisione,

sit: et tamen nonnullas commutavit interdum:<sup>1</sup> atque ex utroque genere plerasque sæpius adiit. Urbium quasdam fœderatas, sed ad exitium<sup>5</sup> licentia præcipites, libertate privavit:<sup>m</sup> alias, aut ære alieno laborantes levavit,<sup>6</sup> aut terræ motu subversas denuo condidit, aut merita erga populum Romanum<sup>7</sup> allegantes, Latinitate<sup>n</sup> vel civitate donavit. Nec<sup>8</sup> est, ut opinor, provincia, excepta duntaxat Africa et Sardinia,<sup>9</sup> quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompeio,<sup>o</sup> trajicere ex Sicilia apparantem continuæ et immodicæ tempestates inhibuerunt, nec mox occasio aut

ciendas voces judicat Torr.—5 *Et exit.* Vind. 1. *ad exitum* Ed. Rom. pr. ut et alibi.—6 *Verba aut ær. al. l. l.* desunt Dnn. Cuj. qui deinde *ac terræ*, cum Pin. Medic. 2. Voss. Fouc. Idem habet *alias autem*.—7 *Erga rem P. R.* Periz. *erga Rempubliam* Harlem Edd. Ven. tr. Bon. Lugd. Junt. Ald. Arg. Steph. et multæ *erga P. R.*—8 Ita Memm. Cop. Medicei Vind. Voss. Fouc. Pin. Edd. Junt. Ald. Arg. probantibus multis. Al. *non est*, quod servant Var. Pitisc. ‘Hæc pertinent ad superiora verba: *atque...plerasq. sæp. adiit*, quo transponenda, judicavit etiam Müll.’ Baumg.—9 *Provincia* seqq. ad *Sardin.* omittit Vind.

## NOTÆ

duplicis generis provinciarum administratores, pro duplici ipsarum genere; aliæ quippe Cæsaris, aliæ populi fuerunt, ut refert Strabo lib. xvii. et patet hoc loco. Cæsaris provinciæ, quæ et præsidiales dictæ sunt, a procuratoribus, consularibus, prætorisque viris administratæ: populo vero quas reliquerat provincias, regebant quidem consulares viri, functi scilicet consulatu, et prætorii, prætura quoque functi; sed ii, tum ob antiquum Reip. morem, tum ut distinguerentur a Cæsaris legatis, consularibus scilicet, et nonnisi proconsules, et prætores dicti reperiuntur, alii etiam quandoque legati Cæsaris, pro consule, pro prætore, &c. de quibus Dio lib. liii. et idem ibid. Strabo, ac passim Jureconsulti.

<sup>1</sup> *Commutavit interdum*] Scilicet prout usus postulabat, ut notavit Strabo; et Dio lib. liv. refert tradi-

tas populo Cyprum insulam et Galliam Narbonensem, recepta sibi Dalmatia. Ex utroque genere hic intellige proconsularium et consularium, sive potius suarum et populi: fuerunt enim prætorix, &c. quod et alii postmodum fecere, in Claud. c. 25.

<sup>m</sup> *Libertate privavit*] Ut Cyzicenos, quod cives Romanos virgis cæsos necassent, auctore Dione lib. liv. quibus et illam restituit, lib. lv. apud eundem auctorem, Sidouios, Tyrios, &c. ob varia delicta. Terræ motu Tralles in Lydia, et plurimæ aliæ civitates in Cypro subversæ fuerunt.

<sup>n</sup> *Latinitate*] In Jul. c. 8.

<sup>o</sup> *Fugato Sexto Pompeio*] De quo supra cap. 9. et in Jul. Mox hic pro postea, ut et Cicero orat. post reditum: ‘Qui in ulciscendo remissior fuit, mox aperte laudatur.’

causa trajiciendi fuit. [48.] Regnorum,<sup>10 p</sup> quibus belli jure potitus est,<sup>1</sup> præter pauca, aut iisdem, quibus ademerat, reddidit,<sup>9</sup> aut alienigenis contribuit. Reges socios<sup>r</sup> etiam inter semetipsos necessitudinibus mutuis junxit,<sup>2</sup> promptissimus<sup>3</sup> affinitatis cujusque atque amicitiae conciliator<sup>3</sup> et fautor; nec aliter<sup>4</sup> universos,<sup>t</sup> quam membra partesque imperii, curæ habuit, rectorem quoque solitus<sup>5</sup> apponere ætate parvis ac<sup>6</sup> mente lapsis,<sup>u</sup> donec adolescerent aut resipiscerent: ac<sup>7</sup> plurimorum liberos et educavit<sup>v</sup> simul cum suis et instituit. [49.] Ex militaribus copiis legiones et auxilia provinciatim distribuit: classem Miseni,<sup>w</sup> et alte-

//////////

1.—10 Ita multi et optimi codd. et ediderunt Gron. et Oud. probantib. Burm. Wolf. Baumg. Vulg. *regna*.—1 *Est* abest a Dun. et Memm. ut et mox *iisdem*. Quædam dein Edd. distinguunt post reges.—2 *Junx. mut.* edidit Burm. ex Harl. et Edd. Vett. ante Steph. accedente Periz.—3 *Promptissimusque* Vind. 2. Mox pro *fautor* conj. Lips. in marg. Ed. Plant. *auctor*. In Medic. 1. 3. *fautor*, ac desunt Cuj. et *faut*. Supra ac *amic*. Fouc.—4 *Nec tamen al.* Medic. 1. Dein *partemque* Polit. Cop.—5 *Est post solitus* additum est in Edd. Gryph. Casaub. Plant. et recentissimis. Respiciunt Vett. et codd. Tum Vind. 2. *obponere* solita variatione.—6 Ita Edd. Bas. Casaub. Gryph. et seqq. Vett. cum Mss. O. *aut m.* quod præferunt Oud. Wolf. *Verba aut resip.* aberant Fouc. et in Huls. Periz. a m. pr. *respicerent*.—7 *At plu.* Fouc. Dein *et cum suis inst.* Cort. Edd. Rom. *et cum*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Regnorum* [*Regna*] quibus] Hæc fuerunt, quæ Romanis parebant ferme omnia: hæc enim ab Antonii partibus stetisse, auctores sunt Plutarchus in Antonio, Appianus in Bellis Civilibus, Dio, &c.

<sup>9</sup> *Reddidit*] Exemplo est Herodes apud Joseph. lib. Antiquit. xv. c. 10.

<sup>r</sup> *Reges socios*] Hoc est, socios Pop. Romani etiam inter sese socios esse voluit et amicos.

<sup>u</sup> *Affinitatis ... conciliator*] Ipse et Livia, sed rogante Herode, Salomen, hujus sororem, impulerant ad nuptias cum Alexa contrahendas, relicto Syllæo, quem tamen ipsa deperibat, ut apud Joseph. lib. xvii. cap. 1. Antiquit.

<sup>t</sup> *Universos*] Vel de civibus intellige, et omnibus imperii subditis, vel

de regibus duntaxat.

<sup>u</sup> *Mente lapsis*] His, et surdis, et furiosis, et in universum ejusmodi personis quæ rebus suis superesse nequibant, curatores dati sunt prætorum edicto, in supplementum legis 12. tabul. quæ quidem ætate parvis providerat, tutorem dando, non autem aliis. Unde verosimile est ab Augusto institutos primo curatores, vel certe ejus exemplo postea.

<sup>v</sup> *Educavit*] Per Verrium Flaccum, illustrem tunc temporis Grammaticum, cujus aliqua supersunt fragmenta: vide infra illust. Grammat. 17.

<sup>w</sup> *Miseni*] Misenum urbs est et promontorium Campaniæ, hodie *Miseno*. Misenum quoque mons ibidem est: urbs et mons denominantur verosimiliter a Miseno, Æneæ comite,



ram Ravennæ, ad tutelam superi et inferi<sup>x</sup> maris collocavit. Certum<sup>8</sup> numerum partim in Urbis, partim in sui custodiam<sup>y</sup> allegit, dimissa Calagurritanorum<sup>9z</sup> manu, quam usque ad devictum Antonium, item Germanorum,<sup>a</sup> quam usque ad cladem Varianam,<sup>b</sup> inter armigeros circa se habuerat. Neque tamen unquam plures quam tres cohortes<sup>c</sup> in Urbe esse passus est, easque sine castris: reliquas in hyberna et æstiva circa finitima oppida dimittere assuerat.<sup>10</sup> Quicquid autem ubique militum esset, ad certam stipendiorum<sup>d</sup> præmiorumque<sup>e</sup> formulam astringit, definitis pro

*suis simul inst.* Periz.—8 *Ceterum* Memm. Huls. Fouc. Pin. Medic. 2. 3. Voss. *ceterum certum num.* Edd. Lugd. Junt. Ald. Arg. Deinde in dnob. Torr. *desiderantur illa verba part. in urb. nec agnoscunt* Edd. Camp. Ven. 1. Alter cod. Torr. *habet in urb. part. Vind. 1. ad urbis. Mox in suam cust. Medic. 1. 3. Polit. in suam etiam c.* Huls.—9 *Colaguritan* Vind. 1. *Calagoritan* Edd. Vett. vel *Calagurit.* In Huls. *allegatorum*; qui infra omisit *esse post urbe.*—10 *Ad-*

## NOTE

ibi sepulto: 'Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo dicitur, æternumque tenet per sæcula nomen.'

<sup>x</sup> *Superi et inferi*] Tyrreni et Adriatici, hoc ad Ravennam, illud ad Misenum refertur, ut patet.

<sup>y</sup> *Partim in sui custodiam*] Hæ fuerunt prætoriarum cohortes, quas novem fuisse, ut et urbanas tres, auctor est Tacit. lib. iv. *Annal.* sub initium.

<sup>z</sup> *Calagurritanorum*] Calagurris hodie *Calahorra* in Castella veteri, quæ Tarraconensis olim Hispaniæ: custodias Hispanas habuerat et Cæsar in Jul. c. 86.

<sup>a</sup> *Germanorum*] Non nisi singulorum cohortem habuisse colligas ex Galbæ c. 12.

<sup>b</sup> *Cladem Varianam*] Supra c. 23. et infra sæpe, in Tiber. c. 17. et alibi.

<sup>c</sup> *Cohortes*] Prætorias scilicet, quas Romæ simul omnes esse noluit.

<sup>d</sup> *Stipendiorum*] De stipendio, quantum ab initio fuerit supra in Jul. cap. 26. quanta autem fuerit certa hæc

ejus formula, colligi posse videtur ex Taciti *Annal.* i. ubi milites statim ab Augusti excessu conquerebantur, 'denis in diem assibus animam et corpus æstimari,' et postulabant ut 'denarius diurnum stipendium foret,' quo manifeste indicatur (quanquam et aliter intelligi forte queat) denarium pluris valuisse quam decem asses militares, qui pretii, quam communes asses, vilioris erant; unde militum querela, quod nempe suorum assium trecenti, quos unius mensis stipendium habebant, non nisi 250. communium assium efficerent, hoc est aureum unicum seu 25. denarios, qui menstruum Augusti tempore stipendium. Domitiani temporibus, ut in ejus vita c. 7. quatuor aurei, edicto postquam suo unum addidit. Quis vero secundum et tertium addiderit, tacentibus historicis, suspicatur Lipsius lib. i. *Elect.* c. 2. a Claudio vel Caligula secundum, civilibus vero bellis Vitellii, et Othonis tertium additos, idque argumentis verosimillimis

gradu cujusque<sup>f</sup> et temporibus militiæ, et commodis missionum,<sup>g</sup> ne aut ætate aut inopia post missionem solicitari ad res novas possent.<sup>1</sup> Utque perpetuo ac sine difficultate sumtus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, ærarium militare<sup>h</sup> cum vectigalibus novis<sup>i</sup> instituit.<sup>2</sup> Et quo celerius ac sub manum<sup>3</sup> annuntiari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, juvenes<sup>k</sup> primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula,<sup>l</sup> dispo-



*sucverat et ubicunque* Vind. 1. mil. *esset ubique* Vind. 2.—1 *Posset* Harlem. Periz.—2 *Constituit* Fonc. Medic. 2. 3. Cort. Cuj. Voss. Periz. a m. sec. item Edd. Vett. O. ad Casaub. usque, admisitque Burm. in Ed. suam.—3 *Sub manu* Vind. uterque Fouc. Cort. Pal. 1. Periz. Harlem. Huls. Edd. Rom. et Vett.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Premiorunque*] De his adhuc in Calig. c. 41. ea enim reduxit, et supra c. 24.

<sup>f</sup> *Pro gradu cujusque*] Prætorianis post 16. annos, quinque millia, reliquis tria; vide in Calig. cap. 41. vel gradus intellige de dignitatibus militaribus, ut tribunatus, centurionatus, &c.

<sup>g</sup> *Missionum*] In Jul. c. 7. et infra Tib. c. 48. et Calig. c. 44.

<sup>h</sup> *Ærarium militare*] Dio lib. LV. institutum narrat ann. U. C. 759. proprii huic ærario præfecti. Tacitus Annal. v. 'claustra ærarii, cui præfectus erat, et militarem pecuniam rebus novis obtulisse.' Et vetus lapis in Samnio, quem Lipsius lib. 1. Ann. Taciti adducit:

L. NERATIO C. F.

VOL. PROCULO.

PRÆF. ÆRARI MILITARIS.

<sup>i</sup> *Cum vectigalibus novis*] Ea fuere, centesima rerum venalium ex Taciti Annal. 1. 'centesimam rerum venalium deprecante populo, edixit Tiberius, ærarium militare eo subsidio niti:' bona quoque damnatorum, ut de bonis Agrippæ Augusti nepotis, narrat Zonaras. Ad quod etiam Torrentius refert pœnas legis Pappia,

augendo nempe huic ærario supra cap. 31.

<sup>k</sup> *Juvenes*] Notat Casaub. eos fuisse qui Persis *angari* seu *astandæ*, Græcis Hemerodromi dicuntur.

<sup>l</sup> *Vehicula*] Idem, auctore lib. VIII. Xenophonte, Cyrus excogitarat. Hinc, ut Torrentius annotavit, cursus vehicularis apud Jureconsultos l. 1. et l. ultim. ff. de man. et honor. cum vehiculis currerent, et apud Cassiodorum, lib. IV. Variarum, 'Cursuales' equi dicuntur, qui non junctis rhedæ aut vehiculo currebant, ad differentiam veredorum, qui rhedæ jungebantur. Hujus etiam exemplo, cursus ille publicus a ceteris postmodum imperatoribus institutus est, quo magistratus aut alii Reip. causa missi ministrata publica uterentur, sed diplomatibus acceptis ne fraus fieret, ut patet ex Capitolino in Pertinace, de ipso loquente, a 'præsidente Syriæ, siue diplomatibus cursum usurpaverat: pedibus ab Antiochia ad legationem suam iter facere coactus est.' Quæ diplomata dicuntur evectiones lib. III. Cod. de cursu publico, quo loco plura super hac re principum placita legere est; hinc vehicularius ille cursus, quem sustulisse Capitoli-

suit. Commodius id visum est, ut, qui a loco<sup>m</sup> perferunt literas, iidem interrogari quoque, si quid res exigant, possint.<sup>4</sup> [50.] In diplomatibus,<sup>n</sup> libellisque<sup>o</sup> et epistolis signandis, initio Sphinge<sup>s p</sup> usus est: mox imagine Magni



O. præter Bon. Steph. et Bas. post. et seqq.—4 Ita dedit Baumg. cum Oud. quod cum opt. codd. et Edd. Vett. maxime convenit. Græv. locum ita constituit, *ut qui alicunde perferrent litteras, iidem interr. quoque, siquidem id res exigent, possent*, et eodem modo legebat Heins. nisi quod *ei* post alicunde (quod pro a loco jam coniecerat Casaub.) et *possint* pro *possent* exhibeat. Ern. et Bip. dant *qui a loco perferrent litt. iidem int. qu. si quid res exigeret, possent*, et ita fere legitur in cod. Corsendoncensi, teste Scriv. Suasit Boxh. *comm. id visum, ut qui a lo. (vel e loco) iidem perferrent litt. et interr. qu. si quid res exigent, possent*. Pitisc. Var. et al. *a loco eidem perferrent l. i. q. s. q. r. exigent, possent*. Burm. exhibuit nostram lect. tamen *possent* substituens loco τοῦ *possint*. Wolfio totum comma insititium videtur. In Memm. Cop. Harl. Cuj. *qui a loco idem perferunt*, cum Edd. Vett. fere O. nisi quod in quibusdam, ut etiam in cod. Dun. coaluerit in unum *quia*, et Rom. sec. *perferrent*. Edd. Bas. *perferant*. Habet Fonc. *loco iidem perferrent*. Tum in Mss. cunctis et Edd. pp. *exigant et possint*, exceptis Vind. 1. et Ed. Steph. quæ *exigat*, probante Salmasio.—5 *Sphinge* aberat Fonc. relicto spatio. *Sphingæ* Cort. Vind. 2. Dein *Dioscuridis* Memm. duo Torr. Ed. Rom. sec. Oud. probante. *Discoridis* Cort.

## NOTÆ

no dicitur Antoninus Pius; erat enim provincialibus gravissimus, utpote quorum impensa fieret, ut patet ex Victore in Trajano; unde et Lampridius ab Alexandro Severo antiquum jus restitutum dicit, de quo supra.

<sup>m</sup> *A loco [eidem]* Pulmannus sic legit: *ut qui a loco perferrent literas, interrogari quoque possent*, quod videtur melius. Casaubonus nove dictum putavit 'a loco,' pro alicunde.

<sup>n</sup> *Diplomatibus*] Γράμματα βασιλικὰ, hoc est *literæ regię*, dicuntur Græcis: nobis autem *lettres patentes*: ab iis tantum dari solita, aut permissa, qui Reip. præsumt: unde apud Plutarchum in Galba, Nymphidius ægerime patitur data esse diplomata a Coss. quasi imperatoriam hoc facto sibi vindicassent auctoritatem. Ea maxime propter cursum publicum, ne quis interpellare aut morari audeat, concessa, ut patet ex toto titulo cod. de cursu publico. Qua ac-

ceptione possumus vernacule dicere *des passeports*. De his adhuc quædam in Ner. c. 12.

<sup>o</sup> *Libellisque*] Supplicibus quibus, qui propositus erat, is dicebatur 'a libellis.'

<sup>p</sup> *Sphinge*] Nota fabula Thebanæ Sphingis ænigmata proponentis: hanc, qualis fingitur a poetis, Ansonius hoc versu expressit: 'Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.' Caudam omisit, quæ figura serpentis erat spiris intorti; qualis cernitur in nummis. Plinius lib. xxxvii. c. 1. 'Divus Augustus inter initia sphinge signavit. Duas in matris annulis jam indiscretæ similitudinis invenerat. Altera per bella civilia, absente eo, amici signavere epistolas et edicta, quæ ratio temporum nomine ejus reddi postulabat, non infaceto lepore accipientium, ænigmata afferre hanc sphingem.' Quod forte dictorium mutandi causa fuerit.

Alexandri: <sup>4</sup> novissime sua, Dioscoridis <sup>r</sup> manu sculpta, <sup>6</sup> qua signare insecuti quoque Principes perseverarunt. <sup>7</sup> Ad epistolas omnes horarum quoque momenta, nec diei modo, sed et noctis, quibus datæ significarentur, addebat. [51.] Clementiæ civilitatisque <sup>s</sup> ejus multa et magna documenta sunt. Ne <sup>8</sup> enumerem, quot et quos diversarum <sup>t</sup> partium, venia et incolumitate donatos, principem etiam in civitate locum tenere passus sit; Junium Novatum, et Casium <sup>9</sup> Patavinum, e plebe homines, alterum pecunia, alterum levi <sup>10</sup> exilio punire satis habuit: cum ille Agrippæ <sup>u</sup>



*Dioscoridis* Ed. Camp. *Discoris* Harlem. Ven. tr. Med. Lugd. et al.—6 Ern. reposuit *sculpta*, contra libros omnes.—7 Ita Memm. Dun. Medic. 3. Voss. Edd. Græv. min. Ern. Bip. Wolf. Oud. In reliquis *perseveraverunt*. Etiam *omnis* Medic. 3.—8 *Et, ne cu.* Medic. 1. 3. Viind. uterque Cop. Huls. Edd. Junt. Ald. Arg. Steph. quod non contemnendum Oud. videtur. In ora Steph. *nec enim.* man. docta. Paulo ante *ejusdem* Cort. et Edd. Rom. Dein *quot et quas* Viind. 1.—9 *Capsium* Pin. *Casium* Ven. 1.—10 Vir doctus apud Casaub.

#### NOTÆ

<sup>4</sup> *Alexandri*] An propter majestatem, an etiam ea superstitione ductus, de qua Trebellius Pollio lib. de 30. tyrannis c. 13. ubi dicit Maerianorum familiam, viros et mulieres, in omni ornamentorum genere exsculptam auro vel argento tulisse Alexandri Macedonis imaginem, 'quod idcirco,' inquit, 'posui, quia dicuntur juvari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitant, vel argento.' Certe hunc inter Græcos multi numinis instar venerati sunt. Circumferebant autem non raro ejus Dei simulacrum, a quo juvari se putarent, ut de Asclepiade Philosopho refert Ammianus lib. xxii. 'Deæ cælestis argenteum breve figmentum quocumque ibat, secum solitum afferre.' Et de scipso Apuleius in Apologia simile quid inquit, 'habuit Apuleius quædam linteolo involuta,' &c. Quod magiæ suspicabantur ejus accusatores.

<sup>r</sup> *Dioscoridis* [*Discoridis*] Hujus

meminit Plinius lib. ultimo c. 1. et 'Dioscorides' dicitur: legunt alii *Dioscuridis*. Sculptor fuit gemmarum artificio præcellens.

<sup>s</sup> *Civilitatisque*] Civilitas est æqualitas civilis juris, sive, ut ait Velleius lib. ii. cap. 7. civilis dignitatis modus, et incivilis qui hunc excessit, quo sensu Lucanus de Julio: 'Concessa pndet ire via, civemque videri.' In Jul. c. 75. toto hoc capite Augusti exponit clementiam Suetonius, si tamen clementiam dicas, quam Seneca lib. i. de Clementia c. 11. lassam crudelitatem appellavit. Vide supra cap. 13. civilitatem vero ad finem 56. more suo, quoties enim partes hoc modo conjunctione expressit, has sigillatim excquitur, ut jam supra notatum est.

<sup>t</sup> *Quot et quos diversarum*] Hoc est adversarum partium, ut supra in Jul. cap. 1. Seneca ibidem cap. 10. 'Si non ignovisset quibus imperasset.'

<sup>u</sup> *Agrippæ*] Augusti nepos erat, de

juvenis nomine asperrimam de se<sup>1</sup> epistolam in vulgus edidisset; hic convivio pleno proclamasset, 'Neque votum sibi neque animum deesse confodiendi eum.' Quadam vero cognitione,<sup>v</sup> cum Æmilio Æliano Cordubensi<sup>w</sup> inter cetera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari<sup>x</sup> de Cæsare soleret;<sup>z</sup> conversus ad accusatorem, commotoque similis, 'Velim,' inquit, 'hoc mihi probes: faciam, sciat Ælianus, et me linguam habere; plura enim de eo<sup>3</sup> loquar.' Nec quicquam ultra, aut statim aut postea, inquisivit.<sup>4y</sup> Tiberio quoque de eadem re, sed violentius,<sup>5z</sup> apud se per epistolam conquerenti, ita rescripsit: 'Ætati<sup>6</sup> tuæ,<sup>a</sup> mi Tiberi, noli in hac re indulgere, et nimium indigna-



emendat leni.—1 *De eo* Vind. 1. Medic. 2. Cort. Periz. Harlem. Cuj. et Edd. Ven. Bon. Med. aliæque. Mox *magno conv. pleno* Medic. 1. et *neque amicum sibi* Vind. 1.—2 *Solebat* Ven. tres Med. Cald. Paris. Supra *Heliano* Rom. *Eliano* Bas.—3 *Pl. de eo enim* Periz. Harlem. Edd. Ven. Med. Cald.—4 *Oud. inquisit* rescripsit, auctoritate Memm. Medic. 2. 3. Voss. cum marg. Torr. quem secutus Wolf. Tota periodus *nec qu. &c. inquisiv.* abest Pin. Fouc.—5 *Sedulo violent.* Viterb. Lisl. Pal. tres Ed. Camp. *sedulo lentius* Mss. Pulm. et Pith. cum Memm. Pin. Voss. Cuj. Utrumque delendum judicavit Torr. Burm. maluit e contra legend. *sedulo, sed viol.* Receptam lect. e cod. Ursini reposuit Grut.—6 *Pictati tuæ* Pith. Mox *loq. male* Harlem. Vind. 1. Edd. Rom. Med.

## NOTÆ

quo infra et in Tiberio plura.

<sup>v</sup> *Cognitione*] Causa in qua princeps ipse judicaturus sedebat. Vide infra in Claud. 15. et alibi.

<sup>w</sup> *Cordubensi*] Corduba ulterioris Hispaniæ civitas, Senecarum origine inelyta; hodie *Cordoue*.

<sup>x</sup> *Opinari*] Hoc verbum non modo significat tacite aliquid intra se sentire, quod Græcis est *δοξάζειν*, et *δόξα opinio*, sed etiam quod sentias eloqui, quod iidem Græci *φημιζειν* dixerunt, et *φήμη opinio* seu *fuma*. Hoc ipso sensu infra cap. 67. et in Calig. 27. Sic tamen in Tiberio c. 26. 'mens' et 'lingua' opponuntur, quemadmodum, ni fallor, in Tiberio quoque c. 39. 'opinio' et 'sermo.'

<sup>y</sup> *Inquisivit*] Verbum hoc, in judiciis natum, ad alia postmodum trans-

tulere.

<sup>z</sup> *Sed [sedulo] violentius*] Turnebus *Advers. lib. xxiv. cap. 15.* testatur veterem scripturam esse *sedulo lentius*, quod et in suo scriptum legerat Petrus Pithæus, et conjecturam adjecerat *εὐστόχως*, ait Casaubonus, prorsusque bene, utpote quam Ursini asseruere veteres libri: *sed violentius* tamen habent Viterb. et Lislæi, aliique codices, et prima editio.

<sup>a</sup> *Ætati tuæ*] Quasi credidisset Augustus crudelitatem illam, quæ in Tiberio jam inde ab adolescentia se prodebat, ætatis potius quam naturæ vitium esse, exemplo, ut ait Casaubonus, suo, qui juvenis multa crudeliter fecerat. Sed longe aliter de eo opinatus videtur Tiber. c. 21.

ri, quenquam esse, qui de me male loquatur. Satis est enim, si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit.' [52.] Tempia, quamvis sciret, etiam Proconsulibus decerni solere,<sup>7b</sup> in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romæque nomine,<sup>c</sup> recepit. Nam in Urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore. Atque etiam argenteas statuas, olim sibi positas, conflavit<sup>d</sup> omnes, ex quibus<sup>s</sup> aureas cortinas<sup>e</sup> Apollini Palatino<sup>f</sup> dedicavit. Dictaturam mag-



Ven. et O. præter Bas. Gryph. et seqq.—7 Solere non comparat in Ms. Torr. Pin. Cuj. Voss. Medic. 2. Fouc. ac rectius abesse putat Oud. cum Scheffero. Ante *etiam* exulat a Vind. 1.—8 Sic rescripsit Oud. e Medic. trib. Cuj. Cop. marg. Bas. Ant. Gryph. Lugd. accedente Fouc. annuentibus Wolf. Baumg. *exque quis* Dun. *ex quibus* Edd. Vett. ante Casaub. qui tacite rescripsit *exque iis*,

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Proconsulibus decerni solere*] Quod et ipsa stante Rep. factum fuerat, ut ex Cicerone in Epistolis ad Quintum fratrem, et ex Polybii lib. v. manifeste colligas. Nota his quinque continuis capitibus magna civilitatis argumenta. Plutarchus refert templa et gymnasia Tito Flaminio, perinde ac Deo, a Chalcidensibus condita fuisse, suaque etiam ætate hæc perseverasse sacrificia.

<sup>c</sup> *Communi suo Romæque nomine*] Testantur inscriptiones. Vetus marmor. 'Sacerdos Rom. et Aug.' Numismata inscripta 'Rom. et Aug.' Historici, Josephus lib. xv. Antiquit. c. 13. et lib. i. Bellor. c. 16. quibus tamen locis templi ejusdem mentio est, sed Augusto ab Herode consecrati, Romæ vero non nisi statua ad Junonis Argivæ exemplum. An vero tanta pertinacia Romæ quoque id honoris usurpare abstinerit, locus hic Suetonii testatur, unde quæ postea in urbe condita sunt, non nisi mortuo condita, ut Tiberii apud Plinium lib. xxxv. c. 4. et ipsius Liviæ in Palatio, apud eundem lib. xii. c. 19. Horatium igitur intelligas tantum de aris Augusto ejusque genio

extra urbem constructis: Ode 5. lib. iii. 'Præsens Divus habebitur Augustus.' Ode 5. lib. iv. 'Alteris Te adhibet Deum,' &c. Et epist. 1. lib. ii. 'Præsenti tibi maturos largimur honores, Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.' Propert. lib. iii. Deum appellat. 'Arma Deus Cæsar dices meditatur ad Indos.'

<sup>d</sup> *Conflavit*] Hoc est liquefecit: alias conflare est cadere, ut Georgic. i. 'Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.' Et conflata pecunia: non eodem prorsus sensu, quo hic sumitur, non enim nisi liquefecit; ex eis siquidem aureas cortinas non fabricatus est, sed ex earum, ut patet, pretio; nisi argentum transmutatum dixeris, quo etiam sensu infra c. 71.

<sup>e</sup> *Cortinas*] Hujus vocis varia significatio: nam artificum et agrestium vasa quædam ærea fuere, quibus vel in torcularibus, vel in coquendis coloribus nterentur, ex Plinio, Columella, et Platone constat. Hic intelliguntur tripodes illi, quorum tam frequens apud historicos et poëtas, Græcos præsertim, mentio fit, sive mensæ, sive vasa quoque, sed sacra, fuerint, varie

na<sup>9</sup> vi offerente populo, genu nixus, dejecta ab humeris toga,<sup>5</sup> nudo pectore deprecatus est. [53.] Domini appellationem, ut maledictum et opprobrium, semper<sup>10</sup> exhorruit. Cum, spectante eo ludos, pronuntiatum esset a mimo,<sup>1</sup> ‘O dominum æquum et bonum!’ et universi, quasi de ipso dictum, exultantes<sup>2</sup> comprobassent; et statim manu vultuque indecoras adulationes<sup>3</sup> repressit, et insequenti die gravissimo corripuit edicto,<sup>h</sup> dominumque se posthac appellari, ne<sup>4</sup> a liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel joco, passus est: atque hujusmodi<sup>5</sup> blanditias<sup>i</sup> etiam inter ipsos prohibuit. Non temere Urbe oppidove ullo



et retinere Scriv. Græv. Gron. Burm. Var. Ern. Bip. et al.—9 *Magnam pro mag. vi* Medic. 3. Polit.—10 *Semperque* Cort. Edd. Rom. Tum *abhorruit* marg. Bas. Ant. Gryph. et *expectante* Memm.—1 Firmat Banwig. hanc lect. ex Oros. l. vi. 22. et habent Vind. uterque, Medic. 2. Edd. Junt. Ald. Bas. Gryph. Plant. in *mimo* dant O. Mss. Torr. cum marg. Seb. Gryph. et probarunt Burm. Oud. Ern. Quædam Edd. vitiose *mimmo*. Harlem. *minimo*.—2 *Exsultassent* Vind. 2. qui caret *mox et*, cum Cort. Harlem. Periz. et Edd. Vett. præter Casaub. Raphel. Superius *O* interjectio aberat Fouc.—3 *Appellationes* Vind. 2. Tum *gravissime* Medic. 1. Cort. et Edd. Vett. ante Casaub.—4 *Nec a lib.* Periz. Edd. Ven. 1. Med. Cald. Lugd. Junt. Ald. et al. prisca.—5 *Ejusmodi* Dun. Fouc. Medic. tres, Vind. 1. Huls. Cuj. Voss. Torr. Dein *tempore pro temere* Vind. 1. et *aut qu. ing.* desunt Cort. duob. Torr. qui *quoquo*

#### NOTÆ

ab illis a quibus consecrabantur inscripta, et sculpta in honorem vel Dei accipientis, vel hominis offerentis. Cum autem plurimæ Apollini Delphico consecrarentur, hinc aliquando mensæ Delphicæ, aut simpliciter Delphicæ, nuncupantur.

<sup>f</sup> *Palatino*] Cujus templum in Palatio, supra c. 29.

<sup>g</sup> *Dejecta ab hum. toga*] Mos notatus jam supra in Jul. c. 33. in omni enim graviore commotione vestes scindebant, pectus nudabant, non ipsi solum, sed et Græci et Hebræi.

<sup>h</sup> *Corripuit edicto*] Hoc est scripto publice proposito increpuit; non enim de publico quodam mandato semper intelligenda vox illa, sed de eo omni quod publice significatum

vellent, ut passim observare est.

<sup>i</sup> *Blanditias*] Sunt inter familiares et sanguine propius junctos blanditiæ, si cum potentioribus res est, adulationes. Sic Martialis Epig. 72. lib. x. ‘Frustra blanditiæ venitis ad me, Attritis miserabiles labellis, Dicturus dominum, Deumque, non sum.’ Vel irrisiones, si cum aliis. Idem Martial. epist. 58. lib. v. ‘Cum voco te dominum, noli tibi, Cinna, placere; Sæpe etiam servum sic resaluto meum.’ Unde etiam Tiberius a quodam sic appellatus denuntiavit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret, infra Tib. c. 27. suppetunt alia passim exempla Claud. cap. 21. et in Domitiano præsertim.

egressus, aut quoquam ingressus est, nisi vespera<sup>6</sup> aut noctu, ne quem officii causa inquietaret.<sup>7</sup><sup>k</sup> In consulatu pedibus fere, extra consulatum sæpe adaperta<sup>8</sup> sella,<sup>1</sup> per publicum incessit. Promiscuis<sup>9</sup> salutationibus admittebat et plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam joco corripuerit, quod 'sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem.'<sup>m</sup> Die Senatus<sup>n</sup> nunquam Patres nisi in Curia salutavit, et quidem se-



in marg. et Edd. quibusdam.—6 Vulgg. Edd. *vespere*, sed illud reposuit Oud. faventibus Wolf. et Baumg. cum Memm. Fouc. Dun. Mediceis, Cop. Pin. Huls. Pulm. Cuj. Voss. Longol. et marg. Torr.—7 In uno libro Torr. erat *sollicitaret*, quod pro glossemate Oud. accepit.—8 Ita legendum esse contendunt Beroald. Scriv. Grut. (qui et conj. *haud operata*) Casaub. Burm. Oud. Ern. Baumg. Sed Mss. O. et Edd. præter Bas. et quarundam margg. exhibent *adoperta*, quod defendit Græv. V. Oud. ad h. l. latinus disputantem.—9 *Et promisc.* Cuj. Tum *desideria* deest Fouc. et *quandam* in Ed. nua invenit Burm.

#### NOTE

<sup>k</sup> *Inquietaret*] Hoc verbo sæpius utitur quam auctores alii Suetonius: infra Calig. 26. et 59. et Claud. 9. In exhibendis ejusmodi officiis magna fuit veterum sollicitudo, quam Jovennalis Sat. v. suo more perstringit vs. 20. 'Habet Trebius propter quod rumpere somnum Debeat, et ligulas dimittere, sollicitus ne Tota salutatix jam turba peregerit orbem.'

<sup>1</sup> *Adaperta* [*adoperta*] *sella*] Lipsius Elect. lib. 1. c. 19. existimat vocem hanc 'sella,' ex ore Suetonii, dum sua tempora respicit, fugisse, cum lecticam dicere debuisset, utpote cum non Augusti, sed Claudii duntaxat imperio, sellæ in usu fuerint, ex disertis Dionis lib. LX. verbis. Unde vel *adoperta* legit, aut lecticam intelligit; differebant enim, ut infra Domit. c. 2. Beroaldus *adoperta* legendum censuit, et secutus est eum Casaubonus, quod civilitatem ejus magis ac magis demonstraverit, si patefacta et omnibus obvia lectica veleretur, quam lectionem sibi ni-

mium non placere ait idem ibid. Lipsius, et certe civilitatem Augusti non minus arguerit tecta ipsa lectica, quam aperta, utpote quo in statu cives a salutationis officio liberaret, sicque vitaret quod, ne inquietarentur, maxime vitatum volebat.

<sup>m</sup> *Elephanto stipem*] Macrobius lib. II. c. 4. inter jocos Augusti hunc quoque refert; sed pro 'stipem' habet 'assem,' unde confirmatur, quod ex Galeno lib. postremo de Usu Partium, iuit. Casaubonus huc adduxit, nempe *νομιματα μικρότατα*, hoc est *minima æra*, quæ a populo accipiebant, et proboscide involuta sessoribus porrigebant. Quod et Plinius lib. VIII. cap. 5. de elephanto quodam amatore loquens, 'Omnium amoris fuere argumenta, gaudium a conspectu, blanditiæque inconditæ, stipesque, quas populus dedisset, servatæ, et in sinum effusæ.' Et Ælian. lib. VI. de hist. Animal. c. 10.

<sup>n</sup> *Die Senatus*] Vide supra c. 35.



dentes,<sup>o</sup> ac nominatim singulos, nullo summonente: <sup>10</sup>P et discedens eodem modo sedentibus valere dicebat.<sup>1</sup> Officia<sup>q</sup> cum multis mutuo<sup>2</sup> exercuit: nec prius dies cujusque solennes frequentare desiit, quam grandior jam natu,<sup>3</sup> et in turba quondam<sup>4</sup> sponsaliorum die vexatus. Gallum Terrinium<sup>5</sup> Senatorem, minus sibi familiarem, sed captum



—10 *Nullo se movente* Pith. Pal. 3. *submovente* Pal. 2. Periz. Vind. 1. Cort. Fouc.—1 Totum comma variis impeditum est difficultatibus. *etiam disced.* dant Pal. tres, Vind. uterque, Edd. Gron. Oud. Wolf. Dein *eodem m.* pro eo iidem recepere, optimis codd. faventibus. Statim eiecit Baumg. *singulis*, quod vulgo sequebatur voc. *sedent.* nec comparet in Mediceis, Vind. utroque, Cop. Edd. Ven. 1. Lugd. Junt. Ald. Arg. probantibus Gron. Burm. Oud. et aliis. Mox *valere dic.* tuetur Memm. cum Viterb. Cop. Medic. Pin. Cnj. Voss. et Ed. Steph. Vulgo habetur *valedicebat*, quod defendit Pitisc. pro quo Salmas. conj. *vale redicebat*.—2 Vellet Gron. *mutua*, et edidit Græv. in Ed. maj. et Burm. Ita quoque marg. Gryph. Reliqui O. libri *mutuo*.—3 Sic dederunt ante Baumg. Oud. et Wolf. auctoritate Memm. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. Lugd. Junt. Ald. Bas. et al. Reliquæ fere O. *grandi jam natu*, quod e Ms. Torr. exhiberi curarunt Græv. Gron. Burm. ut est in Medic. 1. 2. marg. Gryph. *grandi jam ornatu* Dun. Cop. Huls. Medic. 3. Vind. 1. Voss. atque unus Torr. In Harlem. *grandiore jam*, probante Græv.—4 *Quodam* habet Vind. 1. ut conj. Goesius. Deest illa vox Dun. Medic. 2. a m. pr. In uno Torr. est *sponsaliorum*. Porro et paulo ante exulat a Cort. et Edd. Rom.—5 *Terrinum* Medic. 1. 3. Periz. et Edd. Vett. pleræque. *Terinium* Vind. 1. *Terrinium* Lugd. Bas. et al. *Tetrinium* Bon. Paris. et ita Glandorp. in Onomastic. *Tertium* Huls. Edd. Ven. 2. 3. Med. Cald. Manns doct. in ora Plant. ascripsit *Telinium*, et Torr. rescribendum censuit *Tetinnium*. Cort. et Camp. *teterrini-*

### NOTÆ

<sup>o</sup> *Et quidem sedentes*] Hoc loco patet novissimum venire solitum, et primum egressum: quod vero Casaubonus ad dubitat, an sedens ipse sedentes saluaret, an secus, videtur explicari verbo ‘discedens,’ ut sensus sit salutatos ab eo singulos, dum singulorum subsellia præteriret, et valediceret, an vero assurgere vetuisset, quamvis non dicat, certe verisimillimum est. Hic notat Casaubonus in Viterbiensi et Memmiano codicibus legere, *vallere dicebat*, sine voce *singulis*, quod et Latinum est, a multis quoque auctoribus usurpatum.

<sup>P</sup> *Nullo summonente*] Nomenclatore, de quo supra c. 19.

<sup>q</sup> *Officia*] Ea sunt, de quibus modo

ex Juvenal. Reddebantur præsertim solennibus illis diebus, de quibus hic loquitur, si quis v. g. togam puram sumeret, si sponsalia iniret, si deducendi magistratus, candidati, funera, si quid essent recitaturi, aliaque id genus, quorum aliqua summo mane, ut si sumenda virilis toga, aliqua prima vel secunda diei hora, ut sponsalia, aliqua denique noctu, ut funera, quæ officia antelucana Plinius appellat epist. 12. lib. III. quæ omnia Senex factus obire gravabatur, ut infra, ubi nota in uno e suis libris legere Torrentium *grandi jam natu*. Reperias enim non semel ‘magno natu quidam,’ &c. apud auctores.

repente oculis, et ob id inedia<sup>6</sup> mori<sup>r</sup> destinantem, præsens consolando revocavit ad vitam. [54.] In Senatu verba facienti dictum est, ‘Non intellexi:’ et ab alio, ‘Contradicerem tibi,<sup>7</sup> si locum haberem.’<sup>s</sup> Interdum ob immodicas altercationes disceptantium<sup>8</sup> e Curia per iram se proripienti quidam ingesserunt, ‘Licere oportere<sup>t</sup> Senatoribus de Republica loqui.’ Antistius Labeo<sup>u</sup> Senatus lectione, cum Triumvirum<sup>v</sup> legeret M. Lepidum, hostem olim ejus, et

*num.*—6 *Ob inediam* Medicei, Dun. Cort. Cuj. et alii quatuor Burmanni, cum Edd. Vett. excepta Bon. quæ *ob id sine et.*—7 Ern. delendum putat *tibi*, ut minus Latinum. Desunt in initio capitis verba *in senatu* Huls.—8 Mutavit ord. Ond. astipulante Wolf. in *disc. alterc.* auctoribus Medic. tribus, Cuj. Voss. *altricationes* Ed. Camp. Dein *oportere cum senat.* Viind. 1.—9 In unico cod. Urs. reperitur *vir virum*, quod et Polit. alleverat marg. Ed. Med. tamen ex conjectura Torr. eam lect. recipere Var. Pitisc. Burn. Ern. Bip. Wolf. In reliquis Mss. O. et Edd. priscis *triumv.* ‘Uncinis inclusi legit, et postea que subjunctum voci *interrogatus*, quod utrumque in uno libro omitti, testatur Scheff. quocum prorsus consentio, nisi quod ille delend. censet *Triumv.* Baumg. Locum totum ita Ond. constituit: *cum vir virum legeret, m. Lep. host. ejus, olim Triumvirum, et tunc exsulant. legit.* Ceterum *hiuc pro tunc ha-*

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Inedia mori*] Mos fuit tunc temporis, non ex disciplina Stoica maxime vigente deductus: sic Atticus ex Cornelio Nepote, sic Corellio Rufus ex Plinii epist. 12. lib. 1. &c.

<sup>s</sup> *Si locum haberem*] Quasi diceret nullum eniquam ab Augusto relictum in Rep. locum, utpote quam occupasset totam, quod a se primo notatum refert Casanbonus, qui vocem ‘locum’ eodem illo sensu accipi apud Livium probat lib. x. decad. 1. ‘Vir acer et ambitiosus, non sui magis honoris causa, quam ut patricii recuperarent duo consularia loca, cum suis tunc totius nobilitatis viribus incubuit.’ Et libro ix. ‘tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearentur, quæ antea perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum et coss. ferme fuerant beneficia.’ Et in Vespas. ‘præturæ sextus locus,’ &c.

<sup>t</sup> *Licere oportere*] Formula est in ejusmodi contentionibus usitata, ut notat ex Livii lib. iv. Casanbonus: ‘oportet licere Pop. Rom. si velit jubere legem.’

<sup>u</sup> *Antistius Labeo*] Juris hic legumque Rom. peritissimus fuit, ‘sed agitabat hominem (inquit Gellius lib. XIII. c. 12.) libertas quædam nimia et vecors, usque adeo, ut Divo Augusto jam principe et Remp. obtinente, ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod justum sanctumque esse in antiquitatibus Rom. legisset.’ De hoc plura jureconsulti in Digestorum libris. Et Horatius eodem quo Gellius sensu Sat. 1. ‘Labeone insanior, inter Sanos dicatur,’ &c.

<sup>v</sup> *Cum Triumvirum* [*vir virum*] Legunt Beroaldus, et Sabellicus *triumvirum*, sed parum apto sensu. De hac Senatus lectione supra c. 35.

tunc exulantem,<sup>w</sup> [legit;] interrogatus [que]<sup>10</sup> ab eo, an essent alii digniores, 'Suum quemque' iudicium habere,' respondit. Nec ideo libertas aut contumacia<sup>x</sup> fraudi cuiquam fuit.<sup>2</sup> [55.] Etiam sparsos de se in Curia famosos libellos nec expavit, nec<sup>3</sup> magna cura<sup>y</sup> redarguit: ac, ne requisitis quidem auctoribus, id modo censuit, cognoscendum posthac de iis, qui libellos aut carmina<sup>z</sup> ad infamiam cujuspiam sub alieno nomine<sup>4a</sup> edant. Jocis<sup>5b</sup> quoque



bet Pin. *hostem ej. ol. et elegit* Vind. 1. *exultantem* Cuj.—10 *Interrogantibusque* Harlem. Burm. tolerari posse opinatur *interrogantique an essent*. Mox *annon essent* Ed. Steph. probatum Scriv. et Ern. Conjecit Reitzius *aune*.—1 *Quemquam* Vind. 2. *Tum ne ideo* Cuj.—2 *Contum. fandi cuiq. defuit* Fouc. *defuit etiam* dant Medic. 2. Dun. Voss.—3 *Ita* Ferr. qui et omittit *ac*, et distinguit post *auctorib.* Antea legebatur *et magna, consensu* Mss. et Edd. Vett. Burm. conj. *aut magn.* probante Ond. *nec* quoque servat marg. Gryph. *Dein at ne* Fouc.—4 *Mallet Torr. suo alienove nomine*. Paulo ante *de his*, uti sæpe, plerique codd. et Edd. *Tum ederent* Steph. et Grnt. e cod. Ursin. *dederunt*.—5 *Hæc usque ad intercessit* cum superiori capite conjunxi, quo pertinere ea,

## NOTE

<sup>w</sup> *Lepidum . . . exulantem*] Circeis, ut supra c. 16.

<sup>x</sup> *Contumacia*] Videtur referri ad Labeonem, unde 'libertas nimia et vecors' Gellio dicitur, quod Suetonio 'contumacia.' Vel etiam quod dicimus *opiniâtrété*.

<sup>y</sup> *Nec magna cura*] Sic Terrentius in Ferrariensi legit, quod ipse orationis contextus demonstrat: alii *et magna cura redarguit*.

<sup>z</sup> *Libellos aut carmina*] Huc haud dubie respexit Horatius Sat. 1. lib. 11. in fine. 'Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est Iudiciumque.' Et fusius epist. 1. lib. 11. ad Augustum, 'Fescennina per hunc inventa licentia morem Versibus alternis opprobria rustica fudit, &c. Donec jam sævus apertam In rabiem verti cœpit jocus, et per honestas Ire domos impune minax: dolere cruento Dente lacessiti, &c. Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quenquam Describi,' &c. Cujus pœnæ

Tacitus auctorem facit Augustum Annal. 1. 72. 'Apud veteres facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Augustus quæstionem de famosis libellis, specie legis ejus tractavit,' &c. Sed et hoc potius inter ea quæ ex antiquitate revocavit: nam et pœnam hanc olim capitalem fuisse colligas ex Tullii de Rep. libris, et ex D. Augustino lib. 11. de Civitate Dei. Lege XII. tabul. id cautum, sub persona Scipionis patet: 'at nostræ (inquit Scipio) contra 12. tabulæ, cum per paucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sancendam putaverunt, si quis occentasset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri.' Vide Dion. lib. LVI. ubi de his fusius quam alii. Consule etiam fragmenta l. XII. tabul. tit. 24.

<sup>a</sup> *Sub alieno nomine*] Torrent. emendat *suo alienove nomine*, qui idem sensus est. Sed quid si intelligantur hi libelli falsis nominibus certos homi-

quorundam invidiosis aut petulantibus laccessitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda testamentorum<sup>6</sup> licentia<sup>c</sup> ne quicquam constitueretur, intercessit. [56.] Quoties<sup>7</sup> magistratum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis<sup>d</sup> circumibat,<sup>8</sup> supplicabatque more solenni.<sup>e</sup> Ferebat et ipse suffragium in tribubus,<sup>9</sup><sup>f</sup> ut unus e populo.



ipsum argumentum docet.' Baumg. Rell. Edd. novum caput incipiunt a *Jocis*. Ceterum Müll. ut omnia melius cohæreant, conj. *Jocis* *quamquam* . . . *attamen* seqq.—6 Sigon. Disp. Patav. 1. reponendum censuit *scommatorum*, et in Vind. 1. cum aliis Casaub. est *jocorum*. Postea *ne qu. constit.* dedit Baumg. cum Gron. et Oud. auctoritate Memm. Vind. 1. pro vulgato *ne Senatus quicq. constitueret*. In Vind. 2. alio ordine *ne qu. Sen. const.* Habent Medic. 1. 3. Polit. Cop. Huls. *et tamen ne de i. t. t. qu. constitueretur*.—7 *Quoties* Fouc. et *edixit pro intercess.* Huls.—8 *Circuibat* Edd. Vett. cum codd. plurimis, et edidere Oud. Wolf. Dein *supplic.* sine copula Vind. 1.—9 Ita rescripsit Græv. e Pal. 1. et Ms. Nonnii, probantibus Casaub. Grut. et aliis multis, accedente quoque Vind. 2. *in tribus* Medicei, Vind. 1. Pal. 2. 3. Periz. Cop. Fouc. Har-

#### NOTE

nes ita designasse factis eorum dictisque, ut ignorari non possent, quamvis publicati sub alio nomine, quam eorum quibus maledicebant.

<sup>b</sup> *Jocis*] Plures ab ipso et in ipsum jactatos collegit Macrobius, et retulit lib. 11. c. 4.

<sup>c</sup> *Inhibenda testamentorum licentia*] Licentiam hanc Torrentinus intelligit simpliciter de libertate condendorum testamentorum, quam libellorum auctoribus ereptam fuisse constat ex Ulpiano l. v. ff. de injuriis et famosis libellis, et quidem Senatusconsulto, l. xviii. ff. qui testamenta facere possunt. 'Si quis ob carmen famosum damnetur, Senatusconsulto expressum est, ut instabilis sit, ergo nec testamentum facere poterit, nec ad testamentum adhiberi.' Quod huic loco maxime convenire videatur, ni obstat, quod contra Augusti intercessionem latum fuisse fatendum esset. Certe Casaubonus merito, ni fallor, distinguit licentiam a libertate: hæc enim est mera testandi facultas; illa autem petulantia quædam in tes-

tando, quæ magna tunc temporis fuit apud Romanos; solebant enim in testamentis suis alios increpare, aliis maledicere, ut de Fulcinio Trione narrat Tacitus Ann. vi. c. 38. qui 'supremis tabulis multa et atrociam in Macronem composuit.' Et Annal. xiv. de Fabricio Veientone 'multa et probrosa in patres et sacerdotes composuit, iis libris quibus nomen codicillorum dederat.' Sigonius lib. 1. disputationum Patavinarum, pro *testamentorum* emendat *scommatorum*, quod vulgo rejiciunt, quamvis in quibusdam codicibus *jocorum* testetur legi Casaubonus.

<sup>d</sup> *Cum candidatis suis*] Vide in Julio c. 41. hoc amplius faciebat Augustus, quod tribus ipse circuiret, libellos non mitteret.

<sup>e</sup> *More solenni*] Qui vigente Rep. vigeat, ut nempe honorum petitores tribus circuirent, singulos prehensarent. Vide in Jul. cap. 19.

<sup>f</sup> *In tribubus* [*tribu*] Torrentinus in duobus libris legit *in tribus*, unde colligit *in tribu sua*. Casaubonus reti-

Testem se in judiciis et interrogari, et refelli, æquissimo animo patiebatur. Forum<sup>g</sup> angustius fecit, non ausus<sup>10</sup> extorquere possessoribus proximas domos. Nunquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, ‘Si mererentur.’ Eisdem, prætextatis<sup>h</sup> adhuc, assurrectum ab universis in theatro, et a stantibus<sup>i</sup> plausum,<sup>j</sup> gravissime questus est. Amicos ita magnos et potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari jure essent, quo ceteri, legibusque judiciariis æque tenerentur. Cum Asprenas Nonius,<sup>2k</sup> arctius ei junctus, causam veneficii, accusante Cassio Severo,<sup>l</sup> diceret; consuluit Senatum, quid<sup>3</sup> officii sui putaret: ‘Cunctari enim se, ne, si superesset,<sup>m</sup> eriperet legibus reum: sin deesset, destituere ac prædamnare amicum



lem. Cort. et Edd. Vett. in tribu Steph. Bas. Var. et al. recentiores. Torr. malebat in tribu sua. Tnm et unus Cort. et ut unus Medic. 2. et populo suo in Ed. Ven. 1.—10 Audens Medic. 1. Dein addiceret Vind. 1. adiceret Medicei aliique de more.—1 Et astantib. Fouc. Medic. 1. 3. Dun. a m. pr. Periz. Edd. Rom. Ven. Bas. cum aliis antiquis.—2 Desunt hæc Asp. Non. et seqq. usque ad cunctari Vind. 1. Asprenas Novius Vind. 2. Nomius Fouc. Novius Ed. Steph. Mox vincitus Ed. Camp. et vincitus Cort. enim vincitus Fouc.—3 Quod off. Medic. 1. 2. Dun. Cort. Cop. Harlem. Edd. Camp. Ven. tr. Mæd. Lugd. Junt. Dein se deest Cop. et eripere habet Ed. Junk. contra Mss. et Edd. rell. Mox

## NOTE

net tribus vel tribubus cum aliis membris. Nam Augustus dnabus in tribubus suffragium tulit c. 40.

<sup>g</sup> Forum] Supra c. 29.

<sup>h</sup> Prætextatis] Nondum virilis ætatis, nec toga sumta. In Jul. c. 1.

<sup>i</sup> Plausum] Quibus insigniter aut favebat, aut adulabatur populus, iis theatrum ingredientibus, et assurgebat honoris causa, et plaudebat. His plausibus excepti Caius et Lucius Augusti nepotes, in filios adoptati, sed ipsi Augusto suspecti, si Dionem audias lib. Lv.

<sup>k</sup> Asprenas Nonius] De hoc supra c. 43. et Plinius lib. xxxv. c. 12. ubi de Patina loquitur, ‘cujus veneno Asprenati reo Cassius Severus accusator objiciebat, interiisse cxxx. con-

Delph. et Var. Clus.

vivas.’

<sup>l</sup> Cassio Severo] Is Augusti postmodum gratia cecidit propter famosos libellos, auctore Tacito, et satis innuit Horatius Epod. lib. Ode 6. in eum amarissima; Ceteroqui orator celebris, ut ex Plinii lib. vii. c. 12. patet, cujus defensionibus rei plures absolvebantur, unde jocus Augusti apud Macrobinum lib. ii. c. 4. cum enim ‘architectus fori Augusti expectationem operis diu traheret, ita jocatus est. Vellem et Cassius meum forum accusasset?’ ut nempè citius absolveretur, seu perficeretur.

<sup>m</sup> Superesset] Hoc est defenderet, quo sensu male suo etiam tempore verbum hoc usurpatum ait Gellius lib. i. c. 22. In Tito cap. 1.

Sucton.

U

existimaretur.<sup>4</sup> Et consentientibus universis,<sup>5</sup> sedit in subselliis<sup>n</sup> per aliquot horas; verum tacitus, ac<sup>6</sup> ne laudatione quidem judiciali<sup>o</sup> data. Affuit<sup>7</sup> et clientibus: sicut Scutario<sup>8</sup> cuidam, evocato<sup>q</sup> quondam suo, qui postulabatur injuriarum. Unum<sup>n</sup> omnino e reorum numero, ac ne eum quidem, nisi precibus, eripuit, exorato coram iudicibus accusatore, Castricium,<sup>9</sup> per quem de conjuratione Murenæ cognoverat. [57.] Pro quibus meritis quanto opere dilectus sit, facile est existimare.<sup>10</sup> Omitto Sena-

<sup>n</sup> *Liberavit iudicio solum Castricium ex reis, a quo edoctus fuerat conjurationem Murenæ, idque duntaxat postquam precibus vicisset accusatorem in conspectu iudicium.*



Vind. 1. *cr. legib. cursum.*—4 *Estimaretur* Harlem. et Edd. Vett. *extim.* Cort. *existimarent* Medic. 3.—5 *Cons. cunctis* Fouc. Dein *subsedid* in Vind. 1.—6 *Et ne* Mss. Burm. et Oud. cum Edd. Vett. fere O. usque ad Bas. quare recepit ipse Oud.—7 *Affuitque* Exc. Cuj.—8 *Scutario* Fouc. Vind. 1. et quædam membb. Casaub. etiam Edd. Lugd. Plant. et Torr. *Scuturio* Dolet. *cuidam* omittit Lys. et Ed. Rom.—9 *Castricium* Ven. 1. *Castritium* Rom. Ven. et plures.—10 Ita Vind. 2. Fouc. et alii, probantib. Ern. Bip. Wolf. Baumg. *exti-*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *In subselliis*] Non iudicium, ut ait Beroaldus, sed patronorum et rei; nec enim ut princeps, sed ut amicus aderat; ut notat ex Dione Casaubonus.

<sup>o</sup> *Laudatione quidem judiciali*] Moris erat ut rei laudarentur ab amicis et propinquis, qui sibi in iudiciis aderant; cumque laudationibus ejusmodi judicialibus multi liberarentur, legem tulit Pompeius, qua id vetabat: unde factum est, ut Cato Pompeium ipsum audire nollet, cum in Munatii causa contra legem suam vellet ipse deprecari. Plutarch. et Dio lib. xl.

<sup>p</sup> *Scutario*] Membranæ quædam legunt *Scutario*, quod vix conveniat: quid enim illi cum Augusto, qui scruta, deliciariorum genus, popello vendit? Scutarii militum genus ex Amiano et Paulo Diacono fuisse constat, ex glossario, ut notat Casaubonus, scutarium esse ἀξιώμα στρατιώτικον φέροντα, hoc est, dignitate militari præditum, quales vulgo dicimus es-

cuyers.

<sup>q</sup> *Evocato*] Evocati primo dicebantur, qui e diversis locis collecti, in exercitum coibant, ut innuit Servius in II. Æneidos, ubi in exemplum adducit hunc VIII. lib. versum, 'Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem.' Hic evocatus ex eorum numero est, qui stipendiis expletis, et honesta missione impetrata, evocabantur iterum a Consule vel a Principe, cujus in gratiam non invitati, sed volentes, militiam adhuc sequebantur, et honesto erant apud imperatorem gradu, ut centurionibus miscerentur, aliaque commoda præ aliis obtinerent. Quin et integras aliquando evocatorum legiones habuerunt, quos ad militiam magna mercede revocabant. Hic ex veteranorum verosimiliter numero fuit, qui Augustum statim post Julii mortem secuti sunt, ut supra videre est: horum meminit iterum ac tertio in Galb. c. 10. et Vespas. c. 1.

tusconsulta, quia<sup>r</sup> possunt videri vel necessitate expressa, vel verecundia. Equites Romani natalem<sup>2</sup> ejus<sup>r</sup> sponte atque consensu biduo semper celebrarant.<sup>3</sup> Omnes ordines in lacum Curtii<sup>s</sup> quotannis ex voto pro salute ejus stipem jaciebant; item Kalendis Januariis strenam<sup>4</sup> in Capitolio, etiam absenti: ex qua summa<sup>5</sup> pretiosissima Deorum simulacra<sup>u</sup> mercatus, vicatim dedicabat: ut Apollinem Sandaliarium,<sup>6v</sup> et Jovem Tragedum,<sup>w</sup> aliaque. In

mare Vind. 1. Cort. Edd. Rom. In ceteris *æstimare*.—1 Quia dedit Baumg. cum Memm. Medic. 3. Polit. Cop. Voss. et Edd. Junt. Arg. Ald. Steph. jubentibus etiam Wolf. et Miill. pro *quæ*, quod alii tuentur.—2 Natale Cort. Camp. Tum *concessu* Memm. Cop. Medic. Vind. Pin. Cuj. Voss. et Ed. Ven. 1.—3 *Celebrare* Huls.—4 *Strenuam* Memm. Medic. 2. 3. Cop. *strennam* Vind. 2. Ed. Rom. Paulo ante *Curti* Medic. 2. Voss.—5 *Burm.* mallet *delere summa*.—6 *Sandalarium* Periz. *Sandaliarum* Huls. *Scandalarium* Fouc. E cod. Corsendon. Palm. cum Ed. Steph. *Sandaliatum* legunt, quod præfert Ern. et

## NOTE

<sup>r</sup> *Natalem ejus*] Huic quoque Circenses annuos decretos, auctor est Dio lib. lv. nec equites modo tanta benevolentia specimina præbuerunt, sed et collegia nonnulla eum diem festivum habuere, arcamque communem ad festivitatis impensas, ut probat inscriptio, infra in calce operis. Solennes semper erant non principum modo, sed et privatorum natales dies; mittebant enim invicem munera, multis locis Martial. ac maxime lib. ix. Ep. 54. 55. et sequent.

<sup>s</sup> *Lacum Curtii*] Locus erat in foro Romano, sic dictus vel a Curtio illo T. Tatii Sabini milite, qui se fugatum a Romulo illuc immiserat, ut Dionysius lib. ii. et Livius lib. i. decad. i. narrant, vel a Curtio illo fortissimo juvene, qui, ut repentinum terræ hiatus monitu Deorum oppleret, sese vivum eo præcipitaverit boni publici gratia, de quo tamen et ipse Livius addubitat lib. vii. decad. i. quanquam 'et lacus nomen,' inquit ibid. 'ab hac recentiore insignis fabula est.' Sed suo tempore, quod et Augusti

fuit, nullum ibi lacum fuisse testatur Dionysius. Unde conjicere est, vicum opinione vulgi sacrum fuisse, et illuc stipes ex veteri more collatas, quemadmodum in lacus, fontes, puteos, quin et ad arbores et lapides factitatum, passim legere est. Eo igitur loci pro Augusto supplicabant, ut qua urbis parte aditus ad manes patnisset, eadem et ipsos Augusto propitios redderent.

<sup>t</sup> *Strenam*] Sic dicta sunt munera, quæ sibi invicem mittebant ominus boni gratia, primo anni die, Kalendis nempe Januariis; hujus consuetudinis inventionem ad Tatium Sabinorum regem refert Symmachus, et ex eo Turnebus Advers. lib. x. c. 16. Sed eo quo hic describitur modo, nova fuit sub Augusto: de his adhuc infra, Tib. c. 34. et Calig. 42. et super his inscriptiones in calce operis: consule etiam Festum.

<sup>u</sup> *Deorum simulacra*] Videsis inscriptiones.

<sup>v</sup> *Sandaliarium*] Referunt quidam

restitutionem <sup>7</sup> Palatinæ domus, <sup>x</sup> incendio absumptæ, <sup>8</sup> veterani, <sup>y</sup> decuriæ, <sup>9</sup> tribus, <sup>z</sup> atque etiam singillatim e cetero genere hominum, libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerunt; delibante tantummodo eo summarum acervos, neque ex quoquam plus denario <sup>a</sup> auferente. <sup>10</sup> Revertentem ex provincia non solum faustis ominibus, sed et modulatis carminibus <sup>b</sup> prosequabantur. <sup>1</sup> Observatum etiam est, ne, quoties introiret Urbem, supplicium de quoquam sumeretur. <sup>c</sup> [58.] Patris patriæ <sup>d</sup> cognomen univerti <sup>2</sup>



Ed. Bip. repugnantibus Ond. Rulnk. Wolf.—7 *Restitutione* Memm. Medic. duo, Vind. 2. Cuj. Fouc. probante Scheffero.—8 *Abruptæ* Medic. 1. 3. Polit. Cop. Huls. sed glossam vocat Ond. Post hanc voc. non distinguit Torr.—9 In Vind. 2. *decuriones* a m. pr. Dein *singillatim* haud *sigillatim* ubique scribend. docuere e Mss. optimis VV. DD. Cf. c. q. supra. *E certo* etiam Edd. Mediol. Cald. et invers. ord. *homin. gen.* in Polit. quod concinnius Ond. videtur.—10 *Auferentem* Huls. et e converso dat Fouc. *revertente*. In Cuj. *Et revert.* Tum *hominibus* Periz. *omnibus* Fouc. Medic. duo, Cort. Harlem. Cuj. Mallet Torr. *nominibus* hic et in Calig. c. 13.—1 Ed. Bas. *prosequantur*.—2 *Univerto*

#### NOTÆ

ad calceamentum, quo efficta foret illa statua: sandalinum quippe calceamentum Etruscorum, auctore Julio Polluce. Alii vero similis ad vicum, in quo hæc Apollinis statua sit collocata; res patet ex Gellio lib. xviii. cap. 4. ‘in Sandaliario forte apud librarios fuimus:’ sed ex Sexto Rufo, qui regione templi pacis vicum Sandaliarium commemorat. Adde inscriptiones.

<sup>w</sup> *Tragædum*] Vel ab habitu tragædorum, vel a vico ubi collocata statua; meminit enim et vici Tragædi in regione Esquilina idem Rufus.

<sup>x</sup> *Palatinæ domus*] Ab ipso ædificata; supra c. 29.

<sup>y</sup> *Veterani*] Nemo nescit fuisse milites post expleta stipendia, honesta missione dimissos, quales evocati cap. præcedenti.

<sup>z</sup> *Decuriæ, tribus, &c.*] In Julio cap. 13.

<sup>a</sup> *Denario*] Quid sit, in Jul. cap. 4. Delibabat, ne suorum munificentiam

asperrari videretur.

<sup>b</sup> *Modulatis carminibus*] Sic Ode 5. lib. iv. Horatius Romanorum pro absente Augusto desiderium testatur: ‘Divis orte bonis, optime Romulæ Custos gentis, abes jam nimium diu,’ &c. Paulo infra, ‘lucem redde tuæ dux bone Patriæ.’ Pro *ominibus* legunt multi *nominibus*, quo sensu ipse Horatius adhuc Ode 2. lib. 1. ‘hic ames dici pater atque princeps,’ &c. quibus adde, pius, inclytus, maximus, quæ in auctoribus historiæ Augustæ multa legere est, et paucæ cap. sequenti: qualia Calig. c. 22.

<sup>c</sup> *Supplicium de quoquam sumeretur*] Festis enim diebus tam Romani quam Græci a suppliciis abstinere. Quin et apud Græcos publica judicia, atque idcirco omnem condemnationem, cessasse notat Salmasius, si legati in quasdam urbes religionum titulo celebres advenissent, ut Delon, Epheson, &c.

<sup>d</sup> *Patris patriæ*] Quod Ciceroni pri-



repentino maximoque consensu detulerunt ei.<sup>†</sup> Prima plebs, legatione Antium<sup>e</sup> missa: dein,<sup>3</sup> quia non recipiebat, ineunti Romæ spectacula frequens et laureata:<sup>f</sup> mox in Curia Senatus,<sup>g</sup> neque decreto, neque acclamatione,<sup>h</sup>

~~~~~

Cuj. Mox voculam *ei*, quam Burm. abesse malebat, non agnoscit Vind. 2. et plane insititiam opinatur Ond. *Plebs prima* est in Medic. 1. *plebs* Vind. 2. ut supra Vind. 1. cap. 40. Conj. autem Burm. *Et pr. pl.* Tum deest *legatione* Fouc.—3 *Deinde* Vind. 2. Periz. et Edd. pr. aliaque. *quod non* Periz. Harlem. Edd. Ven. 1. Lugd. Junt. Ald. *deindeque non* Ven. duæ rell. Item *spectaculum*

NOTÆ

mo, post oppressam Catilinæ conjunctionem, delatum in Senatu a Q. Catulo, quod ipse testatur in Pisonem et pro Sextio, et a Catone Iulenta apud populum oratione, quod narrant Plutarchus in Cicerone, et Ap-pianus in Bell. Civil. et Plinius lib. vii. cap. 30. Ciceronem appellans: ‘salve,’ inquit, ‘primus omnium parens patriæ appellate,’ &c. Hinc Juvenalis Satir. viii. vers. 244. ‘Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.’ A Cicrone egregiis quoque imperatoribus delatum; sed sub principibus alia quoque nomina inventi adulatio, ut Pii, Inelyti, Felicis, triumphatoris, &c.

† A. U. C. 758.

^e *Antium*] Hodie *Antio*, maritimum oppidum, quo sæpe ad relaxandum ab urbanis negotiis animum secedebat, triginta circiter millibus ab urbe dissitum.

^f *Laureata*] Qualis triumphantium currus sequebatur.

^g *Senatus*] Nec etiam defuerunt equites. Ovid. lib. ii. Fast. ‘Sancte patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques.’ Ubi Nonis Februarii factum dicit, anno scilicet ab U. C. 758. notat Casaubonus.

^h *Acclamatione*] Hac enim ratione,

impetu potius quam consilio honores illi maximi deferebantur, ut de Romuli consecratione satis innuit Livius lib. i. ‘mæstum aliquamdiu silentium obtinuit, deinde a paucis initio facto, Deum Deo natum, regem parentemque urbis Romanæ salvere universi Romulum jubent.’ Qui mos acclamandi e theatris postea in Fora, et inde in Senatum penetravit; sed has acclamandi formulas ante Capitolinum historicus nullus publicavit: ab eo ceteri non ipsas modo formulas, sed et numerum quoties quidque dictum esset, annotarunt. Trebellius Pollio in Divo Claudio: ‘hæc in Claudium dicta sunt: Auguste Claudi, Dii te nobis præsent (dictum sexagies), Claudi Auguste, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus Senator, tu vere Princeps (dictum octuagies),’ &c. Videsis Vulcatium Gallicanum in Avidio Cassio, Vopiscum in Tacito, et reliquos historiæ Augustæ Scriptores. Juxta quem morem Christiani quoque concionantes episcopos acclamationibus excipiebant, ut testatur D. Augustinus lib. de Doctrina Christiana cap. 27. et in actis ordinationis Eradii, cum illum S. Augustinus jam senex successorem sibi dixit. Verba retulit Casaubonus ad locum Vulcatii supra laudatum.

sed per Valerium Messalam.¹ Is,⁴ mandantibus cunctis, ‘Quod bonum,’ inquit, ‘faustumque^k sit tibi, domuique tuæ, Cæsar⁵ Auguste: sic enim nos perpetuam felicitatem Reipublicæ et læta huic⁶ precari existimamus: Senatus te, consentiens⁷ cum populo Romano, consalutat PATRIÆ PATREM.’ Cui lacrymans respondit Augustus his verbis: (ipsa⁸ enim, sicut Messalæ, posui:) ‘Compos factus votorum meorum, Patres Conscripti, quid habeo aliud Deos immortales precari, quam ut⁹ hunc consensum vestrum ad ultimum vitæ finem mihi perferre liceat?’ [59.] Medico Antonio Musæ,¹ cujus opera ex ancipiti morbo¹⁰ convaluerat, statuam ære collato juxta signum Æsculapii statuerunt. Nonnulli patrum^o familiarum testamento caverunt, ut

^o *Ex patribus familiarum quidam jusserunt testamento, ut hæredes sui ducerent victimas in Capitolium, et votum eorum solverent cum inscriptione hac prælata, Quia mortui Augustum superstitem reliquerant.*

//////////

Medic. 3.—4 Al. per. Val. Mess. id mand. sed lect. nost. firmant Memm. Medic. 3. probantib. Græv. Oud. Baumg. In Medic. 1. non apparet τὸ id.—5 nec Cæs. Fouc.—6 Torr. statuit aut expungendas voces et læta huic, aut addend. ordini. Alii alia supplent, ut Burm. *Senatui*, Oud. et Ern. *Urbì*. Periz. læta huic mutavit in *Senatui*. Lipsius *imprecari* suavit in meliorem sensum dicitur pro *apprecari*. Alii acquiescunt in deleto *huic*. Mox in Edd. Vet. rursus *extimamus* et *astimamus*.—7 *Tecum sentiens* Huls. Polit. Vind. 2. *senatusque cons.* Exc. Cuj. Omittitur *Romano* in Fouc.—8 *Ipsæ* Harlem. Periz. Cort. et Edd. Rom. Mox *apposui* Vind. 1. Cort. eum aliquot Torr. Pulm. Mss. et Edd. Rom. Ven. 2. 3. Mediol. *Messala apposuit* Periz. Harlem. Ed. Ven. 1. quæ etiam *enim* omisit. *posuit* Huls.—9 *Deest ut* in Cort. In Mediceis et Cuj. Voss. Dun. *fin. vitæ*.—10 *Anc. ex m.* Ed. Camp. Inferius *familiariam* habent

NOTÆ

¹ *Messalam*] Hujus familia et ut illusterrima, sic et historiæ monumentis notissima, ut passim colligere est ex infra dicendis, Tib. c. 70. Claud. 26. Rhet. 1. et Grammat. 4.

^k *Quod bonum faustumque, &c.*] Solennis hæc est consulum in faciendis relationibus formula. Torrentius sic verba hæc legenda censet *felicitatem Reipub. et læta huic ordini, &c.* addita ut patet postrema voce, quam Casaubonus addendam negat, trajectionem esse contendens, qua ‘huic’

referri debeat ad ‘Reip.’ quo modo capite proxime sequenti dixit, ‘prælato victimæ titulo ducerentur,’ pro ‘prælato titulo victimæ ducerentur.’

¹ *Antonio Musæ*] Musa Pomponiorum cognomen: unde Torrentius existimat ejus familiæ libertum hunc fuisse; libertis quippe nomina patronorum imponebantur. De illo medico adhuc infra c. 81. et Horatius epist. 15. lib. 1. ‘Nam mihi Baias Musa supervacuas Antonius; et tamen illis Me facit invisum.’

ab hæredibus suis, prælato victimæ titulo,¹ in Capitolium² ducerentur, votumque pro se solveretur, QUOD SUPERSTITEM AUGUSTUM RELIQUISSENT. Quædam Italiæ civitates diem, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt. Provinciarum pleræque super templa et aras, ludos quoque quinquennales^m pæne oppidatim constituerunt. [60.] Reges amici atque socii,³ et singuli in suo quisque regno, Cæsareas urbesⁿ condiderunt, et cuncti simul ædem Jovis Olympii,^o Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi sumtu destinaverunt,^{4p} Genioque ejus^q dedicare:† ac sæpe



Harlem. Edd. Mediol. Cald. Ven. 2. 3. Paris.—1 *Alio ord. tit. vict. Memm. Pal. tres, Medic. 2. 3. Fouc. Vind. uterque, Polit. Voss. Huls. Cuj. et Mss. Torr. cum Ed. Steph. astipulantibus Burm. Ond. Ern. Etiam victimæ Memm. —2 Capitolio Fouc. et solverent Vind. 1. Polit.—3 Atque socii desunt Cort. socii et exulant Edd. Rom. Mox Olympii testantur Medic. 1. 3. Vind. 2. et plures, suffragantib. Græv. Gron. Burm. aliisque. In Memm. Olympii. Vulgg. Edd. Olympici.—4 Destinaverant ad fidem historiæ aptius putat Casaub.—*

NOTÆ

^m *Quinquennales ludos*] Ad imitationem Olympicorum, quos in Jovis honorem singulis quinquenniis Græci celebrabant, quales et Hierosolymis faciendos instituit in ejusdem Augusti honorem Herodes, de quo Josephus lib. xv. Antiquit. c. 11. ubi eorum magnificentiam et Judæorum invidiam describit. Neapolitani quoque, ut infra cap. 98. et Pergameni, Dio lib. LI.

ⁿ *Cæsareas urbes*] Qualis fuit celeberrima illa, quam Herodes in Phœnicia ad maris littus eo loci condidit, qui tunc turris Stratonis dicebatur, hodie *Caisar* vel *Cassaria*. De ejus magnificentia prorsus mira Josephus lib. xv. Antiquit. c. 13. et lib. xvi. c. 9.

^o *Jovis Olympii*] Hoc inter varia Jovis cognomina, celeberrimum fuit apud Græcos, vel ab Olympio quodam quem Dionysius Ægypti rex filio Jovi institutorem dederit, ut Diodorus Siculus lib. iv. bibliothecæ tradit, vel a monte Olympo altissimo,

cujus ideo nomine cælum ipsum intellexerunt antiqui.

^p *Destinaverunt*] Casaubonus emendat *destinaverant*: quia templum hoc non nisi demum ab Adriano, ut auctor est in ejus vita Spartianus, absolutum est: verum qui destinatum, non continuo perfectum dicit. Plinius lib. xxxvi. c. 6. templum hoc longe antea inceptum fuisse innuit, cum inde advectas a Sylla columnas refert, ejus meminit et Pausanias in Atticis, et Strabo non semel. Tanta templum hoc magnificentia perfecit Adrianus, ut ejus in eo statuæ positæ sint a singulis Græciæ urbibus, quas omnes mirandi operis colosso superatas ab Atheniensibus, auctor est idem Pausanias; quin et ejus nomen magno etiamnum hodie in honore est apud eos, qui Athenis vivunt Athenienses, si vera ferunt, qui illinc ævo nostro remearunt, aut locorum situm descripsere.

† A. U. C. 711.

^q *Genioque ejus*] Hominiibus genium

regnis relictis, non Romæ modo, sed provincias peragranti, quotidiana officia togati,^r ac sine regio^s insigni, more clientium præstiterunt. [61.] Quoniam, qualis in imperiis ac magistratibus, regendaque⁶ per terrarum orbem pace belloque Republica fuerit, exposui; referam nunc interiorem ac familiarem ejus vitam, quibusque moribus atque fortuna domi et inter suos egerit a juventa usque ad supremum vitæ diem. Matrem amisit † in primo consulatu, sororem Octaviam^s quinquagesimum et quartum agens ætatis⁷ annum. Utrique cum præcipua officia vivæ præstitisset, etiam defunctæ honores maximos tribuit. [62.] Sponsam habuerat⁸ adolescens P. Servilii Isaurici⁹ filiam: sed reconciliatus post primam discordiam^t Antonino, expostulantibus¹⁰ utriusque militibus, ut et¹ necessitudine aliqua jungerentur, privignam ejus Claudiam, Fulviæ ex P. Clodio^u filiam, duxit uxorem,² vixdum nubilem; ac simultate^v



5 *Sine regno* Vind. 1. a m. pr. Harlem. qui et *clientum*, cum Periz. Cort. et Edd. multis priscis præter Bas. Eadem varietas in Tib. cap. 1.—6 *Regenda sine que* exaratur in Vind. 1. ut ediderunt Lugd. Junt. Ald. Steph. Suspecta sunt Burm. verba *per terr. orb.* et voc. *Republ.* insertam a librariis suspicatur Ond.—7 *Ætatis* exulat a Medic. 3. nec comparet nisi in marg. Vind. 1.—8 Burm. rescribi jussit *habuit* ex tribus Torr. Periz. Harl. et Edd. Vett. quibus consentiunt Vind. 1. ac Cort. In reliquis O. Mss. et Edd. recent. *habuerat* est exaratum.—9 Ed. Ven. 1. *Servilii et Isaurici*, unde conj. Burm. *Servilium Isaurici filiam*.—10 Ex sola conjectura Torr. voluit et *postul.* quod primus in contextum recepit Casaub. contra fid. Codicum et Edd. Vett. Restituit nostr. lect. Burm.—1 *Ut ex* Edd. Vett. et recent. præter Bon. Steph. Dolet. atque seqq. In Pin. *necessitate* probante Scheff. Tum in Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cop. *unirentur*.—2 *Claudio* præbet Fouc. Deest *uxorem* Cort. Camp. et *ritum* in Medic. 1. Voss. Etiam *ac* omittit Ed. Bon. Dein *orta* dant Medic. 1. 3.

NOTÆ

præesse dicunt: hunc autem cælorum alii motorem, naturæ Deum alii esse asserunt: suum cuique loco, personæ cuilibet alii tribuunt, quam tueatur et adjuvet. Quo sensu, per genium principis jurasse, antiquis tanti fuit, ut per omnes Deos, quam per unum Cæsaris genium citius pejerasse dicat Tertullianus; et qui hoc se jurejurando astrinxisset, nec adimpleret, hunc fastidibus castigandum rescripserint: l. XIII. ff. de jureju-

rando.

^r *Togati*] Reges illi Romanorum habitu induti.

† A. U. C. 711.

^s *Octavian*] An hæc sit major, an minor, jam supra notatum est huic auctori cum Plutarcho non convenire cap. 4.

^t *Post primam discordiam*] Supra, capitibus 10. 11. 12. et 13.

^u *P. Clodio*] De quo in Jul. c. 20. hoc mortuo, etiam Curioni nupserat

cum Fulvia socru exorta, dimisit intactam adhuc et virginem. Mox Scriboniam^w in matrimonium accepit,³ nuptam ante duobus consularibus,^x et ex altero etiam matrem. Cum hac etiam⁴ divortium fecit,[†] pertæsus, ut scribit, morum perversitatem ejus: ac statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis,^y et quidem prægnantem,⁵^z abduxit,^a dilexitque et probavit unice ac perseveranter. [63.] Ex Scribonia Juliam, ex Livia nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. Juliam primum Marcello, Octaviæ sororis suæ filio,^b tantum quod^{6c} pueritiam egresso, deinde, ut



Vind. 2. Cop. Dun. Voss.—3 Pro *accepit* habent *assumpsit* Vind. 2. Huls. in quo *et* non legitur ante *ex alt.* et delendum malit Ond. consentientib. Polit. Voss. Cop. Fonc.—4 Rescribit Ond. *quoque*, fide Medic. trium, Voss. et marg. Torr. cum quib. faciunt Fonc. Dun. *Cum qua* Vind. 1.—5 *Prægnatem* volebat Lips. et ita Huls. qui cum Vind. utroque dat *adduxit*. Dein *ac prob.* Medic. Pulm. duo et Edd. aliquot.—6 Hanc emendationem Torr. confirmant Mss. Casaub. Medic. 3. Polit. Periz. Cuj. Marg. Gryph. Vind. uterque, et Ed. Steph. In aliis et Edd. Vett. *tantumque*. In uno Torr. *tantum puerit.* et in Pal.

NOTÆ

illa Fulvia, tum denique Antonio: hanc tradit Florus fœminam fuisse, virilis militiæ gladio cinctam. In Jul. c. 14. et 15.

^v *Simultate*] Hujus causam obscœnam fuisse colligas ex veteri Augusti epigrammate.

^w *Scriboniam*] Ex illustrissima Libonum familia, ejus L. Scribonii filia, qui S. Pompeii socer erat, ex Dione. Scriboniæ fit mentio: Grammat. cap. 19.

^x *Duobus consularibus*] Horum alterum Scipionem fuisse, facile colligere est ex Propertii Elegia 12. alterum adhuc quærere se fatetur Casaubonus.

† A. U. C. 715.

^y *Tiberii Neronis*] De hoc, sequenti libro.

^z *Prægnantem*] Tacitus et Dio auctores sunt, consultos Pontifices re-

spondisse, faustum hujusmodi esse matrimonium. Prudentius autem Apollinis acceptum oraculo, ‘Idque Deum sortes, et Apollinis antra derunt Consilium: nunquam melius nam cedere tædas, Responsum est, quam cum prægnans nova Nupta jugatur.’

^a *Abduxit*] Hoc verbo vis quædam significari videtur, a Tiberio tamen volente concessam, infra patebit.

^b *Octaviæ sororis suæ filio*] Jul. c. 27.

^c *Tantum quod*] Vulgati legebant *tantumque*. Hoc est vixdum. Sicque loquitur Suetonius non semel, infra cap. 88. Neron. c. 6. Vesp. cap. 5. et Cicero lib. ix. epist. ad Atticum: ‘hæc cum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse perlatam.’ Velleius c. 17. Tiber.

is obiit,^d M. Agrippæ nuptum⁷ dedit, exorata sorore, ut sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum^e habebat, et ex ea liberos. Hoc quoque defuncto, multis, ac⁸ diu, etiam ex equestri ordine, circumspectis conditionibus,^f Tiberium privignum⁸ suum legit:⁹ coëgitque prægnantem uxorem, et ex qua jam pater erat, dimittere. M. Antonius scribit, 'Primum cum Antonio filio suo¹⁰ despondisse^h Juliam; dein Cotisoni,ⁱ Getarum regi: quo tempore sibi quoque invicem filiam regis^k in matrimonium petisset.'² [64.] Nepotes ex Agrippa et Julia tres habuit,

2. *tamen pueritia legitur.*—7 *Nuptui Periz.* Edd. Rom. Ven. et rell. Vett. etiam Bas. Plant. Gryph. præter Steph. quem secutus est Casaub. et alii, auctoritate plurimum Codd. *Nupsi Harlem. Agrippa nuptum* Exc. Cnj.—8 Edd. quædam *et*; sed copulam omittunt Harlem. Periz. Cort. Edd. Rom. Ven. Mediol. et O. Vett. sed Bas. et recent. *ac.*—9 *Constanter scripti O. elegit*, et editi ante Græv. qui cum Gron. edidit *legit*, et receperunt Burm. Ern. Bip. Wolf. et Baumg. Reposuit tamen *elegit* Oud.—10 *Suo* abest a Vind. 1. et pro *Julium* præbet Fouc. *filiam.* Tum *deinde* Cort. Vind. 2. Memm. cum aliquot Mss. Burm. et Edd. prr.—1 *Cosini* Memm. *Cosini* Medic. 1. 3. Vind. 2. Cop. qui et *genitarum* cum Medic. 1. *Geristarum* Vind. 2.—2 Casaub. placuit contra Mss. et Edd. Vett. *petiisse*, idque retinent Raphael. Var. et recentissi.

NOTÆ

^d *Ut is obiit*] Marcellus nempe, anno ætatis 18. Plinius lib. xxv. c. 7. dicit frigidarum balnea ab Antonio Musa, de quo supra, et ejus fratre Euphorbo, Jubæ regis medico, inventa fuisse; et Dio illis enectum Marcellum, fraudibus Livie et medici obsequio, propter summam illam populi erga Marcellum benevolentiam, de qua Virgilius in fine lib. vi. *Æneid.*

^e *Alteram Marcellarum*] Duas ex Marcello conjugæ filias, et nuncium filium Octavia suscepit. Ubi nota filias paternis appellari cognominibus. Calig. c. 12.

^f *Conditionibus*] Hic simpliciter intelligitur de vario dignitatum et honoris gradu, alias aliter. In Jul. c. 27.

^g *Tiberium privignum*] Livie uxoris et Neronis prioris mariti filium, qui

Agrippinam duxerat, ut in Tiberio c. 7. &c.

^h *Despondisse*] Quo tempore mortua Fulvia, Octaviam duxit Antonius.

ⁱ *Cotisoni*] Hujus meminit Horatius Ode 8. lib. III. 'occidit Daci Cotisonis agmen,' &c. Dacum illum appellat, quem Suetonius Getarum regem: quo confirmatur Plinii hic locus lib. iv. c. 12. 'ab eo in plenum quidem omnes Scytharum sunt gentes, variæ tamen litori apposita tenere, alias Getæ, Daci Romanis dicti,' &c. quamvis aliter, sed juxta antiquam divisionem loquatur Strabo lib. vii. De Dacis, Jul. c. 44.

^k *Invicem filiam regis*] Quod falso hac de causa objectum dicit Casaubonus, ut Antonius suas cum Cleopatra nuptias aliquo prætextu excuset.

Caium,³ Lucium, et Agrippam: neptes duas, Juliam, et Agrippinam. Juliam L.⁴ Paulo, Censoris filio, Agrippinam Germanico, sororis⁵ suæ nepoti, collocavit. Caium et Lucium¹ adoptavit, domi per assem⁶ et libram^m emtosⁿ a patre Agrippa: tenerosque adhuc ad curam⁷ Reipublicæ admovit: et Consules designatos circum provincias exercitusque dimisit. Filiam et neptes ita instituit, ut etiam lanificio^o assuefaceret, vetaretque loqui, aut agere quic-



mæ.—3 *Caium et Luc.* Mss. Pulm. Medic. omnes, Vind. uterque, Cort. Dun. Fouc. Voss. Periz. a m. sec. et Edd. Rom. Ven. Mediol. aliæque. Tum pro *Agrippinam* utroque loco *Agrippam* Vind. 1. Harlem.—4 Prænomen *L.* deest Cuj.—5 Ita scripti omnes, sed Edd. Frobenii *uxoris* habent, probante Torr. Paulo ante *Censorio* in Fouc.—6 Hanc lect. fide codd. tuetur Casaub. Quidam legend. mallet *per æs*, et ita Edd. Ald. et Steph.—7 *Curæ* Medic. 1. 3. Cop. Desunt verba *ad cur.* Huls. Mox *ad lanificium* Cort. duo Mss. Torr. et

NOTÆ

¹ *Caium et Lucium*] Hi sunt quos Augusti liberos supra toties dixit.

^m *Adoptavit, domi per assem et libram*] Adoptiones apud Romanos varie pro varia personarum conditione fieri solebant. Qui in patria potestate constituti, consentiente patre adoptabantur, ii PER ÆS ET LIBRAM debebant adoptari; hæc enim adoptio, erat imaginaria et fictitia quædam venditio, qua pater naturalis filium suum adoptivo patri cedebat et quasi mancipabat, ad similitudinem servorum, quos et emebant hoc modo. Adhibebatur autem æs et libra et libripens, hoc est, minister appendendo æri destinatus, (pecuniam quippe, seu potius æs suum ab initio appendebant, non numerabant) et quinque testes, cives Romani puberes, quorum in conspectu, qui mancipium accipiebat, seu filium alterius in adoptionem: æs tenens, hæc verba proserebat: HUNC EGO HOMINEM EX JURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO, ISQUE MIHI EMTUS EST HOC ÆRE ÆNEAQUE LIBRA. Tum

ære libram perentiebat, ipsumque æs dabat ei, a quo mancipium sen filium (nec enim hoc casu differebant) accipiebat. Hiuc Horatius epist. 2. lib. II. vs. 158. ‘si proprium est, quod quis libra mercatur et ære:’ inde mancipare pro vendere apud Cicero-nem et alios, et emancipare pro e potestate dimittere, &c. Torrentius pro *assem* emendavit *æs*; Casaubonus *assem* retinuit, quanquam a jureconsultis *æs* sæpius dicatur. ‘Domi’ vero dixit: publica enim auctoritate non egebat hujus generis adoptio, propter potestatem patris in filios; secus cum arrogaretur paterfamilias.

ⁿ *Emtos*] Fictitia illa venditio, de qua modo.

^o *Lanificio*] Ordinarium illud apud Græcos et Romanos exercitium, ut de Penelope Ovidius, de Tanaquille et Lucretia Livius, aliique satis demonstrant: apud Persas probro habitum, si quæ fœmina lanæ manus admoveret, ut patet exemplo Sisigambis et aliarum, apud Curtium.

quam, nisi propalam,⁸ et quod in diurnos commentarios^p referretur. Extraneorum quidem cœtu⁹ adeo prohibuit, ut L. Vinicio,¹⁰ q̄ claro decoroque juveni, scripserit quondam, ‘Parum modeste¹ fecisse eum, quod filiam suam Baias^r salutatum venisset.’ Nepotes et literas, et notare,² s̄ aliaque rudimenta, per se plerumque docuit: ac nihil æque



Ed. Camp.—8 *Palam* Harlem. Cort. Edd. Camp. Ven. tres aliæque. Dein quod exulat a Memm. et Medic. 3. Item *diurnos* Cop. Fonc. Dnn. Harlem. Medic. 2. 3. Vind. 1. Cort. Periz. Ed. Ven. 1.—9 *Catum* Huls. Medic. 2. 3.—10 *Tunicio* Ed. Beroaldi aliæque, ut in Ms. nno Torr. *Turinio* Cuj. Lisl. *Licinio* Cop. Pal. 3. Vind. uterque, *Lucinio* Medic. 1. 3. Pal. 2. et Viterb. sine prænôm. ut *Licinio* Pal. 1. *Tucinio* Edd. Rom. Ven. 2. 3. Bon. Lugd. Mediol. Junt. Ald. Steph. Bas. et recent. præter Bas. post. *Vicino* Voss. et Mss. Torr. *Vicinio* Memm. Medic. 2. Fonc. Pith. Periz. Harlem. Ursini, et Ed. Ven. 1. Inde fecit Froben. *Vinicio*, probantibus Giphân. Casaub. Torr. Grut. Oud. Alii *Titinio* in membb. reperiri affirmant.—1 Boxhorn. rescribend. malit *par. honeste*.—2 Ita emendavit Lips. Elect. II. c. 17. cui astipulantur Burm. Casaub. Oud. Ern. Wolf. et Baumg. Mss. et Edd. O. *natare* habent, quod tuentur Torr. Grut. Bip. et Boxh. in Epist. ad Blæspil. corri-

NOTÆ

^p *Diurnos commentarios*] Hi erant privata Ephemerides: hoc est, liber quo res singulis diebus gestæ describebantur a liberto, vel a servo, qui ideo ‘a memoria’ sive ‘a commentariis’ dicebatur. At Augusti ipsius diurni actus, quos singulis ipse diebus conficiebat, ea tantum continebant, quæ ad imperii rationarium pertinerent.

^q *Vinicio* [*Tucinio*] Variant hic quam maxime codices: alii *L. Titinio*, alii *Turinio*, *Vicino*, *Vicinio*; ex hoc Torrentius conficit *L.* vel *T. Vinicio*: clara quippe Augusti temporibus Viniciorum familia, ut ex Velleio colligas, et ex c. 71. infra, ubi quidam Vinicius Augusti conviva legitur, ac maxime ex nummo veteri, quem Torrentius in eum finem huc protulit.

^r *Baias*] Notus aquarum calidarum balneis et deliciis locus in Campania, etiam hodie *Baia*.

^s *Literas, et notare* [*natare*] Lipsius Elector. lib. II. cap. 17. emendat *no-*

tare, ut sit sensus, illos ab ipsomet Augusto notas edoctos tam scribendas quam intelligendas, ut supra de Julio in Jul. c. 56. notatum est, de ipso Augusto infra c. 88. Torrentius retinuit *natare*, tum auctoritate codicum unanimi; tum ipso usu verbi notare, cujus sensus nunquam iste, tum denique antiquorum consuetudine adductus; hi quippe corporis et animi pariter exercitia promovebant, unde proverbium de rudi prorsus et indocto, μήτε νέιν μήτε γράμματα, hoc est neque nare neque literas; quæ ambo ut addiscerent filii, præsertim satagebat Augustus. Natatio una e palæstræ exercitationibus; singulis enim ferme diebus adolescentes Romani conveniebant in Campum Martium, ubi currendo, luctando, et in propinquo Tiberi natando, tum ad abluendas sordes cursu et lucta contractas, tum ad hanc quoque artem ediscendam exercebantur.

elaboravit,³ quam ut imitarentur chirographum suum. Neque cœnavit una, nisi ut⁴ in imo lecto assiderent :^t neque iter fecit, nisi ut vehiculo anteirent, aut circa adequarent. [65.] Sed lætum eum,⁵ atque fidentem et sobole et disciplina domus, Fortuna⁶ destituit. Julias, filiam⁷ et nepotem, omnibus probris contaminatas, relegavit.^u Caium et Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos, Caio in Lycia,^v Lucio Massiliæ,^w defunctis. Tertium nepotem, Agrippam, simulque privignum, Tiberium, adoptavit in Foro lege Curiata.^x Ex quibus Agrippam brevi ob



gend. censet *ut natare*. Mox *aliasque* est in Medic. 1.—3 Sic constanter omnes fere Codd. et Edd. Vett. usque ad Bas. post. Ant. Gryph. et recentt. quæ *laboravit*. Illud placet Græv. Gron. Burm. Oud. Wolf. et Baumg. hoc servat Ern. cum Bipontinis.—4 *Abest τὸ ut a Medic. trib. Voss. Cort. Edd. Camp. Dolet. Bas. Plant. Gryph. Torr. Maiit Oud. in deleri cum Vind. 1. Fouc. aliisque, auctore Lips. ad Tacit. XIII. 16. Mox uno lecto in Vind. 2. a m. pr. Periz. Cop. Harlem. quatuor Torrentianis et Edd. Rom. Ven. Mediol. Bon. Lugd. Dein aut vehic. Cort. ac circum Vind. 1.—5 Eum abesse vellet Burm. sed agnoscunt Mss. O. Tum sobole Exc. Voss. et Edd. quædam.—6 Dom. Fort. jungi placet Nich. Hopsio, testante Oud.—7 Optinus liber Torr. et filiam. Mox mensum Exc. Cuj. sicut in antiquiss. Codd. teste Oud. exarat.*

NOTÆ

^t *Assiderent*] Sedebant pueri, non accumbebant, ut adhuc in Claud. cap. 32. quemadmodum et fœminæ, ut Valer. Max. lib. II. c. 1. 'Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitæbant, quæ consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit,' &c. Imus lectus ille est, quem dicto Claudii loco 'fulera lectorum' appellat. Quin et iis peculiarem mensam Tacitus assignat Annal. XIII. 'mos habebatur, principum liberos cum ceteris ejusdem ætatis nobilibus sedentes, vesci in aspectu propinquorum propria et parciore mensa.' Hinc imi subsellii virum dixit Plantus in Stich. Act. III. Sc. 2. vs. 33. parasitum scilicet, 'Haud postulo equidem summo in lecto accumbere, Scis me dudum esse imi subsellii virum.' Et infra Act. v. Sc. 4. vs. 22. 'Potius in subsellio Cynice accipiemur quam

in lectis,' &c. Et Horat. Sat. 8. lib. II. vs. 40. et epist. 2. ad Lollium.

^u *Relegavit*] In loca longe disita : filiam scilicet in insulam Pandateriam, ut tradit Dio in actis anni 758. hodie *Palmata* in mari Tyrrheno; nepotem vero in insulam Trimerum, ut Tacitus Annal. IV. hodie *S. Maria di Tremiti* in Adriatico mari, ante montem Garganum.

^v *Caio in Lycia*] De hoc in Tiberio cap. 12. 13. 15. Lycia autem Asiæ regio, in ora australi : hodie *Aldinelli*, aliis *Bricquia*.

^w *Massilia*] Ibi inglorius morbo periit, Hispanias petens, ut ait Vel-leius lib. II.

^x *Lege Curiata*] Hoc est Curiatis lata comitiis, de quibus in Jul. c. 13. ideoque publice non domi adoptavit : quid ita ? quia nempe hi patre mortuo facti erant sui juris, et patresfamili-

ingenium sordidum⁸ ac ferox abdicavit,² seposuitque Surrentum.^a Aliquanto autem patientius mortem, quam dedecora suorum, tulit. Nam Caii Luciique casu non adeo fractus, de filia⁹ absens ac libello, per Quæstorem^b recitato, notum Senatui fecit; abstinuitque congressu hominum diu¹⁰ præ pudore, etiam de necanda deliberavit. Certe cum sub idem tempus una ex consciis liberta, Phœbe¹ nomine, suspensio vitam fuisset, ‘Maluisse se,’ ait, ‘Phœbes patrem fuisse.’ Relegatæ usum vini, omnemque delictiorem cultum ademit: neque adiri a quopiam² libero servove,



Ceterum in Massilia habent Vind. 2. Huls.—8 Scordalum legendum iudicabat Salm. probante Ruhnk. stolidum vel horridum malebat Casaub. favente Heins. nihil tamen mutandum statuunt Boxh. Ern. Oud. et Baumg. Paulo ante voc. brevi non agnoscit Cort. Mox aliquando Cort. Cald. aliquanto etiam Vind. 2.—9 Factus de filia sen de filia Exc. Cuj. A Medic. 1. exulat ac.—10 Non apparet diu in Harlem. Dein Vind. 1. necanda ea.—1 Hæc emendatio Pulm. est, ut et mox Phæbes, quam ex Dionis lib. Lv. ad marg. Ed. Dolet. allevit etiam Giphani. Omnes Mss. et Edd. Vett. dant Fede et Fedes vel Fæd. In Pal. trib. Fædæ seu Pedæ. Medic. 3. secundo loco Fæde. In Cop. superscript. Pæne. Dein nomine, cum omnib. suis codd. abesset, abiecit Grut. nec agnoscunt Medicei, Vind. 1. Pin. Cuj. Voss. Edd. Ven. tres, Arg. Mediol. Cald. Arg. et Junt. unde sic distinguit Oud. una ex consciis, liberta Phæbe.—2 A quoquam edidit Oud. ex Mss. quod sciat omnibus, excepto Memm. et ex edi-

NOTÆ

lias: ejus autem conditionis personæ, nisi consensu populi et coram Pontificibus, in alterius potestatem transire non permittebantur. Hæcque adoptionis species propria appellatiōe dicebatur arrogatio.

¹ Sordidum] Legit Casaubonus stolidum ac ferox: tum quia non putat sordes eas esse potuisse, quarum causa tantas iras conciperet; (verum quidni tam sordes quam stoliditas illas excitent?) tum quia Tacit. Annal. 1. Agrippam illum dicit ‘rudem bonarum artium, et robore corporis stolidè ferocem.’ Salmasius ex suo codice probabat scordalum, quod et optime dixeris: est enim audax.

² Abdicavit] A bonis suis amovit et exheredavit. Quintilianus in Declamat. ‘lex abdicatiōis adversus ferociam filiorum constituta est.’

^a Surrentum] In Campania: hodie Sorrento.

^b Quæstorem] Is ex eorum genere fuit, qui candidati principis dicti sunt, quorum opera in libellis, aliisque ejusmodi in Senatu significandis, principes post eversam Remp. utebantur. Idem, quod hic Suetonius, habet Seneca lib. vi. de Benefic. cap. 32. ‘D. Augustus filiam intra pudicitiae maledictum impudicam relegavit, et flagitia principalis domus in publicum emisit,’ &c. Et hæc præterea: ‘Deinde cum, interposito tempore, in locum iræ subiisset vercundia, gemens quod non illa silentio pressisset, &c. exclamavit: Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Mæcenas vixisset.’

^c Phæbe] Vulgatæ editiones et quidam Mss. fæde et fædes habent.

nisi se consulto, permisit, et ita, ut certior fieret, qua is ætate, qua statura,^d quo colore esset, etiam quibus corporis notis, vel cicatricibus. Post quinquennium demum ex insula in continentem,^e lenioribusque³ paulo conditionibus, transtulit eam. Nam, ut omnino revocaret, exorari⁴ nullo modo potuit; deprecanti^f sæpe populo Romano, et pertinacius instanti, ‘tales filias talesque conjuges’ pro concione imprecatus.⁵ Ex nepte Julia post damnationem editum infantem agnosci⁶ alique vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiolem, in insulam^g transportavit, sepsitque insuper custodia militum. Cavit etiam Senatusconsulto, ut eodem loci⁷ in perpetuum contineretur: atque ad omnem et ejus et Juliarum mentionem ingemiscens, proclamare etiam solebat,

Αἰὶθ' ὄφελον^h ἀγαμός τ' ἔμμεναι,⁸ ἀγονός τ' ἀπολέσθαι^p

^p *Utinam vel sine uxore mansissem, vel perissem sine liberis.*

//////////

tis Casaub. prioribus. *Nostr. lect.* tamen tumentur Burm. Ern. Bip. Wolf. *a quoquam adiri* Medic. 1. In Ed. Burm. *liberto*, vitio operarum, uti conj. Ond. sed in Fonc. idem legitur. Tum *servoque* Medic. 1. 2. Vind. uterque, Dun. Harlem. Periz. Cort. et Edd. ante Gryph.—3 *Levioribusq.* Huls. Fonc. Medic. 1. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. pr. Bon. Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg. Paris.—4 *Exhortari* Cort. Mox *pertinacius* Ed. Rom.—5 *Post imprecat.* addiderunt est Edd. Junt. Ald. Bas. Steph. et recentt. qq.—6 *Adcognosci* Memm. Medic. 3. Polit. Vind. 1. ac plurimi, quod placuit Gron. *accognosci* Medic. 2. Dun. *cognosci* Exc. Voss. Mox *nihilominus* Cop.—7 Sic Torr. Casaub. et seqq. ediderunt, uti extat in Memm. Polit. Vind. utroque, Cuj. Voss. In reliquis loco. Vind. 1. caret *τοῖς in perpet.* et in Vind. 2. *detineretur*.—8 Libri vulgg. *τέ μέναι*, et unus Ms. Torr. *ἔμμεναι*. Ed. Froben. *μήναι*, ut in trib. codd.—

NOTE

^d *Qua is ætate, qua statura*] Videtur ibi quidpiam latere, quod alii aliter conjiciunt: forte ut resciret pluresne an pauciores, an iidem, an alii, sæpe vel raro eam adirent, atque inde vel ejus nosset adulteros, vel etiam utrum necne quid pro libertate sua moliretur, edisceret.

^e *In continentem*] In oppidum Rheginorum, ubi inclusa fuit: hodie *Reggio* vel *Riggio*, in ora Calabriae ulte-

rioris.

^f *Deprecanti*] Hoc est cum conaretur amoliri ejus pœnas.

^g *In insulam*] Planasiam: hodie *Pianosa*, in mari Tyrrheno: fuerunt et aliæ nominis ejusdem insulæ. Notum est autem vulgare fuisse temporum illorum supplicium, in insulam deportari, ex Juvenali Sat. 1. ‘Aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum,’ &c.

nec aliter eos ⁹ appellare, quam tres vomicas, ¹ aut ¹⁰ tria carcinomata ^k sua. [66.] Amicitias neque facile admisit, et ¹ constantissime retinuit; non tantum virtutes ac merita cujusque digne prosecutus, sed vitia ¹ quoque et delicta, duntaxat modica, perpessus. ² Neque enim temere ex omni numero in amicitia ejus afflicti reperientur, ³ præter Salvidienum ^{4 m} Rufum,† quem ad consulatum usque, et Cornelium Gallum, ⁿ quem ad præfecturam Ægypti, ex in-

9 Hanc lect. testantur Memm. Medic. 2. 3. Fouc. Vind. 2. Pin. multique alii, probantib. Torr. Burm. Ern. Oud. *Eas præbent Medic. 1. Vind. 1. Lys. Harl. Periz. et Edd. Vett. O. præter Bon. Illos Exc. Cuj. cum Edd. Casaub. unde fluxit in Raphael. Var. Pitisc. aliasque recentt.*—10 *Ac tr. Medic. 3. Cop. Fouc. Voss. cum Mss. Torr. et Edd. Rom. Etiam tris in Memm.*—1 *Sed const. Pal. 1. Mox et ante non tant. dant Pin. Harlem. Huls. Medic. 1. 2. Vind. 1. Cort. ac Edd. usque Casaub. qui delevit. Dein virtutum Harlem. cum Edd. Vett. Bas. prioribus. Virtutis Dolet.*—2 *'In membr. scriptum erat sed vit. qu. duntaxat, et mod. delict. perpes. Ex eo adducor ut ita censeam legendum, nec vit. qu. duntaxat, sed et del. mod. perp.'* Casaub. quem sequitur Scriv. In Pal. 1. *sed vit. qu. dunt. et del. mod. perp. sed in 3. quam vit. quoque, et del. dum.*—3 *Reperirentur Harlem. Huls. Periz. Fouc. Edd. Camp. Ven. tr. Lugd. Junt. Bas. Gryph. Arg. Plant. reperiuntur Vind. 1. Cort. V. ad Jul. cap. ult.*—4 *Salvidienum Mss. O. Torr. Burm. Oud. cum Edd. Vett. etiam Bas. et Ant. Gryph. Salvidemum Fouc. Ed. Rom. Salvidenum Seb. Gryph. et codd. aliquot. Item Ruffum habent Edd. Rom. Ven. Bon.*—

NOTÆ

^h Αἴθ' ὄφελον, &c.] Versus est III. Iliados.

ⁱ Vomicas] Eæ sunt tumores purulenti in corpore.

^k Carcinomata] Ex genere caucorum sunt, eoque difficiliora sanatu, quod curationibus irritantur. De his plura apud Plinium multis locis.

† A. U. C. 714.

¹ Sed vitia, &c.] Casaubonus in membranis legebat: *sed vitia quoque duntaxat et modica delicta perpessus.* Unde ipse sic legendum censuit: *nec vitia quoque duntaxat, sed et delicta modica perpessus.*

^m Salvidienum] Hunc conjuratis annumerat Livia apud Senecam lib. de Clementia c. 9. Dio lib. XLVIII. refert huic, cum gregem pasceret, flammam e vertice emicuisse, futuræ

magnitudinis omen, ut infra Tib. c. 14. notabitur; atque eo dignationis apud Augustum pervenisse, ut cum Augustus necdum Senatorem, consulem tamen designavit, et Appianus v. Bellor. Civil. hoc ejus crimen fuisse refert, quod Augustus ab Antonio acceperat, Salvidienum, cum Gallie Narbonensis exercitui præesset, ad se deficere voluisse, unde Augustus prætextu negotii cujusdam accersitum, occidi jussit, paulo, ut patet, aliter ac Suetonius.

ⁿ Cornelium Gallum] Servius in Eclog. 10. Virgilii, 'Caium' appellat, Eutropius 'Cnæum.' 'Hic est,' inquit Servius, 'Caius Asinius Gallus orator, Asiui Pollionis filius, &c. fuit autem amicus Virgilio, adeo, ut quartus Georgicorum a medio ad fi-

finis utrumque fortuna provexerat. Quorum alterum,⁵ res novas molientem, damnandum Senatui tradidit: alteri, ob ingratum et malevolum animum, domo et provinciis⁶ suis interdixit. Sed Gallo quoque et accusatorum denuntiatio- nibus et Senatusconsultis ad necem compulso,[†] laudavit quidem pietatem[°] tanto opere pro se indignantium; ceterum et illacrymavit,⁷ et vicem suam conquestus est, 'quod sibi soli non liceret, amicis, quatenus⁸ vellet, irasci.' Reliqui potentia atque opibus ad finem vitæ sui cujusque⁹ ordinis principes floruerunt, quanquam et offensis intervenientibus.¹⁰ Desideravit enim nonnunquam, ne de pluribus referam, et M. Agrippæ patientiam,¹ et Mæcenatis taciturnitatem; cum ille ex levi rigoris^{2 p} suspicione, et quod Marcellus^q sibi



5 *Alterum ob Huls.*—6 Menardus ad Cic. de Div. c. ult. putat mendum esse in voc. *provinc.* et *congressibus* vel *salutationibus* vel sim. qu. desiderari. Paulo ante *maliv.* plures codd. quos laudavit Oud. ut et *benic.* inferius, solita variatione.—7 *Lacrimavit* Medic. 3. *ceterum lacrim.* Polit. Tum *est* exulat a Medic. 1. 3.—8 *Quoties* Periz. a m. pr. sed in marg. correct.—9 *Sui quisque* emendavit Torr. e suis codd. et Ed. Froben. probantibus Urs. Casaub. Scriv. Oud. aliisque, favente etiam Memm. In Mediceis *quisque*. Sed in Mss. pluribus et Edd. Vett. O. ad Bas. post. extat *sue cujusque*, unde Ern. restituit lect. nostr. quem secuti Bip. Wolf. Baumg. Paulo superius pro *potent.* in marg. Vind. 2. *pecunia*, et *princeps* Vind. 1. Ord. invers. *flor. princ.* Vind. 2. Cop.—10 *Intus vcn.* Vind. 1. Tum in Fouc. *enim* abest post *desider.* item *de* ante *plurib.*—1 *Impatient.* Fouc. Memm. Medic. 2. Vind. Pin. Cnj. *potentiam* Cop. Tum *Mæcenati* Cnj.—2 Lips. ad Vell. 11. 83. et Muret. ad Tac. Ann. 1. 3. emendarunt *frigoris*, idque probarunt Salm. Torr. al. Etiam recepere Ern. Bip. et Wolf. Nihil mutand. tamen contra O. codd. lect. contendunt Ca-

NOTE

nem ejus laudes teneret, quas postea, jubente Augusto, in Aristæi fabulam commutavit,⁷ &c. Ingratum autem et malevolum suum animum videtur indicasse, quadam linguæ per ebrietatem petulantia. Ovidius quippe, 'Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo; Sed linguam nimio non tenuisse mero.' Quanquam adhuc dissentiat Amm. Marcellinus lib. xvii. De Asinio Pollione supra c. 43. et lib. 1. c. 30.

† A. U. C. 728.

° *Pietatem*] Principi maledicere, impietatem appellant, contrarium contrario vocabulo.

Delph. et Var. Clas.

^p *Rigoris*] Lipsius, notis ad Velleium, scribendum censet *frigoris*; nam frigora et friguscula inter amantes, amicos satis usitata. Casaubonus, auctoritatem codicum secutus, nihil immutat, et 'rigorem' intelligit, quasi Agrippa suspicatus esset, se minus familiariter acceptum ab Augusto: quo sensu dixit, in Jul. c. 78. 'minus familiari vultu respexisse,' cui opponitur blanda salutatîo, cum quibusdam familiaritatis notis. Plinius in Panegy. 'gratum, quod tantum non ulro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderet.' Casauboni mentem firmat Plinius,

Sueton.

X

anteferretur, Mytilenas^r se, relictis omnibus, contulisset; hic³ secretum de comperta Murenæ conjuratione uxori Terentiæ^s prodidisset. Exegit et ipse invicem⁴ ab amicis benevolentiam mutuam, tam a defunctis, quam a vivis. Nam, quamvis minime appeteret hæreditates, ut qui nunquam ex ignoti testamento capere quicquam sustinuerit; amicorum tamen suprema judicia morosissime pensitavit; neque dolore dissimulato, si parcius, aut citra honorem verborum, neque gaudio, si grate pieque quis se⁵ prosecutus fuisset. Legata, vel partes hæreditatum, a quibuscumque parentibus relicta⁶ sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut, si pupillari ætate essent, die virilis togæ, vel nuptiarum, cum incremento restituere consuevit. [67.] Patronus dominusque non minus severus, quam facilis et clemens, multos libertorum in honore et usu maximo habuit: ut Licinium Enceladum,⁷ aliosque. Cosmum⁸

⁹ Nihilominus examinavit admodum solite ultimas voluntates amicorum suorum, ut nequidem dissimularet uerbitatem suam, si quis dedisset minus et sine honorifico elogio, vel lætitiâ, si aliquis memori animo et pio fuisset erga se.



saub. Oud. Baum. et Reitzius in Dictatis locis Plin. VII. 19.—3 Et ante hic addunt Mss. et Edd. fere O. ante Torr. Casaub. et seqq. Restituit Burm. ac post eum Oud. Mox non prodid. Vind. 1.—4 Invicem non legitur in opt. cod. Torr. 'nec male,' ait.—5 Quisque Cop. qui mox partem cum Medic. duobus. Hæreditatum habent Memm. Medic. 3. Cuj. quod prætulere Casaub. Oud. Wolf. Dein et a quib. Medic. omn. Periz. Edd. Vett. præter Bon. Ald. seqq.—6 Unus lib. Torr. relictas. Denique pro consuevit, receptum auctoritate Medic. 1. 3. Vind. 1. teste Oud. dant consuevit. Burm. Ern. Bip. al. In Cuj. Pin. et Voss. constituerat.—7 'Conjunxi utrumque nomen ut unius hominis, ex sententia Casaub. et Oud. cui plures codd. favent.' Baumg. Non distinguunt Edd. Ven. Lugd. Junt. Ald. Gryph. Plant. Græv. pr. Pitisc. cum al. mult. usque ad Torr. Lucinium Mss. quidam et Ed. Camp. quæ Encheladem. Conj. Casaub. ita refingend. Licin. et Celadum, probante Burm. Wolfio tamen aridet emendatio Oud. Licinium, Eorum, Celadum, inscriptionibus fulta.—8 Cosinium Harlem. Periz. Edd. Ven. Bon. Steph. Ald. Bas. Gryph. al. Cosini Fouc. Cosmium Lugd. Arg. Consinium Paris. Cosmum firmant Mss. Oud.

NOTE

qui inter Agrippæ incommoda prægrave soceri (id est Augusti) servitium annumerat. Muretus idem quod Lipsius censuit 1. Annal. Taciti.

^r Marcellus] De quo supra c. 63.

^r Mytilenas] Hodie Metelin, in in-

sula Lesbo. Dio lib. LIII. auctor est, in Syriam missum ibi constituisse, provinciamque per legatos administrasse.

^s Terentiæ] Hanc Dio lib. LIV. Murenæ sororem fuisse ait, et im-

servum, gravissime de se opinantem,^u non ultra quam com-
pedibus coërcuit. Diomedem dispensatorem,^v a quo, simul
ambulante, incurrenti ⁹ repente fero apro per metum objec-
tus est,^w maluit timiditatis arguere, quam noxæ: remque
non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in jocum
vertit. Idem¹⁰ Proculum ex acceptissimis libertis mori
coëgit, compertum adulterare matronas: Thallo,¹ a manu,^x
quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset,
crura fregit.^{2 y} Pædagogum ministrosque Caii filii, per



et Edd. Rom. Mediol. cum Torr. Casaub. et seqq.—9 *Incurrere* Fouc. Supra
Diomedem Memm. Medic. 3. Tum *repente* deest Cort. duob. Torr. Edd. Rom.
pr. Mediol. aliisque. Delendum etiam *fero* censuit Torr. Mox *tamen* non
agnoscit Cort.—10 *Item* Periz, Harlem. Edd. Ven. tr. Mediol. Cald. 'Tum
Polum liber Turnebi, Memm. Pal. tr. Huls. Fouc. Medic. 3. ac marg. Pin. qui
in textu habebat *Poculum*. In uno Torr. (qui *Pholum* legi posse autumat)
Procillum.—1 *Tallo* Vind. 1. cum membb. Casaub. *Talbo* Cort. Edd. Camp.
Lugd. Gallo Periz, Harlem. Edd. Ven. tr. Mediol. Cald. Bon.—2 Vulgo *effre-*
git. E Memm. *ei fregit* edidit Gron. quem secutus Oud. astipulantibus Mss.
Casaub. Medic. 1. 3. Polit. et Cuj. Nost. lect. tuetur Ern. qui tamen, modo

NOTE

minutæ causam amicitiae fuisse cer-
tamen de forma hanc inter et Li-
viam.

¹ *Licinium Enceladum*, &c.] Jose-
phus Antiquit. lib. xvii. Celadi cu-
jusdam meminit, unde suspicatur
Casabonnis legendum hic *Licinium*
et *Celadum*. Alii passim leguntur
Angusti liberti, ut Thyrsus, Eros,
Proculus, Epaphroditus, Polybius,
Julius Marathus, &c.

^u *Opinantem*] Vide supra c. 51. de
hujus verbi significatu.

^v *Dispensatorem*] Is minister est,
ex servorum plerumque numero, cui
omnes familiae rationes erant com-
missæ. Macrobinus lib. ii. cap. 3. de
ipso Augusto loquens, 'dispensato-
rem vocavit, centum sestertia Græ-
culo numerari jussit.' Juvenal. Sat.
ii. 'Prælia quanta illic dispensato-
re videbis Armigero,' &c. et Sueto-

nus multis adhuc locis infra.

^w *Objectus est*] An ita intelligen-
dum, ut Diomedes ille irruenti apro
Augustum objecerit, quo ejus vitaret
incursum, an vero fuga illum deseru-
erit?

^x *A manu*] Hoc est scriba, qui ideo
servus amanuensis, in Jul. c. 74.

^y *Crura fregit* [*effregit*] Crurifra-
gium quod et crurifrangium, nam an-
tiqui frago pro frango, ut et tango pro
tango, dixere, servorum præsertim
supplicium. Senec. lib. iiii. de Ira
c. 32. 'Magnam rem sine dubio fe-
cerimus, si servulum infelicem in er-
gastulum miserimus. Quid propera-
mus verberare statim, crura protinus
frangere?' illud antiquitus, utpote
Plauti temporibus in usu. Asinaria
Act. ii. Sc. 4. vs. 68. 'Crura hercle
effringentur.' Quin et hæc in libe-
ros quoque homines exercita sævitia,

occasionem valetudinis mortisque³ ejus superbe avareque in provincia grassatos, oneratis⁴ gravi pondere cervicibus, præcipitavit² in flumen. [68.] Prima juvena variorum dedecorum infamiam subiit. Sex. Pompeius ut⁵ effœminatū insectatus est: M. Antonius adoptionem avunculi stupro meritum: ⁶ item Lucius,^a Marci frater, quasi pudicitiam delibatam⁷ a Cæsare, A. etiam Hirtio^b in Hispania ccc. millibus nummum substraverit, solitusque sit crura suburere nuce ardenti,^c quo mollior pilus surgeret.⁸ Sed et populus quondam universus ludorum die et accepit in contumeliam ejus, et assensu maximo comprobavit versum.



libri juvent, cum Ond. mallet *suffregit*.—3 *Mortisque* Harlem.—4 Ita dant Mss. Torr. et Urs. Pal. tr. Vind. 2. Fone. Edd. Dolet. Grav. post. Bas. et al. *Oneratos* præbent Memm. Medic. 2. 3. Vind. 1. Cop. Cuj. Ed. Steph. *oneratosque* Medic. 1. *grassantes oneratos* Harlem. Edd. Rom. Ven. tr. Bon. Bas. aliæque ante Casanb.⁵ qui *grassantes oneratis* restituit, quod Raphael. Var. Pitise. et al. receperunt. Dein in *flum. jactavit* Viterb. *jactavit* quoque habent Huls. Vind. 2.—5 *Eum ut eff.* exhibent Edd. Mediol. et Cald. sed contra Mss. ideo delevit Torr.—6 *Meritam* Huls. Tum *Lucius* deest Cop. *Lucii Martii* vel *L. Martii* Edd. Camp. Mediol. aliæque, et pro var. l. in marg. Torr. *Lucii* Exc. Voss.—7 Heins. volebat *quasi se, pudicitia delibata a Cæs.* quam emendat. quasi suam profert Grav. In Cop. *subtrax.* et *Hircio* Edd. Vett. fere O. ad Bas. post. ‘Torr. in seqq. scribit *solitus* siue *que*; sed tunc etiam *sit* abjiciendum.’ *Burm.*—8 *Ersurgeret* Pin. Fone. Paulo ante *ardente* Cop. a. n.

NOTE

ex eodem Sence. iii. de Ira c. 13. hinc tot hujus in Martyrologiis exempla, et Tiber. c. 41.

² *Præcipitavit*] Genus hoc supplicii non multo apud Romanos in usu fuerat, sed provincialibus id illis Augustus indulgebat, ut suis in improbos istos homines legibus animadverterent. Provincia quippe, in qua Caius obiit, Syria fuit, aut Lycia; nec enim auctoribus super hac re convenit: in illa autem supplicium illud cognitum, ut ex Mathæi c. 18. et Hieronymo probat Casanbonus, ut et de Lycia Græcisque Polybius, Diodorus, Plutarchus: alii tamen pedibus, alii cervicibus pondera alligabant.

^a *Lucius*] Antonius scilicet Marci Antonii frater, de quo supra cap. 14.

^b *A. etiam Hirtio*] Consuli, qui Mutinensi bello periit, c. 10. et 11.

^c *Nuce ardenti*] Qui glabri videri volebant et molles, variis ii modis sibi pilos aut adurebant aut evellebant. Hoc quamvis ab initio feminarum duntaxat esset, viri tamen postmodum usurparunt, sed non siue effœminati animi suspicione: hinc Juvenal. Sat. ix. ‘Nullus tota nitor in ente, qualem Bruttia præstabat calidi tibi fascia visci, Sed, fruticante pilo, neglecta et squalida crura.’ Et Martial. Epig. 62. lib. v. ‘Crura gerit nullo qui violata pilo.’

in scena prouuntiata,⁹ de Gallo matris Deum^{10 d} tympanizante,

Viden', ut cinædus orbem digito temperat? ^{1 e}

[69.] Adulteria quidem² exercuisse, ne amici quidem negant; excusantes sane, non libidine, sed ratione commissa, quo facilius consilia aduersariorum per cuiusque³ mulieres exquireret. M. Antonius super festinatas Liviæ nup-



pr.—9 *Versu in sc. prouuntiato* Memm. Medic. 1. 3. Vind. 2. cum marg. Bas. et duob. Torr. qui probat. Item sine in Periz. Harlem. Polit. Edd. Ven. Mediol. Cald. in *cena* Vind. 1.—10 *Matris adulterium* Fouc.—1 'Ita dedi, inserto ut, cum Ern. et Oud. e Mss. Ita in primo pede senarii est anapæstus, in quarto dactylus.' Baumg. Al. *Videsne ut c. o. d. temperet*, et ita citat h. l. Joan. Sarisber. in Policrat. lib. 1. c. 7. *Videsne* exaratur quoque in Mss. O. præter duos Torr. in quibus *Viden'*, sicque correct. in marg. Gryph. 1539. a manu doct. Burm. omittit ut, sed exhibetur vocula a Mss. O. et Edd. Vett. item Casaub. ac seqq. *Temperat* etiam confirmant codd. Burm. Torr. Oud. except. Memm. et forsân Vind. uti et Edd. ad Casaub. usque, qui *temperet. orbem die temp.* Periz. a m. pr. Ed. Rom.—2 'Omnino vel cum Burm. legend. est primo loco *quædam*, vel ista vox hic nihil significans est ejicienda.' Oud. Dein *negarunt* Cort. Camp.—3 *Cujus*, omisso *que*, Cuj. Tum *insuper*

NOTÆ

^d *Gallo matris Deum*] Hæc erat Cybele, quam et Rheam et Berecynthiam, magnam Deorum matrem, Idæamque appellitari notius est; quæ nihil aliud fuit quam terra communis parens: unde Lucretius de ea lib. 11. 'Muralique caput summum cinxere corona, Eximiis munita locis quod sustinet urbes.' Et Virgil. lib. x. vs. 254. 'Alma parens Idæa Deum, cui Diudyma cordi, Turritæque urbes,' &c. Locis innumeris hujus sacerdotes dicebantur Galli, vel a Gallo flumine Phrygiæ, ex quo qui biberat, furore correptus, genitalia sibi amputaret, vel a Gallo quodam, qui primus Cybeles sacerdos fuerit: ut ut est, ii Samia testa genitalia sibi præcidebant, auctore Plinio lib. xxxv. c. 12. cuius rei causam videsis apud Arnobium lib. v. aduersus Gentes: quanquam nonnihil differat Catullus, galliambo de Berecynthia, et Diony-

sius Halicar. lib. 11. Hiuc molles et effæminati passim dicuntur. Unus iis præerat, qui dicebatur Archigallus.

^e *Urbem digito temperat*] Tympana præcipua fuere in Cybeles sacris Gallorum instrumenta: ea rotunda, et digito vel palma pulsari solita. Lucretius lib. 11. 'Tympana tenta tonant palmis, et cymbala circum Concava.' Enervatos et effæminatos quoscumque tympana vel cymbala gestare dicebant: Plantus Truculentus Act. 11. Sc. 7. 'Mœchum, malacum, cincinnatum, umbraticolam, tympanotribam Anas? hominem non nauci?' Quia vero forma hæc rotunda orbem referebat, hinc de Augusto, Galli instar, effæminato, Romanum tamen orbem temperante nutu suo, dictum accipiebant hunc versum. Reliqua turpiora quam ut explicationem patientur.

tias^f objecit et fœminam consularem e triclinio viri⁴ coram in cubiculum abductam,⁵ rursus in convivium, rubentibus auriculis, incomtiore capillo, reductam: et⁶ dimissam Scriboniam, quia liberius doluisset nimiam potentiam pellicis:^h et conditionesⁱ quæsitæ per amicos, qui matres-familias et adultas ætate virgines denudarent,⁷ atque perspicerent, tanquam Toranio mangone vendente.^k Scribit etiam ad ipsum hoc⁸ familiariter adhuc, necdum plane⁹ inimicus, aut hostis:^l ‘Quid te mutavit? quod reginam inco?¹⁰ uxor mea est. Nunc cœpi, an abhinc annos no-

//////////

Edd. Ven. 2. 3.—4 Assentitur Oud. Beroaldo, Lips. Torr. Burm. et Ern. edentibus *viro coram*, ut est in marg. Ed. Bas. et confirmatum ab unico Cod. Vind. 1. Servavit Baumg. vulg. lect. favente Walth. Obs. p. 18.—5 *Aductam vel adductam* Vind. 2. Periz. Edd. Ven. Mediol. Cald. et *in convivio* Cort. Periz. Harlem. cum Edd. Rom. Ven. Mediol. Cald. Lugd. Junt. Ald.—6 *Abest et a Memm. Medic. 1. 3. Vind. 2. et mox ante condition.* ab eodem Memm. (qui et *pellicis*) Cuj. *conditione* Ed. Bas.—7 *Denudaret* habet Pin. probante Scheff. qui mox scribend. censuit *perspiceret*. Dein *Thoranio* Ed. Camp. *Thoranio* Burm. Oud. Ern. Bip. al. Nostræ lect. opt. codd. favent.—8 Rescripsit Oud. hæc, ut jubent etiam Memm. Medic. tr. Cop. Vind. 2. Ed. Steph.—9 *Plane* Cuj. Edd. Bas. Gryph. Pitise. et al. recent. In Obs. Misc. Vol. vi. p. 601. vir doct. legit *nec adhuc dum plane*.—10 *Pro inco* in Medic. 3. Vind. 2. est *inea*, in Medic. 1. *meam*, forte pro *ineam*, uti conj. Oud. *Inneo*, et mox *innis*, Periz. *quid regina mea* præbet Huls. et *regulam* Vind. 1.

NOTÆ

^f *Festinas Livie nuptias*] Utpote quam prægnantem abduxit, c. 62.

^g *E triclinio viri*] Hæc est codicum omnium lectio: emendat tamen interpretes *viro*, ne in ipsius viri domo abductam intelligant, sed tantum viro præsentem; non autem quin vox ‘coram’ absque casu etiam ponatur, ut Ode 6. lib. III. Horatius, ‘Sed jussa coram non sine conscio Surgit marito.’

^h *Pellicis*] Pellex ea dicitur, quæ cum eo corpus miscet qui uxorem habet, sed uxoris tantum pellex, non etiam viri. Cicero in Oratore num. 108. ‘Uxor generi, noverca filii, filiæ pellex,’ &c. Sic apud Ovidium Metam. lib. x. Myrrha, Cinyram patrem ardens, seipsam interpellat, ‘Tunc eris et matris pellex, et adultera patris,’

&c. Sic et in Jul. c. 49. quanquam alio quoque sensu, usurpatam repetias hanc vocem.

ⁱ *Conditiones*] De hujus vocis significato, in Jul. c. 27.

^k *Toranio mangone vendente*] Hoc pacto emebantur a mangonibus mancipia, qui multis modis illa fucebant, ut pretiosiora efficerentur; unde mangonizandi verbum. Plinius lib. xxxii. cap. 10. ‘ita pueros mangonizavit Salpe obstetrix.’ Et de eorum etiam arte ad gracilitatem mancipiorum emendandam lib. xxiii. c. 6. Gemmarum quoque mangones dixit idem, extremo ipso lib. xxxvii. scilicet c. 13. vide c. 42. Toranius autem celebris quidam illius temporis mango.

^l *Plane inimicus, aut hostis*] Aperte

vem? tu deinde solam Drusillam inis? ^r ita valeas, uti tu, hanc epistolam cum leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam, ^m aut Rufillam, ² aut Salviam Titisceniam, ³ aut omnes. Anne ⁴ refert, ubi, et in quam arrigas? [70.] Cœna quoque ejus secretior in fabulis ⁿ fuit, quæ vulgo δωδεκάθεος ^o vocabatur: in qua Deorum Dearumque habitu discubuisse convivas, et ipsum pro Apolline ornatum, non Antonij modo epistolæ, singulorum nomina amarissime enumerantis, ⁵ exprobrant, sed et sine auctore notissimi versus:

Cum ^r primum istorum conduxit mensa choragum, ⁶ p
Sexque Deos vidit Mallia, ⁷ q sexque Deas;

^r *Statim atque convixæ isti pacti sunt cum choro, et Mallia vidit sex Deos, ac totidem Deas; dum Augustus per mendacium nefandum effingit Phæbum, et exprobrat adulteria Deorum cœnando, &c.*

//////////

loco τοῦ *regin.* in quo etiam supra *familiaris.*—1 *Drus. vis* Cort. Camp. Dein *vales* Harlem. *ut tu* Vind. 2. qui etiam *Tertulam Terentillam Rufilam* sine voce *Salviam.*—2 *Iterni Drusillam Periz.* Harlem. Edd. Ven. tr. et al. præfert Rom. quæ *Rusillam.* Ald. Bas. *Ruffilam,* Steph. *Rufilam.* In Huls. deerant verba *aut Ter. aut Ruf.*—3 Ita Turneb. Palm. Torr. Mss. et Pall. a m. sec. *Titiseniam* Memm. Medic. 1. 3. Pin. Voss. *Cirisceniam* Edd. Rom. Lugd. Junt. Arg. *Citiseniam* Vind. 2. Cort. *Citisceniam* Edd. Ven. tr. Bon. Ald. Steph. Bas. Gryph. aliæque. Alii aliter. Probat Oud. doctorum conject. *aut Sæniam.* Mallet Torr. *aut Saltr. aut Titisc.* et Giphian. legend. existimat *Salviam Titi, Sæniam,* quod paululum adjuvat Pal. 1. in quo perscriptum *Titi Sænia* duob. vocib.—4 *An ref.* Memm. Medic. 1. 3. Vind. 2. cum Turneb. libris. Dein *in quam* cum Turnebo ex aliquot Mss. et Edd. Rom. ac Gryph. &c. præfert Burm. uti et edidit Ern. Bip. Wolf. Baumg. Verum cum Memmiano, Cop. et uno Torr. accedant Medic. tr. Polit. Pin. Vind. uterque Dun. cum ceteris Edd. præcis, et Exc. Voss. non temere spernendum *in qua* judicat Oud. *et qua* sine præpos. alius cod. Torr. *Anteferet u. e in qua* vel *in tua* Exc. Cuj.—5 Hanc lect. probat Oud. cum Davio ad Cic. de Div. 1. c. 1. Ern. Wolf. et al. suffragantibus plurimis ac optimis codd. et Edd. aliquot. *Enumerantes* unus Torr. cum aliis nonnullis. *Nominantis* alter cod. Torr. marg. Periz. Cort. et Edd. Rom. *numerantis* Lugd. Junt. Ald. Burm. præfert *annumerantis.* Denique *ammirantis* Huls. (sed correct.) Edd. Ven. 2. 3.—6 Græv. ad h. l. et Heins. ad Propert. l. iv. 8. 23. legendum contendunt *Cum mimim histrorum*

NOTÆ

distinguit; hic enim privatorum est, ille Reip.

^m *Terentillam*] Diminutio est, seu blandiens quædam appellatio, quales inter amantes usurpantur. Pro Terentia Mæcenatis uxore dixit: sic et ‘Tertullam,’ et ‘Rufillam’ pro Teretia et Rufa. Hujus loci sensus est:

opto ut tam firma tibi sit valetudo, cum accipies hanc epistolam, quam verum erit te non inivisse, &c.

ⁿ *In fabulis*] Hoc est, in ore vulgi et quotidianis rumoribus. Ovid. ‘Fabula, nec sentis, tota jactaris in urbe.’

^o *Δωδεκάθεος*] Hoc est duodecim Deorum, quos vocabant majores, Ennii

Impia dum Phœbi Cæsar mendacia Iudît,
 Dum nova Divorum⁸ cœnat adulteria ;[†]
 Omnia se a terris⁹ tunc numina declinarunt,⁸
 Fugit et auratos Jupiter ipse toros.¹⁰ †

conduxit mensa choragi. Ern. hypallagen hic admittendam putat, hoc modo : ut primum istorum mensam conduxit choragus. Deinde Casaub. et Burm. favente Oud. *choragum* censent per συνίξισιν pro *choragium* sumendum, quo facit Cuj. lectio *chorangium*, uti in Polit. et Medic. 2. *chorangum*. Huic interpretat. favet Baumg. vel, quod Bremio etiam placet, *mensam istorum* intelligat de convivis ipsis. *choragum* autem ipsum Augustum. Cf. Comm. Vox *istorum* suspectum est Oud. ac Burm. non displicebat lectio Cop. et Cuj. *justum*, corroborata ab uno Polit. Medic. 2. Vind. 1. Dnn. et Pin. a m. pr.—7 *Mallia* Harlem. *Mallia* Ed. Bon.—8 *Deiarum* ascript. a man. doct. in Ed. Plant.—9 *Ad terras* in marg. Vind. 2. Tum *declinarunt* Pin.—10 Ita edidit Baumg. auctoribus Torr. Græv. Oud. Ruhnk. Wolf. et Vavassor. de Usu Verb. p. 152. stipulantibus Pal. 1. Vind. utroque, cum Mss. Casaub. Alii omnes *thro-*

NOTÆ

versibus expressos, † Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.⁷

[†] *Choragum*] Χορηγὸς Græcis ille est, qui sumtus præbet in ludos sacros, chorique et convivii quasi ductor et magister est. Latinis vero Choragus est vel præfectus, vel locator histrionicorum instrumentorum, seu ornamentorum, totiusque Choragii, hoc est Scenici apparatus, et suppellectilis. Sensus igitur est, fugisse Deos, ubi primum parari viderunt suppellectilia illius cœnæ histrionicæ, cujus convivæ exhibituri erant adulteria Deorum.

[†] *Mallia*] Vel una est e sex illis mulieribus, quæ Deorum habitu cœnæ intererant, vel, quæ Sabellici mens est, mulier quædam quæ ista viderit, et detexerit.

[†] *Cœnat adulteria*] Quo sensu Cicero in Topicis dixit, ‘ad has discendi epulas recepi,’ et D. August. in hbris Confess. ‘iniquitatem epulari.’

⁸ *Tunc numina declinarunt*] Unde forsitan factam dixere penuriam, quod

irati Dii Deæque annonam pro more non suppeditassent : hinc etiam tormentum non male dixeris Apollinem illum falsum, Augustum scilicet, cuius causa, copiosæ messis loco, cui maturandæ verus Apollo præest, ea sterilitas facta fuerat, qua torquebantur, in ultionem divini contemptus.

[†] *Toros* [*thronos*] Hoc est, pretiosas illas sellas, quas habebat in capitolio. Quæ lectio plurium codicum auctoritate confirmata est ; quanquam in nonnullis extet *toros*, et præfert Torrentius, de Jovis lectisternio intelligens, quod in Capitolio stratum esset ; rejicit Casaubonus, quod nulla tunc temporis lectisternia fuisse legantur ; verum quidni De deorum pulvinaribus intelligat ? de quibus in Jul. c. 76. et supra c. 45. Quod autem ‘*thronos*’ Latinum neget Torrentius, non ita firmum videtur ; nam in Pervigilio Veneris, quod carmen, cujusvis sit, antiquum omnes fatentur, legas, ‘Cras Dione jura dicet falta sublimi throno.’

Auxit cœnæ rumorem ¹ summa tunc in civitate penuria ac fames, acclamatumque est postridie, ‘omne frumentum Deos comedis;’ et, ‘Cæsarem esse plane Apollinem, sed ² Tortorem:’ quo cognomine ^u is Deus quadam in parte Urbis ^v colebatur. ³ Notatus est et ut pretiosæ suppellectilis ⁴ Corinthiorumque ^w præcupidus, et aleæ indulgens. Nam et proscriptionis tempore ad statuum ejus ascriptum est,

Pater argentarius, ^x ego Corinthiarius; ^y
cum existimaretur quosdam propter vasa Corinthia ^z inter



nos, quod defendit Burm. probante Ern.—1 *Tumorem* Harlem. Mox *omn. fru.* exhibent Memm. Medic. 2. 3. Vind. 2. Cuj. Cop. non *fru. omn.* ut in Edd. ple-risque. In Medic. 1. deest *omne.*—2 Ita e Mss. dedit Torr. cum Beroahl. Steph. Casaub. et seqq. nisi quod Burm. revocavit Vett. Edd. lect. *sed et ex Harlem.* cui consentiunt soli Vind. 1. Periz. Cort. *esse hominem* Cop. sed in marg. *Apoll.* Desideratur *plane* in script. et edit. quibusdam, pro quo malit Burm. *sane.*—3 *Celebratur* Cort. cum uno Torr. et Edd. Rom. Paulo ante *eis Deus* Ed. Bas. Tum ante *pretios.* Pal. 3. non habet *ut*, probante Grut. Agnos-cunt copulam *et post est* Mss. O. præter Medic. 2. et Edd. exceptis Gryph. Plant. Casaub. Raph. usque ad Græv.—4 Habent Exc. Cuj. *suppellectili scilicet Cor.* Dein legitur *percupidus* in marg. Ed. Torr. Mox *scriptum* Huls. Cort.

NOTÆ

^u *Quo cognomine*] Ut de Sandalario supra c. 57. dictum est.

^v *Quadam parte Urbis*] Prope Suburam verisimiliter, colligas ex Mar-tial. Epig. 17. lib. II. ‘Tonstrix Suburæ fancibus sedet primis, Cruenta pendent qua flagella tortorum.’ Cum autem in Subura primo Julius habitasset, ut in Jul. c. 46. si existimetur eo loci facta hæc cœna, eo potiori jure dictus fuerit Apollo Tortor, quod in eodem vico Apollo fictus esset, in quo sub ejusmodi cognomine Apollo Tortor erat.

^w *Corinthiorumque*] Corinthia dicebantur simpliciter ejusmodi opera, quæ ex pretioso illo ære Corinthio conflata erant, quod ‘casus miscuit,’ ut ait Plinius lib. XXXIV. cap. 2. Capta scilicet et inventa Corintho circa annum U. C. 608. ut ait ibidem Plinius. De quo et Florus lib. II. c. 16. de Mummio illius expugnatore

loquens: ‘Quantas opes abstulerit et cremaverit hinc scias, quod quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus; nam et æris pretiosiorum notam ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria, quia incendio permistis plurimis statu-isque simulacris, æris, auri, argenti-que venæ in communi fluxere.’ Alii non casu, sed industria cujusdam ærarii artificis mistum, alii non urbis, sed unius ædificii, in quo plurima erant signa, incendio factam narrant mistionem, de qua dissensione vide-sis Muretum lib. III. Var. lect. c. 5.

^x *Argentarius*] Supra c. 3.

^y *Corinthiarius*] Corinthiorum arti-fex: sed et minister ille postea sic dictus est, qui in aula principum curam horum operum gerebat: veterem lapidem laudat Casaubonus, CAL-LITYCHE ZOLL. CORINT. AGRIPP.

^z *Vasa Corinthia*] Veteres Critici

proscriptos ^a curasse referendos. Et deinde bello Siciliensi epigramma vulgatum est :

Postquam bis classe victus ^b naves perdidit,

Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam. ^c

[71.] Ex quibus sive criminibus sive maledictis infamiam impuditiæ ^c facillime refutavit, et præsentis et postere vitæ castitate. Item lautitiarum invidiam; ^d cum et Alexandria capta ^d nihil sibi præter unum murrhinum calicem ^e ex ^e instrumento regio retinuerit, et mox vasa aurea assiduissimi usus conflaverit ^f omnia. Circa libidines hæsit; ^g



—5 *Inter Corinthios* Per. a m. pr. Tum *proferendos* Cuj. et *inde* Memm. cum Polit. Mss.—6 *Alea* Medic. 3. Polit. Edd. Junt. Ald. Bas. Arg. Col. Seb. Gryph. Cf. Claud. c. 33. ubi eadem diversitas.—7 *Invidia* Cuj. et *ex Alex.* Ed. Bas. Mox *myrrinum* Memm. Medic. Cop. Harlem. Ed. Ven. 1. reliquæ *Myrrhin.* cum Cort. Vind. 2. sed Steph. *Murrhyn.* Fouc. cum Ed. Camp. *Mirrin.* vel *Mirrhin.* In Vind. 1. *Mitrinum.*—8 *In instr.* Cuj. Dein *conflavit* Vind. 1.

NOTÆ

dicendum voluere *Corinthiaca vasa*, cui tamen observationi Mss. multorum libros non convenire notat Casaubonus.

^a *Inter proscriptos*] Exemplo forte Antonii: idem de Augusto quoque suspicati sunt: Plinius enim l. xxxiv. c. 2. proscriptum ab Antonio Verrem narrat, non alia de causa 'quam quod Corinthiis se ei cessurum negavisset.' Quæ plurima ex Sicilia Verres abduxerat, ut fuse objicit Cicero in Verrinis.

^b *Bis classe victus*] Vide supra cap. 15. de duplici naufragio.

^c *Infamiam impudicitia*] Illius nempe, qua prostitutus existimabatur: refutavit autem illis legibus, quibus hujusmodi sceleribus pœnas irrogabat, c. 34.

^d *Alexandria capta*] Supra c. 17.

^e *Murrhinum calicem*] Plinius lib. xxxvii. varia circa gemmas considerans, ac præsertim c. 2. iis annumerat murrham, et murrhina vasa, quæ mente fuisse videtur et Seneca lib.

vii. de Beneficiis c. 9. et Martialis, aliique passim. Propertius tamen Elegia 5. lib. iv. fictilia fuisse murrhina vasa aperte indicat: 'Sen quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ, Murrheaque in Parthis pocula cocta focus.' Ad quem locum Josephus Scaliger eadem esse dicit, quæ nos *porcellanea* nuncupamus. Et jure miratur ignotum Plinio hunc Propertii locum: certe idem hic auctor lib. xxxvii. c. 2. dicit e Carmania advehi murrhina: quo probabile fit, ignorasse antiquos quæ ratione fierent murrhina, aut quid ipsa foret murrha. Qui enim regiones illas peragrare, porcellanea fieri narrat in Sina ex luto quoddam albo in fornacibus cocto, apposite, ut patet, ad mentem Propertii, quibus tamen viderint an ea conveniant omnia, quæ de murrhinis ibidem habet Plinius.

^f *Conflaverit*] Supra c. 52.

^g *Hæsit*] Quasi ad scopulum. Metaphora est, ut patet, ducta a re nautica: sic Cicero pro Roscio dixit: 'ne

postea quoque, ut ferunt,⁹ ad vitiandas virgines promptior, quæ sibi undique, etiam ab uxore, conquirentur. Alcæ rumore nullo modo expavit, lusitque simpliciter et palam¹⁰ oblectamenti causa, etiam senex; ac, præterquam Decembri mense,^h aliis quoque festis profestisque diebus.ⁱ Nec id¹ dubium est. Autographa^k quadam epistola, ‘Cænavi,’ ait, ‘mi Tiberi, cum iisdem.’² Accesserunt convivæ Vini- cius et Silius^{3 1} pater. Inter cœnam^m lusimus γερωντικῶς,^{4 n}

//////////

—9 *Referunt* in sola Ed. Paris. 1509.—10 *Palam* Pal. 1. *Mox et profest.* Fouc. Medic. tr. Cuj. Voss. Inde conj. Oud. fuisse script. *festisque et profestis d.*—1 *Id ignorant* Medic. 1. 3. Vind. 2. Cop. Huls. Multæ Edd. jungunt hoc modo: *Nec id d. est autogr. q. epistola. Cæn.* In Edd. Ven. trib. Mediol. 1. Cald. *antigr.* Lugd. *antogr.* Cort. *aphogr.*—2 *Isdem* Memm. Medic. 2. 3. Edd. Junt. Arg. *hisdem* Medic. 1. *cum iisdem access.* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. tr. aliæque. Liber pervertit. Torr. superscript. habet *alias cum Iside.* ‘Nisi nomen aliquod latet in hoc voc. corruptum, est: cum iisdem, quibuscum so- leo, et quos nosti.’ *Baumg.*—3 Hæc lectio recepta est auctoritate cod. Pa- tavini. Memm. Viterb. Lisl. Pal. 1. Medic. trium, Pin. Vind. 2. et Cuj. et Ed. Steph. Vulgo *Silvius*, pro quo Torr. putat legend. *Salvius.* In Pal. 2. *et filius* Pal. 3. *et Consetius*, Cop. *et ipsius.* Paulo ante *Vintius* Harlem. *Unitius* Ven. 1. *Viniſius* plurimæ.—4 Fouc. dat literis Romanis *gerunticos*, et mox *cause pro canem.* In Vind. 1. *et houl. et heri.* Tum *juctis ut quique* Periz. *juctatus ut quiq.*

NOTÆ

Syllæo illo æris alieni in freto ad columnam adhæresceret, in Tribunatus portum confugit.⁷

^h *Ac, præterquam Decembri mense]*

Hoc est, præterquam quod ex more publico ludebat assidue per mensem Decembrem, &c. Tunc enim temporis tota civitas ludorum et luxuriæ apparatu personabat, cum totus propemodum ille mensis festis transigaretur, ut cap. 32. notatum est. Saturnalia præsertim ad 14. Kal. Jan. magna hilaritate celebrabant, ut ex Macrobio colligere facile est.

¹ *Festis profestisque diebus]* De his Macrobinus lib. 1. c. 16. ‘Numa, ut in menses annum, ita in dies mensem quemque distribuit, diesque omnes aut festos, aut profestos, aut inter- cisos vocavit. Festi Diis dicati sunt, Profesti hominibus, ob administra- dam rem privatam, publicamque con-

cessi. Intercisi Deorum hominum- que communes sunt,’ &c.

^k *Autographa]* Ipsius manu scrip- ta.

¹ *Viniſius et Silius [Silvius]* Forte Viniſius ille, de quo supra c. 64. Pro *Silvius* scribit Casaubonus *Silius.* Torr. mallet *Salvius.* Fuit utraque gens Romana, non vero Silvia. Fuit quidam tunc temporis M. Salvius Otho Livie familiaritate conspicuus, cujus meminit infra in Othone c. 1.

^m *Inter cœnam]* Hoc est, inter cœ- næ fercula; lautiores enim cœnis suis lusus inerebant, unde et cum apophoretis afferebantur quoque tali et tesserae, ut ex Plauti *Asinaria* Act. v. Sc. 2. vs. 55. Propertio, *Martiali-* que, &c. colligas.

ⁿ *Γερωντικῶς]* Adverbium Græcum. Hoc est *seniliter*, more scilicet senum, oblectamenti causa, non cupiditate

et heri et hodie. Talis enim ° jactatis, ut quisque canem aut senionem^p miserat, in singulos talos singulos denarios^q in medium conferebat: quos tollebat universos, qui Venerem jecerat.^r Et rursus aliis literis: ‘Nos, mi Tiberi,

NOTÆ

lucri. Ita Cicero in libro de Senectute 58. ‘nobis senibus ex multis lusionibus talos relinquunt, et tesseras: id ipsum tamen ut libebit,’ &c.

° *Talis enim, &c.*] Talus ossiculum est, quod bisuleis animalibus in posteriorum pedum articulo, sive, ut aliis placet, in ipsa eruris posterioris suffragine reperitur, ut ait Aristoteles lib. II. de Historia Animalium c. 1. et ex eo Plinius lib. XI. c. 45. Hujusmodi ossibus vel veris, vel ad eorum similitudinem fictis, ex ebore v. g. auro, argento, &c. usi sunt senes et pueri ad ludendum: quo modo hodieque tesseras ludimus, in tabulam, quam et abacum et alveolum lusorium dixere, missis vel manu, vel potius pyrgo, seu turricula, (qualem nos in cornet,) ne manus dexteritate fraus aliqua fieret: unde Martialis Epig. 16. Apophoret. pyrgum seu turriculam illam loquentem inducens ait: ‘Quærit compositos manus improba mittere talos, Si per me mittit, nil nisi vota facit.’

^p *Ut quisque canem aut senionem*] Talis quatuor lusere: totidem quot erant tali latera, ad ludum adhiberi solita: summa quippe pars et ima curvatur magis, quam ut iis posset consistere. Latera hæc ita inter se opposita sunt, ut duorum alterum cavum, alterum dorso quodam emineat: ὑπτιον illud, hoc est, *supinum*, hoc autem πρηνές, hoc est *prouum*, Aristoteles ibidem appellavit: alia duo latera sibi quoque opposita sunt; alterum nonnihil cavum est, instar literæ S, alterum ferme planum, nisi si tantisper emineat: Κῶα et Κῶα, de pluribus enim loquitur, vocat Aristoteles. Χῶα

Julius Pollux appellat, hoc est, *mitatem*, Latini *canem*, ut et Κῶα, *Senionem* sive *Coum*. Supinum autem et prouum ternarii et quaternarii nomine appellare; unde animadvertere est, quod notat Casanbonus, opposita duo latera septenarium semper numerum effecisse, hoc modo:

<i>Canis</i>	<i>Senio vel Cou</i>
1 ——— 6	
3 ——— 4	

^q *Singulos denarios*] Nostrates, 3s. 6d. ut in Jul. c. 4. notatum est. His verbis patet, Senionem quoque ex infelicibus missibus unum fuisse: contra tamen omnino Persius, qui Satira III. dextrum appellat: ‘quid dexter Senio ferret, Scire erat in votis, damnosa canicula quantum Raderet,’ &c. Et merito, Senio quippe, ut notant veteres Glossæ ad illum locum, ‘major missus, ut canis minor.’ Hinc haud immerito colligas genus hoc ludendi, quo tunc utebatur Augustus, iisdem atque publicum aleatorum legibus non constitisse, quod certè innere videtur ipsemet: nisi enim peculiari quadam lege lusisset, satis fuerat dixisse ‘inter cœnam lusimus talis.’ Infelicem fuisse canis missum, tum ratione, quia minimus omnium, tum Persii loco patet, aliorumque, qui damnosum appellant. Propert. lib. IV. Elegia 9. ‘Semper damnosi subsiliere canes,’ Ovidius II. de Arte vs. 206. ‘Seu jacies talos, victam ne pœna sequatur, Damnosi facito stent tibi sæpe canes,’ &c.

^r *Qui Venerem jecerat*] Quatuor talorum, quales modo descripti sunt, missus diversi, non plures quam 35.

Quinquatrus⁵ satis jucunde egimus. Lusimus⁶ enim per omnes dies, forumque aleatorium^t calfecimus. Frater



Harlem. Ven. 1. *ut quinque* reliquæ duæ cum Edd. Mediol. ac aliis.—5 Ita e Memm. et Lisl. recepere Gron. Casanb. cum Cuj. Edd. Camp. Burn. Oud. Ern. Bip. al. *Quinquatris* Vind. 2. Harlem. Edd. Ven. tr. Mediol. Lugd. *quinquatris mi Tib. sat. j. e. lib. opt. Torr. quinquatriis* Pal. tres cum plurimis eodd. et Edd. nonnullis præcis, probante Lambino ad Hor. Epist. II. 197. Voluit Urs. *quinquatribus*, ut in Græv. pr. et Pitisc.—6 *Lusimusque per Cort. Camp. per omn. enim dies* Vind. 1. *omnis* Medic. 1. *Tum aleatorum* Memm. Medic. 3. Periz. Cuj. Harlem. Edd. Rom. Ven. 1. *calfec.* Fouc. Vind. uterque, Cort.

NOTÆ

ut notat Eustathius in penult. Iliados, et animadvertenti patebit; aliis alii nominibus, ut quidam existimant, appellati, ut Deorum, heroum, poëtarum, meretricum, &c. Venus dicebatur omnium fortunatissimus, tuncque eveniebat, cum missi e turricula tali diversa omnes facie apparebant, hoc pacto 1. 3. 4. 6. binarius enim et quinaris in talis nullus erat. Martialis Apophoret. 14. cui titulus 'tali eborei,' 'Cum steterit vultu nullus tibi talis eodem, Munera me dices magna dedisse tibi.' Et unus instar omnium huic rei probandæ Lucianus in amoribus, ubi de eo adolescente loquitur, qui talos apud statuam Veneris Gnidiæ jactat *καὶ βαλὼν ἐπὶ σκοποῦ, μάλιστα δὲ εἶποτε τὴν θεὰν αὐτὴν εὐβολήσειε, μηδενὸς ἀστραγάλου πεσόντος ἴσῳ σχήματι, προσεκύνει, τῆς ἐπιθυμίας τεύξεσθαι νομίζων*; hoc est, et jactans ad scopum, maxime si ipsam Deam (Venerem) feliciter jactasset, nullo talo æquali figura cadente, adorabat, existimans se optata consecuturum. Hoc eodem sensu Propertius ibid. 'Me quoque per talos Venerem quærente secundos,' &c.

⁵ *Quinquatrus*] Torr. in optimo lib. legit *quinquatris*, Casanbonus *quinquatriis*, ita tamen ut probet *quinquatrus* ex Memmii et Lislæi codicibus. Sed in accusandi casu, quod lectionem nostram confirmat, exigere quippe

videtur hoc analogia, quanquam et 'quinquatria' Domitiani c. 4. legas, et Horatius epist. 2. ad Florum, 'Puer ut festis quinquatribus olim.' Quinquatrua festa sunt Minervæ, sive quod post quintum diem Idus Martii contingerent, sive quod, ut ait Ovidius III. Fast. sub finem, per quinque dies celebrarentur, 'nominaque a junctis quinque diebus habent.' Ubi notare est ex Gellio lib. II. cap. 21. terminationis causa addi *atrus*, ut etiam in sextatrus, septimatrus, &c. aliquid addunt. Varro lib. v. de L. L. et Macrobr.

^t *Forumque aleatorium*] Torrentius et Casanbonus interpretantur de lusorum qui frequentes affuissent conventu, metaphora ducta a foro, quo confluebant aleones, alique ejusmodi homines sordidi, qui omnem existimationis suæ curam deposuerant: unde Cicero Philippica II. 'hominem omnium nequissimum, qui non dubitaret in foro alea ludere.' Hinc ab ædilibus expellebantur, lege quæ erat de alea, puniendi. Cicero ibidem 'lege quæ est de alea condemnatum qui in integrum restituit, is non æperitissime studium suum ipse profitetur.' Salmasius tamen ad Flavium Vopiscum utrumque misere falli ait, et forum aleatorium pro alveo lusorio, seu tabula ipsa, in quam tali mittebantur, intelligit: 'nam,' inquit, 'fo-

tuus^u magnis clamoribus rem gessit. Ad summam tamen perdidit non multum; sed ex⁷ magnis detrimentis præter spem paulatim retractus est. Ego perdidit viginti millia nummum^v meo nomine; sed cum effuse in lusu liberalis⁸ fuisset, ut soleo plerumque. Nam si, quas manus^w remisit cuique, exegisset, aut retinisset, quod cuique donavit, vicisset vel quinquaginta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad cœlestem gloriam efferet.⁹ Scribit ad filiam: ¹⁰ ‘Misi tibi denarios ducentos quinquaginta,^x quos singulis convivis dederam, si vellent inter se¹ inter cœnam vel talis, vel par impar²^y ludere.’ In ceteris partibus³ vitæ contentissimum fuisse constat, ac sine suspitione ullius⁴ vitii.



Pin. Edd. Rom. Mediol. Lugd. Junt. Arg. Cf. Tib. c. 74.—7 *Ex abest Vind. 1. Mox retractatum Memm. retractum Fouc. Dun.*—8 *Liberali Medic. 1. 3. et postea dat Harlem. exegisse, Vind. 1. egissem. Ante quas non habet si Cuj.*—9 *Effert Harlem. Vind. 2. et Edd. priores fere O. usque ad Bas. et seqq. quæ efferet. Paulo ante ad enim additum in marg. Fouc. ‘Alii non habent.’*—10 *Verba scrib. ad fil. desunt Dun. Exc. Voss. et leguntur modo in marg. Pin. ac Medic. 2. in quo, uti et Vind. 2. Harlem. Periz. item Edd. Rom. Ven. Mediol. conviviis. Dein pro quos Lips. mallet quot probantib. Torr. Ond. quod ascript. est in ora Plant.*—1 *Inter se quasi supervacanea rejicienda censuit Torr. sed vindicat Gron. ad Liv. IX. 2. inter se cœn. Harlem. Ven. 1. Lugd. Junt. Ald. Arg.*—2 *Vel par vel imp. Harlem. Edd. Ven. Mediol. Cald. vel par imparque Junt. vel par ludere Huls.*—3 *In part. cet. Harlem. Edd. Rom. Ven. Bon. et al. antiq. ad Bas. usque, etiam Buim. Alio ordine e Mss. præbent Ond. Ern. Bip. al. Tum deest fuisse Memm. Medic. 3. Pin. et Exc. Voss.*—4 *Nullius Ed. Camp. ullius officiis Cop. a m. pr. sed corr. vicis.*—

NOTE

rus et tabula idem. Unde fori navium sunt tabulata, et fori torcularium.’ Quod quam bene, viderint alii. Ego sane tanti viri eruditionem potius hic laudaverim, quam sententiam.

^u *Frater tuus*] Drusus Nero, de quo infra.

^v *Viginti millia nummum, &c.*] Hoc est nostrates libras 880. quinquaginta vero millia 2200 l. ut supra in Jul. cap. 4.

^w *Manus*] Casanbonnus explicat de pecunia, quam quisque post jactum infelicem conferebat, quem secutus

Franciscus Gujetus in notis suis vertit *coups de dez*.

^x *Denarios ducentos quinquaginta*] Hoc est, mille nummos, in denario quippe quatuor nummi sestertii, ut supra in Jul. c. 4. notatum: igitur 43 l. 15 s.

^y *Par impar*] Vel talis vel nuceibus, quod et nummis fiebat, lusu præsertim puerili. Hinc Horatius ‘ludere par impar, equitare in arundine longa;’ similis erat lusio quando quærebant caput aut navim, de qua Macrobius lib. I. c. 7.

[72.] Habitavit primo juxta Romanum Forum,⁵ supra Scalas anularias,^a in domo quæ Calvi⁶ oratoris fuerat: postea in Palatio;^b sed nihilominus ædibus modicis Hortensianis, et neque laxitate, neque cultu conspicuis, ut in⁷ quibus porticus breves essent Albanarum columnarum,^c et sine marmore ullo aut insigni pavimento conclavia.^d Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo^e hyeme et æstate mansit; quamvis parum salubrem valetudini⁸ suæ Urbem hyeme experiretur, assidueque in Urbe hyemaret.⁹



5 Mallet Torr. juxta Forum. sublato Romanum. In Huls. et Cop. a pr. m. Romanorum. Mox scannas pro scalas Vind. 1.—6 Clavi vel Flavii Exc. Cnj. Mox in ædib. Ed. Græv. pr. quod nusquam alibi reperiri testatur Burm. sed legitur in Ed. Schild. et habet cod. Dun. a pr. m.—7 Vind. uterque non agnoscit præpos. quam facile abesse patiatur Ond. Dein item per. an. Fouc. permansit Vind. 2. Huls.—8 Valetudinem Harlem.—9 Legebat Torr. assid. quoque in Urbe hiemans. Græv. τὴν urbem post suæ delevit. Ond. hieme cum Vind. 1. (in sec. hi. urb.) ejiciend. putat, et pro in Urbe legendum inibi. Deinde

NOTÆ

² Romanum Forum] De foris quæ Romæ erant in Julio c. 26.

^a Scalas anularias] Scalæ anulariæ nomen vici, quem e regione fori collocat etiam Onuphrius Panvinus. Cur ita sit appellatus conjici vix possit. Beroaldus quidem existimat habitasse peculiari forte vico anularios artifices, quod Romæ magnus esset anulorum usus: sed cur scalas dixit?

^b Palatio] Supra c. 5. et 29.

^c Albanarum columnarum] Ex Albano lapide vicino et villore, ntpote qui mollis esset, et nisi tegetur, minime ad laborem idoneus.

^d Conclavia] Alii secretiora ædium loca, ubi mulieres confabulari soleant, intelligunt: alii cœnationes et triclinia, aliaque id genus ædium membra, quæ una clavi eademque clauderentur: quam sententiam, præter nominis etymon, confirmet etiam quod de pavementis subjungit.

^e Eodem cubiculo, &c.] Qua consuetudine a delicatiorum illius maxime

temporis moribus longe aberat. Lucullus quippe mutandam cum tempore habitationem aiebat; ne hominibus prudentiores esse viderentur grues et ciconiæ. Mos hic ex Asia Romam invectus est; ubi hoc superadditum, ut non triclinia modo et cubicula pro tempore diversa forent, sed et ipsa domus supellex omnis, ac præsertim quæ auro constabat et argento: quin et annulos æstivos ridet Juvenal. Sat. 1. vs. 28 'Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum, Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ.' Nota hic hyemandi verbum varie accipi: Erasmus quippe existimat idem esse ac tempestate, seu incommodo affligi hyemis; vox enim hyems pro tempestate usurpari sæpissime notum est. Contra Torrentius simpliciter intelligit pro, tempus hybernum peragere; sed luxam fassus orationem, legit *hyemans*, quod certe malim; vel *assidue tamen hyemabat*, &c. priore enim intellectu implexa fuerit oratio.

Si quando quid¹⁰ secreto, aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis, quem ‘Syracusas’ et τεχνόφουον^f vocabat: huc transibat, aut in alicujus libertorum² suburbanum; æger autem in domo Mæcenatis cubabat. Ex secessibus præcipue frequentavit³ maritima, insulasque Campaniæ,^g aut proxima Urbi oppida, Lanuvium, Præneste,^h Tibur: ubi etiam in porticibus Herculis templiⁱ sæpe jus dixit. Ampla et operosa prætoria^k gravabatur. Et neptis quidem suæ Juliæ, profuse ab ea exstructa,⁴ etiam diruit ad solum: sua vero,



Gron. pro *in Urbe* legi maluit *mucide*, probatque Ern. quia in marg. Ed. Gryph. 1539. *mucida* quasi e Ms. notatum invenerat. ‘Si quid mutandum videretur, quod neque Wolfio placuit, legerem: *et quamvis... experiretur, assidue in U. hienarit.*’ Baumg. *Extra urbem* exhibent Medic. 1. 3. Polit. Vind. 2. Cort. Cop. Longol.—10 *Quod Memm. secreta* Harlem. Cort. Edd. Rom. pr. Ven. Mediol. Cald. Bon. Lugd. Mox *ei locus* Medic. 1. Vind. 2. et *edito* Cop.—1 *Technophion* Memm. Medic. tr. Fouc. Cop. Harlem. et Edd. Vett. *Techophion* Ven. 2. 3. *Tegnotion* Cuj. *Tenophion* Vind. 1. *Cenophion* Vind. 2. sed in marg. *Tegnophion*, ut in Polit. Ms. Arridet Ern. Trilleri conjectura τεχνόφουον.—2 Hanc Casaub. restitutionem confirmant Memm. Medic. 1. 3. Vind. 2. Lisl. Fouc. et Mss. Torr. Urs. In multis Codd. et Edd. Vett. ac Pitisci *libertinorum*.—3 *Frequentur* Harlem. Mox *Lavinium* Lisl. Fouc. Periz. Harlem. Cuj. Cort. et Edd. Vett. fere O. ad Bas. *Lanvinum* Cop. Medic. 1. *Lavinium* Edd. Rom. Dein *portibus* Cuj. et *sæpe* Medic. 1.—4 *Structa* Vind. 2.

NOTE

^f Τεχνόφουον] Quasi artium productio: est a voce τέχνη, hoc est *ars*, et φύω, hoc est *genero*, quod ad excolendas, excogitandasve artes illuc secederet, quem locum ‘Syracusas’ quoque appellabat, ex more qui tum temporis invaluerat, ut delicata etiam, si sic loqui fas est, nomina, et a Græcis petita, villis suis imponerent, v. g. Academia, Pansylinum, et cetera ejusmodi celebrium villarum; sive etiam ut innueret, tam placere sibi locum illum, quam delicato eundem Syracusæ amœnissima Siciliae civitas.

^g Insulasque Campaniæ] In illo sinu sunt Pandataria, cap. 65. Ænaria, hodie *Ischia*, Capreae, &c. Quam vero in deliciis fuerit omnis hæc ora Campaniæ, innumeris auctorum locis

colligere est. Procere enim Romani ætate secedebant in Prætoria sua, magnifice illic exstructa; unde ‘amœna littorum’ κατ’ ἐξοχήν pro locis omni genere voluptatis affluentibus, Tacitus Hist. iii. 76. ‘noctu dicque fluxi, et amœna littorum personantes.’ Aurelius Victor in Aureliano, ‘quæ in tantam petulantiam proruperat, ut in Campaniam sedens, amœna littorum obsideret,’ &c.

^h Lanuvium, Præneste, &c.] Latii oppida: illud dicitur hodie *Civita Indovina*, hoc vero *Palestrina*.

ⁱ Herculis templi] Hinc Tibur Herculeum dixit Martialis lib. 1. Epig. 13. ‘Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces.’ Calig. c. 8. hodie *Tivoli*.

quamvis modica, non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xystis¹ et nemoribus^m excoluit, rebusque vetustate ac raritate⁵ notabilibus: qualia sunt Capreis⁶ immanium belluarum ferarumque membra prægrandia, quæ dicuntur Gigantum ossa,^o et arma Heroum. [73.] Instrumenti⁷ ejus et suppellectilis^p parsimonia apparet etiam nunc, residuis lectis^q atque mensis, quorum⁸ pleraque vix privatæ elegantiae sint. Ne toro^r quidem



Huls. qui etiam non tamen.—5 *Vetust. ac venustate ac rar.* lib. opt. Torr. et *varitat.* Fouc. sed. corr. Mox *nobilibus* Cort. Edd. Rom. *nobilitatibus* Huls.—6 In Ursini cod. item Pal. 3. Vind. 1. Fouc. et Periz. margine *capita*. Mss. Casaub. in *Capr.* Tom in *manu* Pal. 1. et *gigantium* Medic. 1. cum libro Torr. Item *arma eorum* Cuj.—7 *Indumenti* marg. Periz. et *parcin.* in multis Edd.—8 *Quarum* Medic. 2. 3. Pin. uterque Vind. Voss. Dun. et Mss. Burn. cum Edd. plerisque ante Bas. *Supra illius* Vind. 2. et *mox sunt* in binis

NOTÆ

^k *Prætoria*] Villæ sunt ad magnificentiam una et voluptatem exstructæ, in amœnis præcipue littorum: unde Statius lib. 1. Sylv. 3. de prætorio ad utramque fluvii ripam exædificato, ‘Littus utrumque domi: nec te mitissimus annis Dividit; alternas servant prætoria ripas.’ Jureconsulti pro parte villæ ad usum patrifamilias lautius ædificata, quod notat infra Torrentius c. 39. Tib.

¹ *Xystis*] De his supra c. 45.

^m *Nemoribus*] His Romanos usque eo delectatos notat Casaubonus ex Seneca, ut ni spatium aliud in ædibus urbanis suppeteret, nemora quandoque vel in ipsis tectis haberent.

ⁿ *Capreis*] Notissima Tiberii secusu insula, hodie *Capri*: millibus non plus quam 8. a Surrento dissita. Ursini codex habet *capita*.

^o *Gigantum ossa*] Quasi ad illa usque tempora viginisset fama debellatorum ab Hercule Gigantum, in campis Phlegræis in Campania, prope Puteolos, quod narrat Diodorus Siculus lib. v. et Strabo lib. v. unde eorum ossa translata in insulam hanc

Delph. et Var. Clas.

fuissent: quod ne affirmet Suetonius, utitur duntaxat voce ‘dicuntur.’ Certe Gigantes vel ex sacris literis fuisse constat: et ossa eorum aliqua quibusdam in locis asservari, evincat multorum *ἀποψία*, ut et ipsius Casauboni illud testantis. De his D. Augustinus lib. xv. de Civitate Dei c. 23. est et Phlegra Macedonia civitas, cujus meminere Stephanus et Plinius lib. iv. c. 10.

^p *Instrumenti ejus et suppellectilis*] Has voces ideo distinguunt, quod instrumenta magis ad necessitatem, suppellectilia magis ad ornatum pertineant: unde Cicero, Pro Domo sua, villæ ornamenta separat ab ejusdem instrumentis. Hæc quoque apud jurisconsultos ea sunt omnia quæ incendii aut tempestatis causa arcendæ comparantur; quales sunt scalæ, periticæ, harpagones, canales, siphones, spongiæ, &c.

^q *Lectis*] Trielinariibus scilicet, ut patet ex eo quod de mensis illico subjicit et de toro.

^r *Toro*] Quæ etiam non levis parsimonia: quibus enim major erat ele-

Sueton.

Y

cubuisse aiunt, nisi humili et modice instrato.⁹ Vestē non temere^s alia quam domestica usus est, ab sorore et uxore et filia neptibusque confecta: togis, neque restrictis, neque fuis: clavo,^t nec lato, nec angusto: calciamentis¹⁰ altiusculis,^u ut procerior, quam erat, videretur. Et forensia^v au-



Vind. probante Baumg.—9 *Instructo* Vind. 1. Tum placet Baumg. ut etiam Grævio, Ruhnk. et Ern. transpositio verborum, quam primus suasit Torr. *Vestē non tem. al. dom. us. est, quam ab ux.* seqq. Burm. paulo aliter ordinem statuit: *vestē dom. non tem. al. us. est, qu. ab. ux.* Vulgarem verb. ord. tuentur Wolf. et Walther. Obs. p. 19. Item *ab sorore et ux.* Mss. Torr. Medic. tr. Vind. 2. Voss. quod recepit Oud. probante Ern. et Baumg. Vulgo *ab ux. et sor.* Vind. 1. *ab sorore, uxore et f.* Fouc. *ab sorore, uxore et filia nepotibusq.* Exc. Cuj. *non temeralia.*—10 *Per i* exhibent hanc voc. et simil. passim. Mss.

NOTÆ

gantiæ cura, ii toros tam alte suffultos habebant; ut in eorum lectum quandoque gradibus esset ascendendum, quandoque subselliis duntaxat, quales etiamnum hodie videntur apud nonnullos. Toros huiusmodi gravabatur Augustus, nec probabat nisi humiles, quos nempe facile posset ascendere.

* *Vestē non temere, &c.*] Torrentius hæc verba sic transponit, *vestē non temere alia domestica usus est, quam, &c.* ut sit sensus, domesticas duntaxat Augusti vestes manibus illarum fuisse confectas, non vero etiam forenses. Certum quidem est multis auctororum locis, vestem aliam fuisse domesticam, aliam forensē, quod sufficienter evincat unus Ciceronis locus II. de Finibus, ‘ant etiam ut vestitum, sic sententiam habeant aliam domesticam, aliam forensē,’ et Suetonii infra in Vitellio c. 9. Sed et forenses ab uxoribus contextas tam probaverit unus hic Statii locus Sylvarum IV. ubi Roma Domitianum alloquitur, ‘Da gaudia fastis Continua, hos humeros multo sinu ambiat ostro, Et properata tuæ manibus prætexta Minervæ.’ De consulari prætexta ser-

monem esse per se notum. Qui mos et a Græcis; Alexander enim apud Curtium lib. V. vestem qua indutus erat, sororum non donum modo, sed etiam opus esse Sisigambi, errorem suum excusans, affirmat. Quibus forte adductus Torrentius ‘domesticam’ intelligi posse non diffitetur quamcumque vestem domi factam.

^t *Clavo*] Hoc est, tunica illa quæ Senatorium ordinem ab equestri distinguebat: de qua supra in Jul. c. 45. et Aug. c. 38. Sensus est, ea nec ampla nimis erat, ut quorundam qui apud vulgus amplitudine purpuræ gloriabantur, nec etiam angusta nimis, ne ad nimiam turpisque parcimoniæ declinaret invidiam; illi namque tunicæ non minus assuti vel intexti erant clavi illi lati, qui laticlavii ab angusticlavii distinguebant.

^u *Calciamentis altiusculis*] Mos ille tam Græcorum quam Romanorum, sed maxime fœminarum, ut subere illis infarto staturam adjuvarent.

^v *Forensia*] Togam præsertim intelligit, atque aliud forte nonnihil, quod ad ornatum, dum foras prodibant, induerent: et suaserit vox pluralis numeri ‘forensia.’

tem et calcios ^w nunquam non intra cubiculum habuit, ad subitos repentinosque casus parata. [74.] Convivabatur et ^y assidue, nec unquam nisi recta, ^x non sine magno ordinum hominumque dilectu. Valerius Messala tradit, neminem unquam libertinorum adhibitum ab eo cœnæ, excepto Menæ, ^z sed asserto in ingenuitatem, ^z post proditam Sex. Pompeii classem. Ipse scribit, invitasse se quendam, ^a in

//////////

O. et edd. Vett. Alii per *e* scribunt.—1 *Et* ignorant Medicei, Fouc. Dun. Cop. Edd. Bon. Ald. Lugd. Junt. Raph. Bas. et al. *Mox nota sine* Harlem. et *dilect.* Memm. Medic. 2. 3. Fouc. Pin. Ed. Torr. *que* abest Medic. 1. Supra *recte* Medic. 2.—2 *Mina* Cort. *Metia* Harlem. Edd. Ven. tr. Mediol. pr. Cald. *Deinita* distinguunt Edd. Junt. Arg. Ald. Bas. Gryph. *ingenuitatem.* *Post pr. S. P. classem ipse scribit, et proditam* Cuj. Harlem. Ven. tr. marg. Bas. cum al. nonnullis. In Vind. 1. deest *Sex.*—3 *Quondam* Memm. Edd. qq. *spicul.*

NOTÆ

^w *Calcios*] Lunatos illos, hoc est litera C, ad crescentis Lunæ similitudinem, insignitos. Juvenalis Satir. VII. vs. 192. ‘Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ.’ Unde etiam alutacinatos Catoni dictos notat Turnebus Adversariorum lib. XIX. c. 24. ubi et mulleos dictos quoque ait, vel a mullando, hoc est suendo, ut ait Festus, apud quem legitur ‘allucinatos,’ vel potius a rubro nulli piscis colore, cum e contra pisci ipsi nomen inditum tradat Fenestella propter similem ejus cum ejusmodi calcio colorem. His ergo dum foras prodibant calciati, in cubiculo soleas habebant; mulieres vero sandalia, quibus etiam in nuptiis eas calciari voluere, ut sui hoc symbolo meminissent officii. Vide apud Festum verbum ‘mulleos,’ et notas Andreæ Dacerii viri doctissimi.

^x *Recta*] Hoc est cœna, qua cibi iidem omnibus simul accumbentibus apponebantur, ad differentiam sportularum, quas sordidi quidam divites saluatoribus suis præbebant nonnunquam e limine domus auferendas: quod Juvenalis increpat Satir. I. vs. 95. ‘Nunc sportula primo Limine

parva sedet, turbæ rapienda togatæ.’ De quibus infra non semel, ut Neron. c. 16. Vesp. c. 19. Vel cum Budæo in Pandectas, et Torrentio, hic rectam intellige, qua recto, hoc est justo, ordine suo scilicet quisque discumberet, cum sportulæ clientibus promiscue præstarentur. Rectam non raro intelligunt lautam et opiparam cœnam: quo sensu ‘recte vivere’ aliquando pro laute vivere. Senec. ‘Omnes qui, ut ita dicam, recte vivunt.’

^y *Mena*] Pompeii Magni liberto, de quo supra. In hunc acerbe admodum Horatius Epod. 4.

^z *Asserto in ingenuitatem*] Asseri in ingenuitatem, aliud nihil est quam ingeniorum obtinere jura, civitatem v. g. jus anulorum aureorum, sedendi in quatuordecim, de quibus in Jul. cap. 8. et 39. et Aug. c. 40. quæ conditionis præmia Menas ille tulerat, ut Appianus lib. V. Civilium Bellorum, et Dio lib. XLVIII. tradidere, unde Horatius in eum ibidem, ‘Sedilibusque magnus in primis eques, Othone contento sedet.’

^a *Quondam*] Libertum scilicet; cohæret enim cum eo quod de libertorum

cujus villa maneret, qui speculator suus olim fuisset. Convivia nonnunquam et serius inibat, et maturius relinquebat; cum⁴ convivæ et cœnare inciperent, priusquam ille discumberet, et permanerent, digresso eo. Cœnam ternis⁵ ferculis,^b aut, cum abundantissime, senis præbebat, ut non nimio⁶ sumtu, ita summa comitate. Nam et ad communionem sermonis tacentes vel summissim fabulantes provocabat, et aut acroamata⁷ et histriones, aut etiam triviales ex Circo ludios⁸ interponebat, ac frequentius aretalogos.^c



et in Vind. 2. Huls. *fuiss. ol. suis.*—1 *Cum* deest Cuj. et ante habet Fouc. *secus* pro *serius*, relict. spat.—5 Ita, non *trinis*, Mss. præter opt. Torr. et utrumque Vind. Cort. Pin. et Edd. antiquæ præter Rom. Bas. post. Torr. Casanb. et seqq. usque ad Græv. Ceterum *ferriculis* Exc. Voss.—6 *Minimo* Memm. Dein *tacētis* Polit. In Periz. Harlem. Vind. 1. Cort. Edd. Rom. Ven. 1. Mediol. aliisque *etiam* pro *vel.*—7 *Aut cromata* aut *h.* Memm. *acrom.* Medic. tres, Harlem. Cop. Voss. Edd. Ven. 1. Lugd. Junt. Steph. Ald. *achrom.* Ed. Rom. sec.—8 *Constanter* in Mss. exaratur *ludos*, quibusd. except. a Be-

NOTÆ

suburbanis c. 72. dixit. Hic vulgati *spiculator*, Mss. *speculator* legunt. Ille unus fuerit ex iis, quos spiculis armatos corporis sui custodes habebant. Hic ex iis qui hostibus ignoti sese immiscebant, in eorum usque concilia nonnunquam penetrantes, quid consilii caperent, exploratnri.

^b *Ternis* [*trinis ferculis*] Sabellicus de tribus ciborum generibus intelligit, qualia forte dicuntur a nobis *trois services*. Casaubonus vero de machinis illis quibus lautiores Romani partim imponebant lances, partim appendebant; nec enim mensas attingebant: hujusmodi machinam Petronius appellat repositorium, lautam illam cœnam describens in Satyrico. Repositorium rotundum duodecim habebat signa in orbem disposita, super quæ proprium convenientemque materiæ structor imposuerat cibum: super arietem cicer arctinum, super taurum bubale frustum, &c.

^c *Acroamata*] Hæc apud Græcos

proprie sunt voces et auscultationes. Aristoteles enim sic appellavit commentationes quasdam, quas discipulis suis ore proprio, non autem scriptis tradebat. Latini pro ipsis hominibus ἀκροαμάτων recitatoribus sumere, sed de jocis tantum et recitationibus ludicris intelligentes, unde ‘festivum acroama’ Ciceroni dicitur. Apud Macrobius videntur sumi pro pueris Symphoniaci, lib. II. c. 4. ‘delectatus inter cœnam pueris Symphoniaci Turonii Flacci Mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acroamata fuisset liberalis nummis.’ In Salmasii codice legitur *cromata*.

^d *Ex Circo ludios*] Ii sunt infimæ sortis homines lucrum ex fallaciis captantes, v. g. divinatione per inspectionem manuum, interpretatione somniorum. De quibus Cicero primo de Divinatione, ‘non de Circo astrologos, non Iliacos conjectores, non interpretes somniorum,’ &c. Idem

[75.] Festos et solennes dies profusissime, nonnunquam^f tantum joculariter,^g celebrabat.¹⁰ Saturnalibus,^g et si quando alias libuisset, modo munera dividebat, vestem, et aurum, et argentum: modo nummos omnis notæ,ⁱ etiam veteres regio^h ac peregrinos: interdum nihil præter ciliciaⁱ



roald. visis, qui ludios ex illis edidit Mediolani. Cum Beroald, ita dederunt Mediol. 1. Ven. 2. 3. Cald. Bas. Colon. Gryph. 1544. et post Torr. conject. non novam recudi sic curavit Casaub. ceterique. Mox frequentius cum Memm. Lisl. Pal. 2. 3. quatuor Torr. Pin. et aliis, cum Edd. Rom. et Raphel. retinuit Oud. In ceteris Mss, et Edd. frequentissime. Harlem. aut freq. Periz. aut frequentius cum Cop. a m. pr. Tum aretalogos Edd. Rom. arethalog. Cort. aretolog. Vind. 1.—9 Casaub. scribend. voluit profus. nonnunquam, nonnunquam joc. tan. sed alii monuere vocem nonnunq. repeti debere, non exprimi. Alii al. ord. joc. tant. Cort. tamen joc.—10 Exercebat Huls. Vind. 2. sed in marg. celebr. Deest si in Ed. Gryph.—1 Huls. omittit notæ, et mox regio

NOTÆ

gens homines in Circo morabantur, fallacia sua stolidorum pecuniis insidiantes: unde Horatius ‘Circum fallacem’ dicit: ‘Fallacem Circum, vespertinumque pererro Sæpe forum,’ &c.

^e Aretalogos] Casaubonus ab ἀρετή, hoc est virtus, et λόγος, hoc est sermo deducit; ut ii intelligantur garruli quidam et in ostentationem virtutis loquaces Philosophi, qui, cum scholas et sectatores non haberent, beatorum convivia frequentabant, variis eos de virtute et vitio disputationibus oblectantes; quales multos fuisse Cynicæ præsertim et Stoicæ sectæ, ex Laërtii præsertim et Luciani scriptis constat. Turnebus Adversariorum libro x. c. 12. ab ἀρεστών, hoc est placens, gratum, &c. ut intelligantur aretalogi nugatorum duntaxat aliquod genus, risum fabellis et acroamatis excitantium. Ut ut est, horum quoque meminit Juvenalis Satira vi. ‘Risum fortasse quibusdam Moverat ut mendax aretalogus.’ Et infra Tib. c. 61. Certe Philo legatione ad Caium narrat Augustum super cœnam Philosophorum colloquio delectatum, quod

Casauboni mentem firmare videatur: adhibiti siquidem frequentissime dicuntur aretalogi.

^f Nonnunquam] Repetit hanc vocem Casaubonus hoc modo, profusissime nonnunquam, nonnunquam joculariter, &c. qua sane omissione phrasis imperfecta videatur.

^g Saturnalibus] Quo die xenia mittebant ad sese invicem cum lemmatis, hoc est titulis illis jocosis, et festiviter ambignis, de quibus hic. Quin et servos libere agere illo tempore et in pileis esse sinerent, cap. 32. et 71.

^h Regios] Sabellicus de regibus peregrinis intelligendum existimat, Romanorum regum nummos habere ideo non potuisse arbitratus, quod nondum eorum temporibus signatum esset argentum. Sed Torrentium longe potius audierim, dicentem nummos ejusmodi non materia, sed vetustate æstimandos, ii siquidem, ut hodieque fit, mercium instar vendebantur. Constat autem, Servio regnante, æs Romæ percensum, quin et scortei ligneique nummi populo a Numa divisi leguntur. Cui accedit quod frustra

et spongiarum,^k et rutabula,^{2 1} et forciparum,^m atque alia id genus, titulis obscuris et ambiguis. Solebat⁵ et inæqualissimarum³ rerum sortes,ⁿ et aversas tabularum picturas⁴ in

⁵ *Assueverat etiam sæpe in epulis vendere sorte res maxime dispares pretio, et tabulas pictas aversa pictura: et eventu ambiguo fallere vel explere spem licitantium: eo modo ut oblatio pretii fieret per unumquemque lectum discubitorium, et damnum vel emolumentum commune esset.*



non legitur in Viterb.—2 *Rutabilia* Harlem. Ed. Ven. 1. *ruptabula* Vind. 2. *rutabula* Ed. Rom. pr. Item *Spongiarum* sen *sphongearum* Memm. Pin. Cop. Dein *forciparum* receptum a Mss. et Edd. plerisque. *forciparum* Ed. Camp. Var. *forciparum* plurimarum, idque placet Ond.—3 *Inæquarum* liber Torr. *inæquissimarum*. Cort. Ed. Camp. Dein *aversas* testantur Memm. Fouc. Dun. Medic. Vind. Voss. cum Edd. Beroald. Bas. Col. Gryph. Vulgo *adversas*.—4 *Pictura* Memm. *picturas*

NOTÆ

dixerit ‘regios,’ si de Romanis non intelligat; ‘peregrinos’ enim dixisse sufficiebat: unde servanda foret Viterbiensis codicis lectio, a quo *ῥῆ* *regios* abest. ‘Peregrinos’ igitur intellige Philippos, v. g. Darios, Victoriarum, qui teste Plinio lib. xxxiii. c. 3. ex Illyrico advectus est antequam Romæ percuteretur. Quod et in dubium revocaverint studiosi numismatum investigatores, qui Romano nemini ante Pompeium licuisse putant monetæ nomen suum imprimere; nisi forte de privatis duntaxat intelligendum sit.

ⁱ *Cilicia*] Vela quædam hirsuta ex villis caprarum confecta, in usum nautarum et rei militaris.

^k *Spongiarum*] His ad varias infirmitates medici utebantur, ut ex eorum libris colligere est. His quoque mensas detergebant, ut patet ex Martiali in Apophoret. Epig. cui titulus ‘spongia:’ ‘Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis.’

¹ *Rutabula*] Lignum illud est, quo utuntur ad prouendum ignem, dum panis coquitur, aut coquendus est.

^m *Forciparum*] Instrumenta fabrilis, quibus calida attrahantur. Hæc au-

tem omnia, aliaque id genus, cum sua quæque inscriptione Saturnaliorum diebus mittebantur, ut etiam ex Martialis Xeniorum et Apophoretorum libris constat, quibus festiuis inscriptionibus seu titulis plerumque ambiguo sensu latebat obscenitas.

ⁿ *Solebat et inæqualissimarum rerum sortes, &c.*] Hoc modo factum conijcere est. Paratas habebant urnas duas: in alteram rerum venalium singularum pretia totidem notata schedulis mittebant; in alteram rerum ipsarum nomina pari modo descripta: quo facto, schedulaque e singulis urnis ducta ab unoquoque, ejus rei quæcumque obvenisset pretium solvebat, quod schedula a se ducta notatum esset. Cum igitur diversissimi pretii res essent, fieri facile poterat, ut qui schedulam maximi pretii duxisset, eadem illi ex urna altera, qua rerum nomina continebantur, non nisi minimi pretii res, sive rei schedula, contingeret, aut e contra, quæ certe ampla jocorum, et cachinnorum materies; maxime si (quod existimat Casaubonus) de numeribus illis et titulis festive ambiguis idem fieret; quod tamen haud videtur dicere Suetonius.

convivio venditare, incertoque casu spem mercantium vel frustrari, vel explere; ita ut per singulos lectos⁵ licitatio fieret, et seu jactura, seu lucrum communicaretur. [76.] Cibi (nam ne hæc⁶ quidem omiserim) minimi erat, atque vulgaris fere. Secundarium panem,^p et pisciculos minutos, et caseum bubalum⁷ manu^q pressum, et ficos⁸ virides biferas^r maxime appetebat: vescebaturque et ante cœnam quocumque tempore et loco, quo⁹ stomachus desiderasset.



pro v. l. Dun. Tum indicare Fouc.—5 In libro Torr. *lotros*, sed *lectos* add. in marg. Lips. Elect. l. 11. c. 17. *lotros* vel *lotus* maluit retinere. Infra *comitaretur* idem lib. Torr. pro *communic.*—6 Hæc retinent Oud. Wolf. Baumg. auctoritate Memm. (qui et *erunt*) Cop. Medic. trium, Vind. 2. Voss. accedente Dun. Alii cum Edd. plurimis, etiam Burm. et Bip. hoc præferunt. In Fouc. *nam hoc sine ne.*—7 *Bubalum* Vind. 2. *Bibulum* Cop. Medic. 2. 3. Dun. Voss. Cuj. Tum Lips. cumque eo Torr. maluerunt *mane pressum*. Huls. cum Ms. Casaub. habet et *manu.*—8 *Ficus* Medic. 1. 3. Cop. *ficus v. et bif.* Vind. 2. Dein et deest post *vesceb.* Harlem. Periz. Cort. Edd. Rom. Mediol. Ven. tr. Bon. Lugd. *Vescebatur* etiam sine *que* in utroque Vind.—9 In Edd. Aldi, Steph. Casaub. Græv. pr. non comparet *quo*, quod ejici voluere Lips. et Torr. Sed notat Casaub. in membr. scribi et *quo loco*, et in Medic. 1. 3. ac Vind. 2. reperit Oud. exaratum *quocumque* (*quoque* Vind. 1.) *quo loco, quo st.* unde emendandum existimat, *quocumque temp. quoquo loco st.* In Edd. Ven. 2.

NOTÆ

^o *Lectos*] Libro uno non malo Torrentius legit *libros*, quod probat Lipsius, aut saltem *lotus*, quod idem est; ut sit sensus: licitationem hanc factam eo intervallo, quo manus ex consuetudine lavabant inter cœnandum, quoties nempe mutabantur ferula. Quo forte plus acuminis et eruditionis, quam veritatis insit.

^p *Secundarium panem*] Hoc est, plebeium, ex secundo panificio, qui et Horatio secundus dicitur epist. l. lib. 11. ‘Vivit siliquis, et pane secundo:’ primus autem, qui mundus quoque dicebatur, fiebat ex purissimo furfure. De quibus differentiis videsis Plinium lib. viii. c. 9.

^q *Manu*] Mavult Torrentius *mane*, ut sit sensus, recenti caseo delectatum. Certe sic stomacho creditur utilior.

^r *Biferus*] Biferum appellat fruc-

tum, pro ipsa arbore bis unoquoque anno fructus edente, quales præsertim ficus esse dicit Plinius lib. xvi. c. 26. et 27. Has duplices appellare videtur Horatius lib. 11. Satir. 2. ‘Et nux ornat mensas cum duplici ficu.’ Hæc athletarum præsertim delicæ, quod et juvenum vires augere et senum reficere dicantur. Torrentius de quodam ejus pomi genere tam Horatium quam Suetonium intelligit. Dio Cassius his tandem Augustum Livie fraudibus enectum narrat: illa quippe Agrippæ nepoti reconciliatum illum dolens, veritaque ne, si vitam diutius traxisset, Tiberius imperio frustraretur, ficus ejusmodi pendentibus ab arbore veneno unxit, illasque ab Augusto decerpendas illecebris et astutia muliebri curavit; non medicatas, quas norat, cum ipsa decerperet et una manducaret.

Verba ipsius ex epistolis sunt: 'Nos id essedo¹⁰ panem et palmulas¹ gustavimus.' Et iterum: 'Dum lectica ex regia^u domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ^{2v} comedi.' Et rursus: 'Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis^w jejunium servat, quam ego



3. Mediol. Cald. quod extat.—10 In *rescendo* Periz. Harlem. Fonc. Vind. 1. Cort. Edd. Rom. Ven. Med. Cald. in *escendo* Cop. Ed. Lugd. in *edendo* Polit. —1 In Exc. Voss. exhibetur *ex regia domo*. Dein pro *unciam* Vind. 1. *baibuciam*, et Vind. 2. *via unicum*; inde facit Oud. *unam unciam*, sed nihil mutat.—2 Torr. qui Lipsium sequitur, legend. *autumat, cum paucis duracinis uvis*, im-

NOTÆ

^s *In essedo*] Alii codices *rescendo*. Essedo curvus est, quo usi Britanni. Propert. lib. II. Eleg. 1. in fine, 'Si te forte meo ducet via proxima busto, Esseda cælatis sive Britanna jugis.' Et Galli etiam.

^t *Palmulas*] Hoc est, fructus palmarum, hujusmodi arborum, unde quinquaginta tradunt esse genera, omniumque et cibo et succo celeberrimas eas esse quæ Caryotæ nuncupantur, de quibus Plinius lib. XIII. c. 4. et alii. Martial. Epig. 37. lib. XIII.

^u *Regia*] Hæc fuit Numæ Pompilii, quam post ejectos reges habitavit rex sacerorum. Curia quoque Pompilia dicta est, et de ea Torrentius Horatium intelligit Ode 2. lib. 1. 'Ire dejectum monumenta regis Templaque Vestæ.' Erat quippe Vestalibus contigna, unde et his postmodum donata est ab Augusto Pontificatum maximum adepti, ut auctor est Dio lib. LIV. Augustus autem ipse domus Palathæ partem primo, deinde totam publicavit: in publico quippe Pontificem habitare necesse erat, ut idem ait ibid. Dio, et in Julio c. 46. notatum est.

^v *Cum paucis acinis uvæ duracinæ*] Torrentius emendandum censet *uvis duracinis*; arbitratus acinos pro nucleis accipiendos; contra quem Ca-

saubonus fuse probat, acinos in racemis sive uvis esse quæ grana nuncupamus; et revera Palladius ipse lib. X. c. 11. sic loquitur: 'Sed maturitatem vindemiæ cognoscimus hoc genere; si expressa uva vinacia, quæ in acinis cælantur, hoc est grana, sint fusca, et nonnulla propemodum nigra, quam rem naturalis maturitas facit.' Quibus autem uvis durus erat acinus, hæc 'duracinæ' dictæ, quæ non alibi gratiorum quam in Italia. Plinius lib. XIV. c. 1. et alibi, et Columella toto lib. III. et IV. unde etiam evincitur acinos id non esse, quod Torrentius existimavit, prioris saltem ævi Latinis auctoribus.

^w *Sabbatis*] Vel intellige de magno illo sabbato, quo singulis annis recurrente, Pascha suam celebrabant Judæi, variis ante observatis jejniis, vel de quibusdam singularum hebdomadarum diebus, quo sensu dixit Pharisæus apud D. Lucam c. XVIII. vs. 12. *νηστεύω δις τοῦ σαββάτου*, quod interpretatum est, *jejuno bis in hebdomada*. Nec enim, si sabbatum intelligatur ultimus ille dies hebdomadæ, quieti et cultui divino dicatus, verum esset quod Augustus hic innuit, hoc nempe die jejunasse Judæos. Unde Casaubonus existimat, Romanos, morum Judaicorum ignaros, cum viderent et sabbati diem præcipua a Ju-

hodie servavi, qui in balineo³ demum post horam primam noctis duas buccas^{4x} manducavi, priusquam ungi inciperem.^y Ex hac inobservantia^{5z} nonnunquam, vel ante initium, vel post dimissum convivium solus cœnitabat, cum pleno convivio nihil tangeret. [77.] Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solitum super cœnam^a in castris apud Mutinam,^b Cornelius Nepos^c tradit.⁶ Postea, quoties largissime se invitaret,^d senos sextantes^e non excessit, aut, si excessisset, rejiciebat.

//////////

probante Casaub. In ora Ed. Plant. manus docta *cum pauc. racemis*.—3 Ita hic et alibi ex opt. codd. scribend. consentiunt VV. DD. In plerisque script. et impr. *balneo*.—4 *Buccas* Memm. Medic. 1. 3. Vind. 2. Pulm. Cop. et marg. Gryph. *buccias* Cuj. *buceas* Medic. 2. *bucellas* Vind. 1. Tum pro vulg. *ungi*, quod retinent Ern. Bip. Wolf. Baumg. *ungi* præbent Memm. Medic. tres, Polit. Fouc. cum Edd. Torr. Casaub. Burm.—5 Lectio hæc recepta e codd. Memm. Beroald. Giphon. Torr. Grut. accedentibus Fouc. Polit. Pin. Medic. 2. 3. cum Exc. Voss. Sed alii plurimi cum Edd. Vett. *observantia* servant, quod magis placet Ond. Dein *initium* Vind. 1. Ed. Plant. *cinitabat* Memm.—6 *Tradidit* Fouc. Mox verba *se invit.* desunt Mss. duob. Torr. et Ed. Camp. *sese* Medic. 1. *vinitarent* Vind. 2. a m. pr. Videtur in Pal. trib. *invitarent* as-

NOTÆ

dæis castimonia celebrari, et crebra ab iis usurpari jejunia, vel in derisionem eorum multa scripsisse, quasi singulis sabbati diebus jejunassent, vel id ipsum serio credidisse. Hinc falsa apud Justinum lib. xxxvi. c. 2. et Tacitum iv. Histor. 5. de hac jejunandi institutione testimonia. Hinc et Petronii Epigramma, et Juvenalis Satira vi. et xiv. Horatii lib. i. Sat. 9. et Martialis Epig. 4. lib. iv. *scommata*.

^x *Buccas*] Hoc est frustula: panem enim in quadras, hoc est frusta, has vero secabant in buccas. Bucellatum dixerunt panem nauticum, quem nos bis coctum nuncupamus, ad usus nempe diurnitatem excoctum.

^y *Priusquam ungi inciperem*] E balineo egressus unguimoris erat; cum tamen aliquid prius comedissent, dicebatur gustatio. Ut et de avunculo suo testatur Plinius junior lib. iii.

Epist. et Senec. lib. de Consolatione ad Martiam.

^z *Inobservantia*] Casaubonus ex Turonensi codice probat hanc lectionem, ut et Torrentius ex uno e suis, et ante ntrumque Beroaldus agnorat; quo posito, intelligendus est Augusti circa victum indifferens animus, nullis quippe statis legibus addicti, ut de Julio supra c. 87. Alii legunt *ex hac observantia*.

^a *Super cœnam*] Hoc est, inter cœnandum: in Julio c. 87. et Plinius epist. 22. lib. iv. 'De hujus nequitia in commune omnes super cœnam loquebantur,' &c.

^b *Mutinam*] De Mutinensi bello c. 10.

^c *Cornelius Nepos*] Qui virorum illustrium scripserat vitam.

^d *Se invitaret*] Torrentius notat has voces abesse a duobus Mss.

^e *Sextantes*] Sextans nummulus erat

Et maxime delectatus est Rætico,^f neque temere interdium bibit.⁷ Pro potionem sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum,^g vel lactuculæ thyrsus,^h aut recens acidumve⁹ pomumⁱ succi vinosioris. [78.] Post cibum



cibi, testante Grut.—7 Lips. mallet *interbibit*. Tum pro *positione* Memm. *portione* Ed. Paris.—8 *Lactuculam aut thyrsus* Cop. *lactuculam et thyrs.* Vind. 2. Medic. 3. et 1. nisi quod *lactuculum*. Ad oram Ed. Steph. man. doct. *lactuculus et thyrsus*.—9 *Aridumve* Memm. Medic. tr. uterque Vind. Polit. Periz. pro v. l. Voss. Mss. Casaub. Burm. Pal. 2. 3. et 1. a sec. m. cum Edd. Ven. Med. Cald. pluribusque, probantib. Oud. et Wolf. Torr. vel *aridum* vel saltem *acidumque* præfert, cui in hoc astipulatur Oud. In Cuj. *recens, arid.* et s. v. Vind. 1. *tyrsus recens, aridum vel p.* Marg. Gryph. 1539. exhibet *aridumve*, probatque Christianus, sed Ern. mendose pro *acidumve* perscriptum suadet. Lips. conj. *flucidumve*. Nostr. denique lect. tueritur Edd. Rom. Legd. Dolet. Gryph. Bas. Colin. et recentt. etiam Var.

NOTE

duas valens uncias, ut et vas duorum capax cyathorum, quod sextiës repetitum sextarii mensuram æquabat; cum enim cognata sit et connexa ponderum ac mensurarum ratio, si pondus mensuræ componimus, quanta libræ pars est uncia, tanta cyathus est sextarii; hic quippe in duodenos cyathos dividitur: legendus Budæus lib. v. de asse. Sextarius autem Romanus, Isidoro teste, duas libras Romanas, hoc est 24. uncias appendit, quantum aquæ pondus eam omnino mensuram implet, (ut experimento probare promptum est,) quam ternos semisextariolos lingua vernacula urbis Parisiensis appellat, quæ largissima fuit Augusti in bibendo mensura, quam et honeste bibentibus sufficisse Horatius innuit Sat. I. ‘Panis ematur olus, vini sextarius,’ &c. Idem de Tacito imperatore Vopiscus narrat: ‘fuit vita parcissimus, ita ut sextarium vini tota die non potaverit,’ &c. Trientes igitur, Quincennes, Dennces, vasa quoque sunt potoria totidem cyathorum, unde Martialis Epig. 28. lib. XII. quendam carpit, ‘Poto ego sextantes, tu potas, Cinna, dennces.’

^f *Rætico*] Strabo lib. IV. auctor est, vinum illud e Ræticorum montium radicibus Veronam usque nasci, generosisque Italiæ vinis accenset. In Augusti, ut verosimile est, gratiam illud quoque Virgilius laudavit in Georgicis, ‘Sed quo te carmine dicam, Rætica? nec cellis ideo contende Falenis.’

^g *Cucumeris frustum*] Cucumeres Tiberio quoque fuerunt in deliciis; et lactucis Augustum servavit Antonius Musa, de quo supra c. 59.

^h *Thyrsus*] Thyrsus de quavis herba, sed de lactuca præsertim dicitur, estque caulis sive scapus illius *la côte*, sive *la tige*, ad similitudinem Thyrsi bacchici, qui hasta quædam est Baccho sacra. Plinius lib. XIX. c. 8. ‘Divus certe Augustus lactuca conservatus in ægritudine fertur prudentia Musæ medici.’ De quo supra c. 59. et infra c. 81.

ⁱ *Acidumve pomum*] Torrentius in tribus Mss. legit *acidum*. Quia tamen acidum pomum, et succi vinosi idem esse videntur, ne abundet ulla vox, retinet *aridum*, hoc sensu: Autumnio quibusque pomis promiscue utebatur Augustus, quod nempe tunc temporis,

meridianum,^k ita ut vestitus calciatusque¹⁰ erat, relectis¹ pedibus¹ paulisper conquiescebat,^m opposita ad oculos manu. A cœna lucubratoriam se in lecticulam^{2 n} recipiebat.



Bip.—10 *Calciatus*re Vind. 2.—1 Ita Memm. cum Mss. O. Torr. Burm. Grut. et Oud. et Edd. plerisque, probantib. Casaub. Oud. Ern. Ruhnk. Wolf. et Baumg. *Rectis* Edd. Rom. Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg. *retractis* Peiz. Schellernus cum Torr. maluit *rejectis*, Heins. *prælectis*, quod Burm. placet, reliquit tamen vulg. lect.—2 Memm. cum Harlem. Cop. Periz. (nisi quod *lugubrato-*

NOTE

cum recens ab arbore decerpta sunt, omnium succus magis ad vinosum accedit; hyeme vero v. g. aut alia anni tempestate, qua condita et servata poma frigore constricta sunt, et quasi arefacta, tunc ea quæ succi forent vinosioris præfererat, juxta hunc Juvenalis versum Satir. XI. versu 76. 'Nec odoris mala recentis, Nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam Autumnum, et crudi posuere pericula succi.'

^k *Post cibum meridianum*] Prandio levem facilemque cibum sumere moris fuit ævo illo. Hor. Sat. 6. lib. 1. 'Pransus non avide quantum interpellat inani Ventre diem,' &c. 'Impransi correptus voce magistri.' Unde colligit Casaubonus eos duntaxat prandere consuevisse, qui diem inter otium et curas dividebant, ita ut sex septemve primis diei horis negotiis vacarent, reliquas corporis curæ tribuerent; non item ii qui vitam vivebant occupatiorem. Medium Augusto servatum; prandium siquidem eo modo non sumebat, quo cœnam solebant, sed vestitus calceatusque, non sumta cœnatoria veste, non depositis calceis ad sumendas soleas, &c. quæ in cœnis usitabantur, nec etiam statis horis, sed ubi stomachus interpellasset, ut supra c. 76. Eodem sensu Senec. Epist. 84. 'Panis deinde siccus, et sine mensa prandium, post quod non sint lavandæ manus.'

¹ *Relectis pedibus*] Legunt alii *re-jectis*, quasi exporrectis; quod secure et profunde dormientis indicium est, quod Terentius 'in utramvis aurem dormire,' dixit, quod ægre de Augusto persuaserint quæ sequuntur, nisi hoc ipsum in causa fuisse dicatur, cur noctu non dormiret. Hinc alii *rectis*, alii *retractis* legendum volunt. Omnium maxime probat Casaubonus *relectis*, modo syllaba *re* intelligatur rem intendere, non vero negare, ut volebat Torrentius, hoc est bene tectis pedibus, non vero apertis: sic enim erit ex consuetudine veterum, qui somno illi meridiano bene tectis pedibus indulgebant. Quod Casauboni iudicium eo minus mirum videri debet, quod et aliis quoque vocibus peculiari sensu utatur Suetonius, et alii quoque auctores usi sint, ut 'recondere' apud Propertium modo condere et servare est, modo promere; sic et inauratus, edurnus, egelidus, &c. ambiguae significationis sunt, ut et de voce expers probat idem Casaubonus ad Persium Satira VI.

^m *Conquiescebat*] Illud est quod meridiari dicebant, more et Græcis cognito, apud quos *μεσημβριάζειν* idem omnino est.

ⁿ *Lecticulum*] Pro cella quadam secretiore sumit Torrentius, eodem sensu quo Juvenalis Sat. VII. 'Qui facis in parva sublimia carmina cella.' Contra quem Casaubonus multis ar-

Ibi, donec residua diurni³ actus,^o aut omnia, aut ex maxima parte, conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde transgressus, non amplius, cum plurimum quam⁴ septem horas, dormiebat, ac ne eas quidem continuas, sed ut in⁵ illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. Si interruptum⁶ somnum recuperare, ut evenit, non posset, lectoribus aut fabulatoribus accessitis resumebat, producebatque ultra primam⁷ sæpe lucem. Nec in tenebris vigilavit unquam, nisi assidente aliquo. Matutina vigilia offendebatur: ac si vel officii, vel sacri causa^p ma-



riam habeat) Dnn. codd. omnibus Oud. et Edd. Vett. alium ord. dat. scil. in lectic. se lucubr. quem restituit solus Oud. Edidit Pitise. se in lectic. Ed. Camp. etiam lecticam.—3 Diurni Cort. Camp. Mox e max. Memm. ex magna Cop. Deest præpos. Medic. 1. a m. pr.—4 Fastidit Vind. 1. τὸ quam. Item absunt cum plur. a Cort. et Edd. Rom. quam plur. Periz. Dein at ne Foue. qui mox ut even. recup. non pos.—5 Edd. Rom. non habent in ante illo. Tum recipere Memm. pro recup. et accessitis Medic. duo, Periz. Cort. Harlem. et Edd. Vett. usque ad Casaub. Item perducebatque Pin.—6 Interentum Huls.—7 Torr.

NOTÆ

guementis probat, lecticulam hanc lucubratoriam nil aliud fuisse, quam lectulos illos, in quibus lectioni, aut meditationi operam daturi se componebant. Cicero III. de Orat. 17. 'Cum dedita opera in eam exhedram venisset, in qua Crassus lectulo posito recubuisse, eumque in cogitatione defixum esse sensisset, statim recessisse:' et lib. de Senect. 38. 'Quæ si exequi nequirem, tamen me lectulus oblectaret mens, ea ipsa cogitantem quæ agere non possem.' Senec. epist. 72. 'quædam sunt quæ possis et in cisio scribere, quædam lectum et secretum et otium desiderant.' Et epist. 67. et Plinius lib. v. epist. 5. 'Visus est sibi jacere in lectulo suo, compositus in modum studentis.' Ovid. Trist. lib. I. Elegia 10. 'Non hæc in nostris, ut quondam, scribimus hortis, Nec consuete meum lectule corpus habes.' Hinc Juvenalis de pœtæ et historicis Sat. VII. vs. 105.

'Est genus ignavum, quod lecto gaudet et umbra.' Saltem ex lectione Casanboni; legunt enim alii *lecto*, non *lecto*: huc etiam trahit versus Persii in Sat. I. 'Non quicquid denique lectis Scribitur in citreis,' &c. Quam tamen de lectis tricliniariis alii non inepte intelligunt. Quæ omnia et variis Græcorum testimoniis confirmat idem Casaubonus, apud quem causa præcipue notanda est ea, quam ex Galeni lib. III. de Usu Partium adducit: ideo quippe veteres scriptioni operam daturi, in ejusmodi lecticulas se recipiebant, quod non super mensis vel pluteis, ut plerique hodie, scriptarent, sed super femore collocata charta.

^o *Diurni actus*] Ejus diarii, de quo supra c. 64.

^p *Sacri causa*] Ejusmodi officiorum et sacrorum causa intellige, de quibus supra c. 53. dixit, civilitatem ejus narrans. Erant enim quæ a me-

turius evigilandum^{8 q} esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cujuscumque domesticorum cœnaculo^r manebat. Sic quoque sæpe indigens somni, et, dum per vicos deportaretur, et⁹ deposita lectica,^s inter aliquas moras condormiebat. [79.] Forma fuit eximia, et per omnes ætatis gradus venustissima; quanquam et omnis lenocinii negligens, et in capite comendo tam incuriosus,^t ut raptim¹⁰ compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam, eoque ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet. Vultu erat,^e vel in sermone, vel tacitus, adeo tranquillo serenoque, ut quidam e primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quo minus, ut destinarat, in transitu^t

^e *Vultu erat tam placido et tam sereno, sive cum loqueretur, sive cum taceret, ut unus ex principibus viris Galliarum fassus fuerit inter suos populares, se impeditum ac delinquitum fuisse illius aspectu, quo minus illum præcipitaret in transcendendis Alpibus, ut constituerat, sub prætextu aliquid dicendi.*

malebat plurimam, nullis libris ducibus.—8 Vulgo *evigilandum*, sed illud rescribendum jubent una voce Interpp. plurimis ac bonis codd. suffragantibus.—9 ^e Si copulativa conjunctio et hinc abesset, nemo sane desideraret. Verum agnoscunt Mss. O. et Edd. si a Burmanniana recesseris; quamvis nihil moneat vir Celeb.^r Oud. Supra *cujusque* Vind. 1. Tum *per vices adoptaretur* in Vind. 1. Pro *aliquis* legebat Nic. Heins. *oblatus*. Harlem. *mores*.—10 *Ut et rapt.* Cort. (qui paulo ante *comendo*) et Edd. Rom. Mox *ac raderet* Cop. Dein *aliquid* exulat a Vind. 1. et *etiam* ab Cort. Edd. Rom. in quibus et Mediol. cum Mss. Erasm. Torr. Edd. Ven. Bon. Lugd. Junt. Ald. Arg. est *remollitum*, quasi a *molior*.—1 *Intransitum* Vind. 1. Dein *propius* desideratur in Ms. Torr. Cort. et Edd. Rom. quæ et *etiam* ante *existim.* omittunt, cum Periz. Harlem.

NOTÆ

dia nocte inciperent, quod et ab hac hora Romani diem suum auspicarentur, ut patet ex Censorino: videsis infra cap. 94.

^q *Evigilandum*] Vulgati libri legebant *evigilandum*. Quam vocem ut minime Latinam rejecit Casaubonus.

^r *Cœnaculo*] De cœnaculis quid essent, supra cap. 45. Ex hoc loco constare potest, cœnacula usque eo non fuisse contemnenda, in illis siquidem et amici Imperatoris habita-

rent. Nec enim hinc viliores domesticos quisquam intellexerit.

^s *Depositæ lecticæ*] Juvenal. Sat. 111. divitum commoda enumerans, hanc recenset, quod lecticæ ope, ‘Si vocat officium, turba cedente feretur Dives,’ &c. ‘Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus, Namque facit somnum clausa lectica fenestra.’

^t *Incuriosus*] Hoc est negligens; incuria quippe negligentia est.

Alpium per simulationem colloquii propius admissus, in præcipitum propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos, quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris; ² gaudebatque, si quis ³ sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem Solis, ^v vultum summitteret: sed in senecta sinistro minus vidit. Dentes raros, et exiguos, et ⁴ scabros, capillum leniter ⁵ inflexum ^w et sufflavum, ^x supercilia conjuncta, ^y mediocres aures, nasum et a summo eminentiorem,



Cop. Ed. Ven. 1. Item in Harlem. *æstimari*.—2 Grut. abesse mallet *vigoris*.—3 *Si qui* Memm. Medic. 3. Polit. Vind. 1. Periz. Harlem. et Edd. Vett. usque ad Bas. post. reponitque Oud. in sua. Præbet Dun. lect. recept.—4 *Post exig.* Ed. Camp. non agnoscit *et*. Tum pro *scabr.* man. doct. in ora Ed. Steph. *asperos* ascripsit.—5 Sic omnes meliores libri Casaub. ipso et Scriverio probantib. Ita quoque ex utroque Vind. Cort. Edd. Rom. utraque, Bon. aliisque recepit Oud. favente Ern. In Dun. vulg. lect. *leviter* servatur, idque

NOTE

^u *Divini vigoris*] Hac etiam opinione delectatum Julium narrat Dio.

^v *Quasi ad fulgorem Solis*] Innuit quod Aurelius Victor narrat de milite quodam, qui cum ab ejus se aspectu averteret, petenti causam Augusto respondit, 'quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum.' Plinius lib. xi. cap. 37. diversa omnino a Suetonio et Victore de Augusti oculis narrat, 'Divo Augusto equorum more glauci fuere, supraque hominem albicansis magnitudinis: quam ob causam diligentius spectari eos iracunde ferebat.' Plinio tamen Suetonium non male prætulit, cum et auctoritate Virgillii nitatur, qui lib. 1. Æneid. sub Æneæ persona, Augustum dubio procul indicans ait, 'Namque ipsa decorum Casariem nato genitrix, lumenque juventæ Purpureum, et lætos oculis afflarat honores.'

^w *Leniter inflexum*] Nec omnino annulatum, nec etiam rectum.

^x *Sufflavum*] Hoc est modice flavescens,

tirant sur le blond. Coma flava in deliciis apud molles ejus ætatis erat, super qua plura videsis infra in Calig. cap. 11. et 47.

^y *Supercilia conjuncta*] Hoc est indistincta et absque intercilio, seu glabella, qua discriminantur in aliis. Qualia habentes supercilia *δυσσπλοι* dicuntur Aristoteli lib. de Physiognomoniam cap. ultimo, hoc est tristes, seu ut explicant alii, levibus de causis anxii, et magnis ultra modum vexati. Oculi vero nitidi eidem Philosopho sunt salacitatis indicia, rari dentes brevioris vitæ, aures mediocres morum optimorum argumenta. De quibus hæc est mens Plinii lib. xi. cap. 52. 'miror quidem Aristotelem non modo credidisse præscita vitæ esse aliqua in corporibus ipsis, verum etiam prodidi-se.' Et paulo infra, 'nec universa hæc (ut arbitror) sed singula observat, frivola (ut reor) sed vulgo narrata.' Supercilia conjuncta ad puellæ suæ pulchritudinem exoptat Anacreon Ode 28.

et ab imo deductiorem,⁶ colore inter aquilum candidumque,^a staturam brevem, (quam tamen Julius Marathus⁷ libertus in memoria^b ejus quinque pedum^c et dodrantis^d fuisse tradit,) sed quæ commoditate et æquitate⁸ membrorum occuleretur, ut nonnisi ex comparatione astantis alicujus procerioris intelligi posset. [80.] Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus⁹ atque alvum genitivis notis, in modum et ordinem ac numerum stellarum cœlestis



retinet Burm. accedente Wolf. Habet Cort. *capillumque*.—6 *Eductiorem* Huls. Mox *staturamque* Vind. 1. et *quantum* Pal. 1. pro *qu. tamen*.—7 *Maratus* Vind. 1. *Vilius Marachus* Fouc. Tum in Vulgg. Edd. *in memoriam ej.* Abest in a Memm. Medic. 2. Voss. Dun. et Cuj. unde faciebat Gron. *lib. Atiæ in memoriam ej.* Lips. Elect. 1. 12. conjecit *lib. et a memoria ej.* quam emendationem, cum ad oram Ed. Gryph. 1539. invenisset ascriptam, probavit Ern. commūdatque Wolf. Prætulit Casaub. suam, *lib. in memoria vitæ ejus*, suffragante Rohnk. Favet Oud. Canuegiet. conjecit. in Misc. Obs. V. vi. t. 3. *legentis sed jam immemor ej.* vel potius *sed et immemor jam ej.*—8 Legit Casaub. *æqualitate*. Dein *conspiratione* Cuj. et *alius* Cop.—9 *Corpus Medic.* 1. ac *genitiv.*

NOTE

^a *Nasum et a summo eminentiorem, et ab imo deductiorem*] Hoc est ferme aquilinum Casaubono, nisi quod 'deductiorem' interpretatur λεπτὸν, hoc est, tenuem: quo sensu dixit Pomponius 'vocem deducere,' hoc est, tenuem illam ad mulieris modum effingere, 'vocem deducas oportet, ut mulieris videantur verba.' Alii volunt 'deductiorem' esse depressiorem seu demissiore, ut eminentiori opponatur; quod si deductiorem, hoc est paulo latiore, ab ima parte intellexeris, similior fuerit Augusti, qui supersunt, nummis.

^a *Aquilum, candidumque*] Priorem ab aqua dictum ait Festus, quod aquæ instar incertus sit et quasi mediis, album inter et nigrum. Quid si ab aquila feceris aquilum? eorum colorem non male referet, quos torruit solis ardor, et voce vernacula *basané* Casaubonus indigitat.

^b *In memoria* [*memoriam*] Lipsius Electorum I. lib. cap. 12. emendat a

memoria, ut sit sensus, Marathum illum Augusto fuisse a libellis memorialibus, quemadmodum in Julio 'a manu' servus dictus est c. 74. et 'amanuensis' Aug. 67. 'a libellis' infra Ner. 49. quod nec Torrentio displicet neque Casaubono: huic tamen sua magis placet, quam Lipsii conjectura, legenti *in memoria vitæ ejus*, ut intelligatur Marathus ille quosdam de Augusti vita scripsisse commentarios, quos hic auctor memoriam appellaverit, quemadmodum et infra Claud. c. 1. et Bæbins Macer apud Servium: 'Hoc etiam Augustus in libro secundo memoriæ vitæ suæ complexus est.'

^c *Quinque pedum*] Mensuram summam adolescendi hominibus septem pedum esse dixit Gellius lib. III. c. 10. utpote quam non excessisse tradunt Herculem.

^d *Dodrantis*] Hoc est, trium pedis quadrantium. De dodrante quid sit, in Jul. c. 83.

Ursæ; sed et callis quibusdam, ex prurigine^e corporis assiduoque et vehementi strigilis^f usu plurifariam concretis,¹⁰ ad impetiginis formam. Coxendice¹² et femore et crure sinistro non perinde valebat, ut sæpe etiam inde claudicaret: sed remedio habenarum^{2h} atque arundinumⁱ con-



Memm. Tum *Ursæ* Vind. 1. pro *Ursæ*.—10 *Contractis* Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. tr. Bon. Bas. Gryph. et recentt. etiam Pitisci. Illud reposuerunt e Mss. suis Torr. Casaub. Oud. aliique.—1 *Coxa indice* Memm. Cop. Fouc. Medic. Vind. uterq. Voss. Edd. Rom. Ven. *coxind.* Cuj. Mox *includicaret* Medic. 1. 2. Polit. Cuj. Voss. Dun. *iter includicaret* Cop. *includeret* Huls. *indieu claudic.* Vind. 2. a pr. m. *iter faciens claudicaret* Vind. 1. *claudic.* sine *inde* Fouc. Oud. conj. *in itinere, iter iniens, incedens, in via,* vel similia, sed nihil statuit certum.—2 Receptit Baumg. emendationem Trilleri in Program. quod pro-

NOTÆ

^e *Prurigine*] *Demangeaison*, et impetigo *gratelle*, vernacula lingua.

^f *Strigilis*] Instrumentum est ad stringendum corpus, hoc est detergendas corporis sordes in balneis et sudoribus. Persius, et Juven. Sat. III. 'I puer, et strigiles Crispini ad balnea defer.' Quod instrumentum apud ipsos ex auro, argento, ferroque, apud nos nullo jam in usu; equorum quippe strigiles diversa multum ab antiquis forma.

^g *Coxendice*] Os illud, quo femoris caput excipitur, et quasi vertebrum est, quo femora vertuntur, 'coxa' et 'coxendix' dictum est Latinis, nobis, *la hanche*, Græcis *ἰσχίον*, unde ischiadici et ischiaci hoc morbo laborantes dicuntur Gellio lib. IV. cap. 13. ipse morbus *ἰσχίᾶς*, recentioribus autem medicis 'sciatica' nuncupatur. Femur autem intellige os a genu ad coxam protensum, quod totius corporis longissimum est; crus vero totum illud membrum quod perone et tibia continetur.

^h *Habenarum* [*harenarum*] Hæ calidi fomenti loco adhibebantur; narratque Gellius lib. XIX. c. 8. virum quendam aquæ interentis morbo sanatum, calcantibus harenis, ubi et eru-

dite discutit quæstionem an vox 'harena' multitudinis numero bene efferratur. Celsus lib. IV. c. 22. harenis et calidis cataplasmatibus utendum docet ad coxarum dolores. Et Plinius lib. XXXI. cap. 6. id quoque remedii tradit siccandis hydropicorum corporibus, et sanandis iis qui rheumatismos sentiunt. Id quidam ita intelligunt, ut in calente et alta harena, sive littorali sive fluviali, deambulant: probabilius existimat Casaubonus in illa sese potius voluisse. Certe hujus remedii mentio plurima fit in veterum medicorum libris; calore quippe et siccitate noxius humor ex articulis et aliis partibus spellebatur; quod Lucanus videtur innuere lib. V. de Antæo loquens, 'Auxilium membræ calidas infudit harenas.'

ⁱ *Arundinum*] Hoc remedio colligi videtur, malum non ab humore delapso, sed a luxato coxendicis osse ortum: arundines enim virides, per medium diffissas, luxatis membræ adhibebant, illarum instar, quas chirurgi nostri ferulas appellant, quibus commode per habenas alligatis sic membra constringunt, ut ossa luxata extra sedem suam evagari non possint amplius. Cato lib. de Re Rus-

firmabatur. Dextræ quoque manus digitum salutarem³ k tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem, contractumque frigore, vix cornei circuli¹ supplemento scripturæ admoveret. Questus est⁴ et de vesica, cujus dolore, calculis^m demum per urinam ejectis, levabatur. [81.] Graves et periculosas valetudines per omnem vitam aliquot⁵ expertus est: præcipue Cantabriaⁿ domita, cum etiam, destillationibus^o jocinore vitiato, ad desperationem redactus, contrariam^p et ancipitem rationem medendi necessario



bant Reines. et Oud. astipulante Ern. Vulg. lect. *harenarum* seu *arenar.* recepere Casaub. Burm. Wolf. Bip. et multi. *araneorum* Vind. 2. Cort. Periz. in marg. et Ed. Junt. *herenarum* Pin. cum libr. aliquot Torr. Vide Comm. in h. l. Tum pro *arund.* Nic. Heins. volebat *hirudinum.*—3 Pro *salut.* Vind. 1. e glossa *indicem.* Postea *admoveretur* Edd. Rom. *admoneret* Fouc.—4 Omisit est Græv. in Ed. pr. sed nemo alius. Tum *dolor* Periz. a m. sec.—5 *Aliquod* Memm. Dein edidit Baumg. *destill.* non *distill.* cum Torr. Oud. et Exc. Voss. Etiam *jocin.* receptum ex opt. codd. Alii cum Edd. multis *jecin.* Infra c. 95. eadem

NOTÆ

tica c. 160. huic remedio incantationes quasdam barbararum vocum addit, et Gellius lib. iv. c. 13. ‘Proditum hoc,’ ait, ‘a plerisque est, ischiaci cum maxime doleant, tum, si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores,’ &c. ubi et viperarum morsibus mederi tibicinem, scite modulateque adhibitum, in Theophrasti libro legisse se refert, et in Democriti, plurimis hominum morbis medicinam fuisse incensiones tibiæ. Quanquam certe sola remedium esse poterat arundo, sive a luxatione, sive ab humore malum esset; vim enim habet extractoriam, ut ait Plinius lib. xxiv. c. 11. ‘et medetur luxatis et spinæ doloribus radix in aceto illita.’ Hinc non mirum si quandoque claudicaret, ‘coxarum enim,’ inquit Celsus, ‘ingens dolor esse consuevit, isque hominem sæpe debilitat, et quosdam non dimittit.’ Lib. iv. c. 22.

^k *Digitum salutarem*] Hoc est, *indidelph. et Var. Clas.*

cem, qui nempe pollicis proximus est. Salutaris ideo dictus, quod, hoc ad os admoto, silentium commoneretur in nuptiis, et alibi quoque. Martianus Capella libro de Nuptiis Philologiæ: ‘Quidam redimitus puer, ad os compresso digito salutari, silentium commonebat:’ et Apuleius lib. i. Metam. ‘at ille digitum pollicis proximum ori suo admovens, Tace, tace, inquit,’ &c. Quia nempe silere sæpe sæpius salutare est.

¹ *Cornei circuli*] Quo digitalis instar utebatur: digital est digiti tegumentum.

^m *Calculis*] Lapilli sunt, qui in vesica continentur, Gallice etiam *calculle.*

ⁿ *Cantabria*] De hoc bello c. 20.

^o *Destillationibus*] Morbi sunt, quibus humores e capite cum nocimento distillant; quas inter periculosissimæ sunt, quæ ad pulmonem jecurve descendunt.

^p *Contrariam*] Sidonius ait hanc

Sueton.

Z

subiit, quia calida fomenta non proderant, frigidis^q curari⁶ coactus, auctore Antonio Musa.⁷ Quasdam et anniversarias,⁸ ac tempore certo recurrentes, experiebatur. Nam sub natalem suum plerumque languebat: et⁷ initio veris præcordiorum inflatione tentabatur, austrinis autem tempestatibus^{8t} gravedine.^u Quare quassato corpore, neque frigora neque æstus facile tolerabat. [82.] Hyeme quaternis cum pingui toga^v tunicis, et subucula^w et thorace lanco,⁹ et feminali-



varietas.—6 *Curare* Cort. et mox *plurimumque* Vind. 2.—7 *In init.* Cort. Camp. quæ et *austernis*. In Harlem. *verinis*, forte pro *vernīs* seu *vernī*, uti conj. Burm. Item præbet Periz. *inflat. tenebatur*.—8 *Pro tempest.* Edd. Junt. Ald. Arg. *temporibus*. Tum *gravid.* Memm. et *cessato* Vind. 1. quod ortum ex scriptura *quassato*. Medic. 1. a m. pr. *tumpe.*—9 Ita habetur in Edd. Bon. Paris. et hanc lect. veram judicavit Ferrar. de Re Vestiar. l. III. c. 3. edidit Burm. probantib. Græv. (qui in pr. Ed. dedit *subucule thoracis*) Oud. Wolf. In reliquis Edd. et Mss. O. est *subucula thor.* quod placuit Torr. nisi quod Vind. 1. det *subuculo*. Conj. Oud. *subulci thor. l.* et Baumg. *subucula loco thor. l.*

NOTÆ

medendi rationem a medicis adhibitam, ubi usitata remedia non prodesse, in hepaticis præsertim, quos ipse jecorosos appellat. Hunc forsau ipsum Augusti morbum respexit Livia, suadens ipsi clementiam, c. 19.

^q *Frigidis*] Fomentis scilicet, ut et Horatius epistola 3. lib. 1. 'Quod si Frigida curarum fomenta relinquere posses.' Calidis enim usus fuerat, ut patet ex capite superiori. Celsus lib. iv. c. 8. dicit hepaticis abstinendum esse ab omnibus frigidis, 'neque enim res ulla jecur magis lædit.' Unde patet rationem hanc medendi non immerito ancipitem appellari.

^r *Antonio Musa*] De quo jam supra c. 59. De eo et fratre ejus Euphorbo, Jubæ regis medico, Plinius lib. xxv. c. 7. 'Iidem fratres instituere a balneis frigida multa corpora astringi: antea non erat mos nisi calida tantum lavari, sicut apud Homerum etiam invenimus.'

^s *Anniversarias*] Stato quotannis

tempore redeuntes.

^t *Austrinis tempestatibus*] Hoc est, dum flaret auster: ubi notandum, cum Salmasio, austrinas tantum et boreales dici tempestates, ad designandam aëris constitutionem quamcumque venti faciunt: occidui enim flatus quia frigidiores sunt, septentrionalibus accenset, ab ortu spirantes austrinis, quia calidiores. De quibus fuse Aristoteles lib. II. Meteorologicorum c. 6.

^u *Gravedine*] Gravedo malum aliud est, non multum a distillatione diversum: nares quippe claudit, vocem obtundit, tussim siccam movet, ut ait Celsus lib. iv. c. 4. unde gravedinosi dicuntur Ciceroni iv. Tuscul. 37. ad hujusmodi morbum proclives.

^v *Pingui toga*] Hoc est crassa: quo sensu pingues quoque lacernas dixit Juvenal. Sat. ix. vs. 28. 'Pingues aliquando lacernas, Munimenta togæ, duri crassique coloris, Et male percussas textoris pectine Galli.' De lacernis supra cap. 40. Martialis Epig.

bus,^x et tibialibus muniebatur: æstate apertis cubiculi fo-

NOTÆ

143. lib. xiv. 'Et pingues tunicas serria secare potest.' Cujusmodi vestibus hyeme præsertim utebantur, et crassas quoque dicebant. Horatius Sat. 3. lib. 1. 'Et toga quæ defendere frigus, Quamvis crassa, queat.' Eæ quippe crassioris e Gallia lanæ, ut patet ex Juvenalis loco, et ex Martiali, 'Sequanicæ pinguem textricis alumnæ.'

^w *Subucula* [*subuculæ*] Legunt alii *subucula et thorace*, ut sit sensus, peculiare id Augusto fuisse, quod quamquam aliis thorax indumentum militare foret ex ære, vel ferro, sive ex corio, quin et ex lino, ut infra in Galba, instar loricæ, lancum tamen thoraca gestaret: receptior est nostra lectio hoc sensu, ut subucula Augusti, qua pectus tegebat, ex lana foret, et nomine thoracis appellata. Est autem subucula tunica ea, quam sub aliis induebant: postquam enim duabus simul uti cæpere tunicis, subuculam et indusium dicere institutum est, ut ex Varrone habet Nonius, Horatius ep. 1. lib. 1. 'Si forte subucula pexæ Trita subest tunicæ,' &c.

^x *Feminalibus*] Feminalia femorum, quæ et femina dicuntur, tegumenta sunt, sicut et tibialia tibiæ. Amborum, qualia nobis hodie sunt, usum antiquis Græcis et Latinis prorsus incognitum fuisse, fuse et docte probat Casaubonus. Nil ergo apud ipsos aliud fuere femoralia et tibialia, quam fasciæ, quibus illas partes involuebant primo ægroti, et imbecilli, de quibus Horatius Satira 3. lib. 11. 'Ponas insignia morbi Fasciolas, cubital, focalia,' &c. Fascioli etenim crura, cubitali brachia, focalibus fauces involuebant. Ægrorum exemplo postea molles ac delicati sensim etiam extra morbos iis usi sunt; ut

Ciceronis ætate, nondum prorsus stabilita consuetudine, Pompeius lasciviæ et mollitiæ accensatus fuerit, quod illis uteretur; ut aperte Cicero epist. 3. lib. 11. ad Attic. 'Epicratem (sic enim Pompeium vocat) suspicor, ut scribis, lascivum fuisse, etenim mihi caligæ ejus, ut cretatæ fasciæ, non placebant.' Hinc illa tyrannidis affectatio illi a Favorino exprobrata, ut supra in Julio notatum, et Valerius Max. ac Ammianus tradidere. Hujusmodi fasciæ pedibus involvendis etiam adhibitæ; cum enim per longa sæcula nudis, nisi necessitas cogeret, pedibus egissent, assumtis demum calciis, pedules quoque sumere fascias, ad differentiam tibialium et cruralium, seu feminalium, quibus omnibus usæ sunt etiam puellæ: quemadmodum et hodie feminae plerumque solent. Adriani denique temporibus frequentior hæc in usu fuisse, ex Ulpiano colligas: hic enim ordinariis eas vestibus accenset l. xxv. ff. de auro et argento mundo. Tandem longa consuetudine cum Gallis, Germanis, Gothis, aliisque Septemtrionalium regionum populis, braccarum (de his in Jul. cap. 80.) usum ab illis accepere, quas prius utpote inclementissimi cæli argumentum et barbarorum vestitum aversabantur, ut innuit Ovidius lib. v. Tristium Elegia 10. 'Quos ut non timeas possis odisse videndo, Pellibus et longa corpora tecta coma. Hos quoque qui geniti Græca creduntur ab urbe, Pro patrio cultu Persica bracca tegit.' Loquitur enim de Ponti accolis, quos indignatur braccis uti, cum e Græcis originem ducere crederentur. Eo igitur solummodo tempore nova notione, quæ etiamnum hodie perseverat, cæpere

ribus, ac saepe in peristyllo ¹⁰ y saliente aqua, ^z atque etiam ventilante ^a aliquo, cubabat. Solis vero ne ¹ hyberni quidem patiens, domi quoque non nisi petasatus ^b sub divo ² spatiabatur. Itinera lectica, et noctibus fere, eaque lenta ac minuta faciebat, ut Præneste vel Tibur ³ c biduo procederet. Ac, si quo pervenire mari posset, potius navigabat.



In Cop. Vind. 1. *femoralibus*.—10 *Peristilo* Memm. Medic. 2 3. Vind. 2. Cort. Dun. Cop. Edd. Camp. Junt. Arg. *paristillo* Vind. 1. *pari stilo* Ed. Rom. sec. *peristyllo* Edd. Ven. Med. Bon. Lugd. Ald. Steph. Bas. aliæque. *perystilo salientem* Harlem. *peristillo Periz. propulo* Cuj.—1 *Et lib. Fouc.*—2 Sic Mss. O. et Edd. Ven. 1. Med. *sub dio* Ven. 2. 3. Bon. Bas. Junt. Ald. Gryph. Plant. et al. Has duas voces ignorat Ed. Rom. Cf. Arntz ad Aur. Vict. c. 68.—3 *Tiburi* Memm. Medic. 1. 3. Cop. Putat Ond. legend. *Tibur in bid.* Paulo ante *ac imminuta* Edd. Ven. tr. Med. Cald. *Mox cura tuob. magn.* Vind. 2.—

NOTÆ

tibialia et femoralia usurpari. Quapropter subligacula et campestria, quorum etiam apud auctores mentio, quæque nonnulli similia femoralibus nostris existimant, pannos duntaxat intellige, quibus ephēbi se exercentes, Luperci currentes, atque etiam vilia quædam servitia inter ministrandum pudenda contegebant.

^y *Peristyllo*] Locus columnis septus, de quo jam supra cap. 29. Hic nota, atria palatiorum sive peristylia nil fuisse aliud quam alas ædificii, quæ velut porticus fultæ columnis, in medio subdival efficiebant.

^z *Saliente aqua*] Vide notam Casauboni. Statius in epithalamio Violantillæ sic canit, 'Excludunt radios sylvis decussa vetustis Frigora: perspicui vivunt in marmore fontes.'

^a *Ventilante*] Ex more ditiorum, quibus meridianibus, astans aliquis flabello e pennis quibusdam, quæ elegantioribus erant pavoninæ, ventulum faciebat, tum refrigerandi, tum muscas abigendi causa, unde etiam muscaria dicebantur hæc instrumenta. Terent. Eunuch. Act. III. Sc. 5. 'Cape hoc flabellum, et ventulum

huic sic facito, Dum lavamur,' &c. Qui mos desiit ubi lectos velis obtinere cœperunt, cum antea flabellis et umbellis cincti delicatiores, præsertim fœminæ, etiam per vicos incederent, ut testis est Halicarnass. lib. VII. et ex multis poetarum locis colligere est.

^b *Petasatus*] Ait 'domi quoque?' novum enim illud et insolens, non alibi siquidem quam in peregrinationibus adhibiti petasi, hoc est quidam pilei ad umbram faciendam marginati, quales peregre venientibus aptat Plautus prologo Amphitr. et Pseudolo. Act. II. Sc. 4. &c. et Cicero lib. XV. Familiar. epist. 17. de Cassii tabellariis loquens jamjam profecturis: 'Sed petasati veniunt, comites ad portam expectare dicunt,' &c. Petasi forma ex Mercurii galero dignoscitur; pilcnum vero proprie dictum similem iis quos dormitorios vocamus, existimat Lipsius libro de Amphitheatro c. 19.

^c *Præneste vel Tibur*] Utrumque Latii fuit oppidum, illud hodie *Pales-trina* 24. millibus, hoc vero *Tivoli* 16. tantum millibus ab Urbe dissitum.

Verum tantam infirmitatem magna cura tuebatur, inprimis⁴ lavandi raritate.^d Ungebatur⁵ enim sæpius, et sudabat ad flammam:^e deinde perfundebatur egelida^f aqua, vel⁶ sole multo calefacta. At,⁷ quoties nervorum causa marinis^g Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio,^h quod ipse Hispanico verbo⁸ ‘dure-

4 *In abest a Memm. Medic. 3. imprim. Edd. multæ.—5 Ungueb. et aut sud. dant Memm. Medic. 1. 2. Cop. Voss. aut extat item in Polit. Cort. Edd. Bon. Arg. Ald. Junt. Steph. ac probabat Scheff. In Pin. ut, sed et sud. restituere Torr. et Casaub. ut est in Medic. 3. Cuj. nam vulgo et a Vind. 1. Periz. Harlem. aliisque exulabat copula. Pro enim Medic. 1. cum Edd. Bas. Gryph. Plant. etiam; omittunt Arg. Ald.—6 Vel non comparet in Vind. 2. Uterque vero cum Medic. omn. Polit. Huls. Cop. Fouc. Dun. Cuj. duobus Torr. et Edd. Bon. Junt. Lugd. Ald. Arg. Steph. præbent tepesfactam.—7 Ac quot. Edd. Rom. Tum legi vult Torr. marinis calidis Alb. In Vind. 1. Albulis marinisque, probante Oud. Albulis calidisq. Periz. Albulinis Huls.—8 Vocabulo*

NOTE

^d *Lavandi raritate]* Nervorum enim doloribus balneum obesse, veteres medici credidere. Quod ideo notavit hic Suetonius, quia non alibi difficilius parebant medicis ægroti, quam imperata balneorum abstinencia, ut patet ex eo quod de intemperante illo ægro dixit Persius Sat. III. vs. 98. ‘Turgidus hic epulis atque albo ventre curatur.’

^e *Ad flammam]* Celsus lib. II. cap. 17. utilia hæc dicit esse sudandi genera, quoties humor intus nocet, isque detergendus est, ‘ac nervorum quoque,’ inquit, ‘quædam vitia sic optime curantur.’

^f *Egelida]* Hoc est temperata. Ovid. ‘Sed gelidum Borean, egelidumque Notum.’ Voce hæc persæpe Celsus utitur lib. præsertim IV. c. 24. ubi hæc ipsa quæ narrantur hic, Augusto dicit observata. Salmasius existimat voce ‘egelidum’ utrumque significari, tam gelidum quam tepidum.

^g *Marinis]* Torrentius legit *marinis calidis, Albulisque*, ne inani epitheto fuerit usus; albulas enim non aliter

quam calidas intelligi posse, utpote sulphureas in agro Tiburtino. Martial. lib. I. Epig. 13. ‘Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces, Canaque sulphureis Albula fumat aquis.’ Et Statius Sylva III. lib. I. quæ est de Tiburtino Manlii, ‘Illic sulphureos cupit Albula mergere crines.’ Marina huic morbo remedium erant calidæ, ut patet ex Plinio lib. XXXI. c. 6. et Celsus lib. IV. c. 24. calidis fomentis opus esse dicit, cum tumor nullus est, et aquam marinam sive muriam fervefacere oportere, &c. Cum tamen Strabo lib. V. frigidam aperte dicat Albulas, variosque salutare ad morbos, et ipse Martialis erudas appellet epig. 4. lib. IV. ‘Cruentum nebulæ quod albularum,’ et Plinius dicto libro ‘egelidas;’ dicendum videtur, ex fontibus, quos eo loci plures fuisse, auctor est idem Strabo ibid. alios frigidos, alios vero calidos fuisse, vel eas ab Augusto sumtas alio quam quo orientur loco. Hodie dicuntur *Bagni di Tivoli*.

^h *Ligneo solio]* Solium illud balneare est, sive vas balneatorium, quo

tam⁷ vocabat, manus ac pedes alternis jactaret. [83.] Exercitationes campestris¹ equorum et armorum statim post civilia bella omisit, et ad pilam⁹ primo folliculumque^k transiit, mox nihil aliud quam vectabatur et deambulabat, ita ut extremis spatiis subsultim¹ decurreret, segestri^{10 m}



Vind. 1. Dein Exc. Voss. *durectam*. Mox *ad ped.* Edd. Ant. Gryph. Plant. Casanb. Raph. Græv. pr.—9 Pro *pila* habet *primam* Memm. *pilam* Vind. 1. Supra in Medic. 1. *Exerc. eq. et arm. camp.* Deinde præpositione *in* caret Medic. 1. Vind. 2. Cop. Huls. qui etiam *subultim* dat.—10 Vel *segestrio*. Hanc Cujacii emendationem, prolatam Obs. XIII. 13. interpp. uno ore collandarunt, recepitque in textum Wolf. Scripti et editi fere omnes *sestertio* vel *sextertio* præbent. Legit Beroald. *sesticula*, et idem putat *xysto* pro *sestert.* legi posse. Junt. et Arg. *festicula* ediderunt. In Pal. 2. *decurrentes tertio*, et ascripta in Periz. glossa: *Sextertius*, ‘tela constructa ex duobus filis integris et dimidio.’

NOTE

ædentes lavabantur.

¹ *Campestris*] Quæ fiebant in campo Martio, de quibus nonnulla c. 61. supra, et Horatius lib. 1. Ode 8. ‘Cur apriem Oderit campum, patiens pulveris atque solis.’

^k *Pila primo folliculumque*] Ludorum istiusmodi species multæ. Trigonalis, quæ in Trigone loco, nempe figuræ triquetrae thermis ut plurimum adjuncto, exerceri solita, sinistrae præsertim manus agilitate. Martialis Apophoret. 46. ‘Si me mobilibus scis expulsare sinistris, Sum tua; si nescis, rustice, redde pilam.’ Cui epigrammati titulus est, ‘pila trigonalis.’ Erat et paganica, quod ea pagani seu rustici præsertim uterentur, pluma referta, et trigonalis, quæ et pila simpliciter dicitur major. Martialis ibid. Ep. 45. ‘Hæc quæ difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa est, et minus arcta pila:’ unde patet etiam follem pilæ genus fuisse. Hoc pueri ludebant et senes; lentius enim fertur, et magis resilit: idem Martialis ibidem epig. 48. qui, quia pugno excutitur, pugilatorum dicitur Plauto in Rudente Act. III.

Sc. 4. vers. 15. Exercitiis hujusmodi ad balnea sese præparabant. Martialis lib. VII. epig. 31. quod est ad Atticum quendam, otia literarum laboribus hujusmodi præferentem, ‘Non pila, non follis, non te paganica thermis Præparat,’ &c.

¹ *Subultim*] Hoc est, subsiliendo curreret. Quæ deambulandi ratio, ejus, ut Casaubonus arbitratur, valetudini specialis quadam ratione conducebat; medici quippe tunc temporis, præsertim Asclepiadis sectatores, varios adinvenerant deambulandi modos, qui cuique morbo convenirent; per plana, vel per clivosa, longioribus, vel brevioribus spatiis, contento, vel levi cursu jubentes exerceri. Super quo Hippocratem II. et III. de Diæta, et Oribasium lib. VI. aliosque medicos laudat idem Casaubonus. De his etiam nonnulla Plinius lib. XXVI. c. 3.

^m *Segestri* [*sestertio*] Turnebus Advers. lib. III. c. 18. nunc e Torrentii libris *sestercitio*, et Beroaldus *sesticula*, sed omnes parum commode. Emendavit Casaubonus ex Cujacii observat. lib. XIII. c. 13. *segestrio*.

vel lodicula involutus. Animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talisⁿ aut ocellatis^o nucibusque ludebat cum pueris minutis,^p quos facie² et garrulitate amabi-



—1 Hanc lect. e codd. comprobata complectitur Turneb. Adv. III. c. 18. astipulantibus Torr. Casaub. Grut. Burn. Ond. et aliis. Brodæus in Misc. l. IV. c. 8. *ossillis* vel *ossiculis* legendum malebat. Urs. aut *occellatis nucibus lud.* Beroald. e cod. vet. protulit *castellatis nucibus ludebant.* In Edd. Bas. Plant. Gryph. Colin. *oscillatis.* Bon. Ven. 2. 3. Mediol. 1. Cald. Lugd. Junt. Arg. Ald. *occellatis nucibus lud.* Mss. quidam *ocel.* vel *occell.* cum Ed. Rom. sec.—2 *Faciles* Vind. 1. Cop. *facile* Huls. Cuj. *facilitate* marg. Bas.

NOTÆ

Fuerunt autem segestre, seu segestrium, et lodex, sive lodicula, lectorum suppellectilia: segestria pauperum ut plurimum, et in exercitu; lodices beatiorum, et in balneis ac gymnasiis; cum enim in his nudi forent, si infirmitate laborarent aliqua, pallam vel lodiculam, quam postea 'sabanam' dixere, sumebant, secus solo campestri pudenda tecti, ut cap. superiori. Lucilius de segestri: 'Penula, si quæris, canterin', servu', segestre Utilius mihi quam sapiens.' Varro lib. IV. de Lingua Latina.

ⁿ *Talis*] Talos pueriles verosimiliter intelligit; alio enim modo senes, alio pueri talis laudebant, ut arbitrat Erasmus in Astragalismo, et ex c. 71. supra colligas.

^o *Ocellatis*] Hanc lectionem, ntpote codicum optimorum, servat Casaubonus. Sunt autem ocellata globuli quidam vel eburnei, vel lapidei, quibus puellæ ludebant. Ovidius X. Metam. 9. 'Modo grata puellis Munera fert illi conchas, teretesque lapillos.' Ex eorum genere, qui in littoribus ut plurimum inveniuntur, quosque a forma 'umbilicos' atque etiam 'nympharum oculos' dixere: unde hic ocellata sive ocellati, subaudiendo lapilli, seu calculi. Vulgati Codd. legebant *oscillatis*, ab *oscillis*

nempe. Sunt autem oscilla imaginum enclæ quædam fictiles, quas pro se, et pro suis, Saturno, vel Libero patri sacrificabant, ut ait Macrobius lib. I. c. 11. inde Saturnaliorum tempore missitabantur. De his plura Servius ad hunc II. Æneid. versum, 'Oscilla ex alta suspendunt mollia pinn.' De quibus et infra Claudii c. 5. &c. Ait Beroaldus in vetustissimo codice lectum sibi *castellatis nucibus*, quod ludi genus et vetustissimum est: Ovidius enim ait ubi de nuce, 'Quatuor in nucibus, non amplius, alea tota est, Cum sibi suppositis additur una tribus.' Quod certe multum abest, ut obsoleverit.

^p *Minutis*] Id quoque moris apud antiquos fuit, ut minutos procacesque pueros studiose conquirent, quos et delicias appellabant; non quidem illas nefandas, de quibus Græci; nec enim delicatus puer et delicæ idem semper sonant. Statius Epicædio in filium, 'Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces Delicias, doctumque sui convivia Nilii, Infantem linguaque simul salibusque protervum Dilixi,' &c. Alexandrini quippe non minus ac Mauri, Syri, &c. idcirco erant in pretio. Senec. lib. II. de Tranquillitate vitæ c. 11. 'Eadem causa est, cur nos mancipiorum nostrorum ur-

les undique conquirebat, præcipue Mauros et Syros.³ Nam pumilos,⁴ atque distortos,⁷ et omnes⁴ generis ejusdem, ut ludibria naturæ malique ominis, abhorrebat.⁵ [84.] Eloquentiam studiaque liberalia ab ætate prima et⁵ cupide et laboriosissime exercuit. Mutinensi bello,⁴ in tanta mole rerum, et legisse, et scripsisse,⁶ et declamasse^u quotidie traditur.



Gryph. Dolet. Colin. sed unde habeant, nescitur.—3 *Syrios* Cop. Dein *pumilos* Harlem. Periz. Medic. 1. 3. Viud. 2. Cort. et multis cum Edd. Ven. tr. Junt. Ald. Bon. Gryph. Plant. aliisque. *Pumillos* Bon. *pomilos* Cop. Huls. Ed. Steph. *pumiles* Edd. Rom. *pumiliones* Viud. 1.—4 *Omnis* Memm. Medic. tr. Periz. Harlem. et Edd. Vett. Emendarunt Torr. et Casaub. Item *obhorr.* Ed. Camp.—5 *Deest et* Harlem. Periz. Cort. et Edd. ante Torr. *laboratiss.* in Viud. 1. *laboriss.* Voss.—6 *Descripsisse* Harlem. Periz. Edd. Venetæ. Mox

NOTÆ

banitas in dominos contumeliosa delectet: quorum audacia ita demum sibi in convivas jus facit, si cæpit a domino: et paulo infra, 'pueros quidem in hoc mercantur procaces, et eorum impudentiam acuunt, et sub magistro habent qui probra nuditate effundant,' &c. Hujusmodi pueris mulieres præsertim delectabantur, et vestibus nudos auro multo, gemmisque exornabant, ut narrat Dio lib. LVIII. de Augusti cum Livia nuptiis loquens. Et Ammianus lib. xv. graphice describit in mulierum comitatu.

⁴ *Pumilos*] Alii fere *pumiliones* dicunt quos et nanos, quamvis appellatione Græca Latine dici probat Gellius lib. XIX. c. 13. Hujusmodi hominicali in divitum famulatio plures, quos non naturæ tantum ludibrio tales fuisse constat, sed et arte: cum enim pretiosiores essent, illos quandoque mangones alebant arca concluso, fasciisque revinctos.

⁷ *Distortos*] Elegantiissimæ formæ pædagogia et ministeria habere gaudebant ab initio, sed versa in contrarium luxuria, prodigiosi illi et quocumque vitio spectabiles in deliciis esse cæperunt. Quintil. in decla-

mat. 'Gratus est ille debilitate, ille infelicitate distorti corporis placet, alter emittit quia alieni coloris est,' &c. Et Instit. lib. II. c. 5. 'Illa quæ, utenique deflexa sunt, tanquam exquisitoria miramur, non aliter quam distortis et quocumque modo prodigiosis corporibus.' Et Seneca Epist. 5. de Harpaste uxoris suæ fatua, &c.

⁵ *Abhorrebat*] Fuit tamen in ejus domo Conopas ille, Juliæ neptis cura et amor, duorum dumtaxat pedum et palmi, auctore Plinio lib. VII. c. 16. et Juliæ Augustæ liberta mulier nana, nomine Andromeda, de qua idem Plinius ibid. et ipse Augustus populo exhibuit Lucium illum, de quo supra c. 43. qui tamen et aliis de causis portentosus erat.

⁴ *Mutinensi bello*] De quo supra c. 9. et 12. Idipsum repetit Suetonius lib. de Rhetoribus.

^u *Declamasse*] Declamatio aliud nihil est quam oratio scholastica, quæ sit forensium actionum meditatio, qua ad pugnam forensis velut præpilitatis exerceri olim solebant, inquit Andreas Schottus, libello de auctore et declamandi ratione, qui Suasoriis Senecæ præfigitur. Qua de re plura

Nam deinceps neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites, locutus est unquam, nisi⁷ meditata et composita oratione, quamvis non deficeretur⁸ ad subita extemporalis facultate.^w Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in⁹ ediscendo tempus absumeret, instituit recitare omnia. Sermones quoque cum singulis, atque etiam cum Livia sua graviores, nonnisi scriptos,¹⁰ et e libello^x habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempore. Pronuntiabat, dulci et proprio quodam oris sono, dabatque assidue phonasco^y operam: sed nonnunquam, infirmatis faucibus, præconis voce^z ad populum concionatus est. [85.] Multa



Jam deinceps. notavit man. doct. in ora Ed. Plant.—7 Deest nisi Cuj. et item Ed. Bremianæ, typhotiæ errore.—8 Ita Memm. Pin. Dun. Cuj. Voss. et cod. Urs. cum Ed. Stepl. suffragantibus Torr. Græv. Scheff. Ond. Wolf. Habet Viterb. *non deficeret a subita et ext. fac.* cui favet Casaub. Ceteri scripti et editi *deficeret*, quod defendit Grut. restituendumque putavit Burm. qui tamen, si Mss. addicerent, legi vellet: *non deficeret ad subita extemporalis facultas*. Quædam Edd. *ex temp.* duobus vocib.—9 Liber unus Torr. omisit *in ante edisc.* Tum *assumeret* Cort. Edd. Rom. Deiu *atque* exciderat operarum culpa e Græv. Edd.—10 Hanc conject. Burmanni, quam totidem literis exhibet Lys. seu Cort. recepit etiam Wolf. Ond. ac Ernestio probatam. Vulgo *in scriptis* vel simpliciter *scriptis* sine *in*, uti præbent codd. plurimi.—1 *E bello* Vind. 2. Mox *phonaisco* Voss. *phonoisco* Ed. Camp. *phanasco* Ven. tr. *phonisco* Mediol.

NOTE

apud Senecam patrem, præfatione controvers. et infra lib. de Rhetoribus. Quod mire insectatur Petronius, statim ab initio eorum quæ supersunt de Satyrico.

^v *Deficeretur* [*deficeret*] Casaubonus ex Viterbiensi codice præfert *deficeret a subita, &c.* vel, ut in aliis, *deficeretur*. In Memmiano codice *deficeretur ad subita extemporalis facultate*.

^w *Extemporalis facultate*] Qua ex tempore, citra meditationis laborem, orationem pronuntiaret. Quem jure Quintilianus studiorum fructum esse maximum existimat.

^x *Libello*] Sensus est, eum in libello descripsisse quæ cum ipsa Livia collocuturus erat, si gravioris ea momenti forent.

^y *Phonasco*] Hoc est formandæ vocis magistro, quales apud antiquos finere frequentissimi: *φωνή* enim Latine vox est unde ars ipsa *Phonascia* dicta est. Fuit et palæstræ genus, ejus præceptores palæstrici dicebantur; hi motus gestusque formabant, ne v. g. rusticæ manus essent, ne qua in movendis pedibus inscitia, ne demum status ulla ex parte foret indecorus, &c. quam artem qui non didicerant, ii ab antiquis apalæstri dicebantur. De quibus plura Budæus in annotationibus ad Pandectas ex Cicerone, Quintiliano, &c. Hoc enim ne ignorarent ingenui et liberaliter educati pueri maxime curaverunt.

^z *Præconis voce*] Imperatorum postea fuit illa consuetudo, ut eorum

varii generis prosa oratione composuit, ex quibus nonnulla in cœtu familiarium,² velut in auditorio, recitavit: sicut ‘Rescripta^a Bruto de Catone:’ quæ volumina cum jam senior ex magna parte legisset,³ fatigatus Tiberio tradidit perlegenda. Item ‘Hortationes ad philosophiam:’ et aliqua ‘de vita sua:’^{4b} quam tredecim libris, Cantabrico tenuis bello, nec ultra, exposuit. Poëticam⁵ summam attingit. Unus liber extat, scriptus ab eo hexametris versibus, cujus et argumentum et titulus est ‘Sicilia.’^c Extat alter æque modicus ‘Epigrammatum,’ quæ fere tempore balinei meditabatur. Nam tragediam magno impetu exorsus, non succedente⁶ stylo, abolevit: quærentibusque amicis, ‘quidnam Ajax ageret,’ respondit, ‘Ajacem suum in spongiam incubuisse.’^d [86.] Genus eloquendi⁷ secutus



Lugd. et al. Item *convocatus pro conc.* in Exc. Cuj.—2 *Familiarum* Harlem. (qui *autorio*) et Ed. Ven. 1.—3 Heins. et Guj. malebant *relegisset*. Tum *hortationem*, sed ex incuria, uti suspicatur Oud. Ita vero a m. pr. habet Fouc. correct. a sec. Memm. *ortat.*—4 *Sua* deest Harlem. Dein *decem tribus* Voss. In Ed. Plant. quam sequitur Tarr. *XXX. lib.*—5 Mss. Polit. Medic. 3. Vind. uterque dant *poëtica*.—6 *Succedenti* Memm. Cop. Medic. 1. 3. Mox in Medic. 1. pro *amicis* exaratur *suis*. Vind. 1. *quidnam Aj. suus* ag. Huls. *Aj. nunc suum*. Item *spongiam* Memm. et alii Burn. Oud. Codd. *Spongiam* Pin.—7 *Eloquentiæ* Medic. 1. Cuj. Mox *concinnitate* præbent Memm. Medic. tr. uterque Vind. Cuj. Huls. Fouc. Dun. Ed. Ven. 1. probantibus Oud. Ern.

NOTÆ

orationes destinati in id ministri, qui quæstores candidati, de quibus supra, c. 65. in Senatu recitarent; præcones vero apud populum, si hunc per edictum non alloquerentur, ut sæpe sæpius factum ab Augusto supra notatum: infra Neron. c. 15. et Tit. c. 6.

^a *Rescripta*] Contra Brutum scripta; quibus respondebat iis quæ Brutus de Catone Uticensi, socero avunculo suo, in vituperium, ut verosimile est, Julii Augustique scripserat.

^b *De vita sua*] Memoriales hoc opus appellat Appianus in Illyricis, *ἰπομνήματα*. Reperiuntur quoque de

his nonnulla in Digestis l. i. de cadaveribus punitorum et lege 12. ff. de re militari: quidam etiam ejus de disciplina militari liber videtur innui, de quo tamen nulla hic mentio, ut nec de epistolis: sed hæc in confesso sunt apud omnes, ut supra cap. 71. et Macrobius, Gellius, &c.

^c *Sicilia*] Verosimile est descriptionem ejus insulæ fuisse aliquam, et eorum, quæ habet memoranda, Ætnæ v. g. &c. nisi si mavis ad ea quæ ipse in Sicilia gessit adversus Sext. Pompeium, de quo supra c. 16.

^d *In spongiam incubuisse*] Spongiam

est elegans^e et temperatum, vitatis sententiarum ineptiis atque inconcinnitate, et ‘reconditorum verborum,’ ut ipse dicit, ‘fœtoribus.’ Præcipuamque curam duxit,⁸ sensum animi quam apertissime exprimere: quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neque præpositiones verbis⁹ addere, neque conjunctiones sæpius iterare dubitavit, quæ detractæ afferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augment. Cacozelos et antiquarios,^f ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit, exagitabatque¹⁰ nonnunquam: in primis Mæcenatem



Wolf, et Ruhnk. qui eandem lect. ex quodam Cod. Santenii laudat Præf. ad Schell. Lex. Servat vulg. lect. Baumg. ob rationem oppositorum *elegans et temperatum*. In Harlem. *ineptis et concin.* Tum ante *recond.* omisit et Græv.—8 *Dixit Fone. Præcipuaque cura ipse d.* Vind. 1. Pro *effic.* in Medic. 1. a m. pr. *exprimeret.* Item *quo quod* Cnj. et *ac necubi* Edd. Rom. aut abest a Fone.—9 Græv. et Gron. e Memm. ediderunt *urbibus*, secutusque est Ern. Ita etiam Dun. Pin. Medic. 1. 2. Polit. Cuj. marg. Gryph. *urbis* Medic. 3. Brennius in textu dedit *urbib.* in nota cum Burm. Oud. Wolf. et aliis defendit *verbis. nec præp.* Cort. Edd. Rom. *propos.* Vind. 1.—10 Ita Mss. fere O. comprobantib. Torr. Græv. Lips. Oud. Ern. Wolf. In editis vulgg. *sprevit. Exagitabat nonn.*

NOTÆ

inter scribendum pingendumve paratam semper habebant, quam dixere deletilem, quod ea ad defendenda quæ minus placerent uterentur. Quare hoc responso festiviter alludebat Augustus ad Ajacis mortem, qui armorum Achillis judicio, de quo in Julio c. 84. victus, præ dolore in ferrum incubuit, quod et Sophocli tragœdiæ jam ante præbuerat argumentum, et Pacuvio, ut ibid. notatum est supra.

^e *Elegans*] De eo sic Gellius lib. xv. c. 7. ‘Cum librum epistolarum D. Augusti, quas ad Caium nepotem suum scripsit, legeremus, ducere-murque elegantia orationis, neque morosa, neque anxia, sed facili hercle et simplici.’ Et libro x. c. 24. mauditiarum patris sui, Julii scilicet, in sermonibus et epistolis sectatorem fuisse dicit.

^f *Cacozelos et antiquarios*] More suo

divisim probandi, quæ simul proposuit, utriusque exempla subdit, Mæcenatis nempe et Tiberii; illius enim *κακοζήλιαν*, hujus obsoletorum verborum, ut ita dicam, aucupium exagitat. Sunt autem cacozele, mali imitatores, qui eo ipso dedecorant orationem, quo illam putant exornari. In illud vitium incurritur, quoties ingenium judicio caret, et boni specie fallitur, verborum novitate fucum orationis affectando, quod omnium in eloquentia pessimum ait esse Quintilianns; quod cetera, inquit, vitia vitentur, hoc vero etiam petatur. Antiquarios autem eos intellige, qui verba aucupantur obsoleta. Par cacozele vitium; sic enim tanquam scopulus vitari debet inauditum atque insolens verbum, ut ait, ex Cæsaris libro de Analogia Gellius lib. 1. c. 10. et obsoletis aut novitatis duræ

suum, cujus $\mu\nu\rho\rho\beta\rho\epsilon\chi\epsilon\iota\varsigma$,¹ sicut ait, ‘cinnos’ usquequaque persequitur, et imitando per jocum irridet.^h Sed nec Tiberio parci, et exoletas interdum et reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem, quæ mirentur potius homines, quam intelligant. Deinde ludens malum² et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium ejus, addit³ hæc: ‘Tuque dubitas, Cimberne Annius,⁴ an Veranium⁵ Flaccus imitandi sint tibi? ita⁶ ut



Huls. habet *exagitatat* in *prim. nom.*—1 *Myrobrechis* Memm. Medic. 2. Periz. Edd. Ven. tr. Med. Bon. Lugd. et al. *mirrobrechis* Medic. 1. 3. Vind. 2. *mirobrechis* Vind. 1. *myrobrethis* Cort. Edd. Rom. Tum *proseq.* Vind. 1. *sequitur* Cort. Camp. *sed ne* Edd. Rom. Plant. aliæque, *peperit* Vind. 1. Item *et ante exol.* abest Edd. Græv. Gron. Pitisc. Ern.—2 *Et malum* Fouc. Mallet Casaub. *lud. in mal.* Mox exulat *ingenium* a Memm. Medic. 3. In Vind. 1. *ejus ing.* Ed. Mediol. habet *et post inconst.*—3 Ita Memm. Medic. tres, Huls. Voss. receperunt Oud. Ern. Vulgo legitur *addidit.* Dein *tu quoque* Edd. Rom. Lugd. Junt. Ald.—4 *Annæus* Mss. Torr. et Casaub. ipso probante. *Annæus* Pal. 3. Periz. Harlem. Vind. 1. Dum. Edd. Rom. Ven. tr. Med. Cald. Bon. *Anniius* reliquæ. In Pal. 1. *an Anniius an.* Pal. 2. *annus.* Unus lib. Torr. *amens.*—5 Ita, vel *Verannius*, in Mss. Torr. Casaub. Pal. 1. 3. et Codd. O. Oud. præter Vind. 1. qui *Varianus*, cum Edd. ante Beroald. e cujus conj. *Verrius* receperunt Bon. Junt. Ald. Steph. Bas. Gryph. et aliæ, probant e Ern. In Pal. 1. *annæranus Pl.* Cuj. *Annæus an Verann.* Placet Casaub. *Grannius*, et pro *an* scribend. aut censent Wolf. et Baumg.—6 *Itaque* Harlem. *ita quod* Edd. Ven. Med. Cald. *item ut v.* Cuj. Mox in Vind. utroque prænomen

NOTÆ

et illepidæ verbis nti, par delictum est, inquit idem Gellius alibi.

^g $\mu\rho\rho\beta\rho\epsilon\chi\epsilon\iota\varsigma$] Hoc est, *unguentis delibatos*; verba sunt Augusti: sapius enim ita loquitur, ut sermone suo vocabulum aut phrasim Græcam interserat, ut patet ex ejus literis infra in Claud. c. 4. &c. Quibus verbis affectatas et novas in Mæcenate loquendi rationes arguit, quod molliorem et luxu diffluentem virum hæredolent. Operum ejus fragmenta quædam refert Seneca epistola 114. et ridet; et de eo epist. 19. ‘Ingeniosus vir ille fuit et magnum exemplum Romanæ eloquentiæ daturus, nisi illum enervasset felicitas.’

^h *Et imitando per jocum irridet*] Senæus est, Augustum quandoque literis

cum Mæcenate jocatum, imitando ejus in scribendo quasi molliorem et $\kappa\alpha\kappa\omicron\zeta\eta\lambda\lambda\iota\alpha\nu$. Harum epistolarum fragmentum extat apud Macrobinum lib. II. c. 4. quo loco de Augusti in alios jocos, et aliorum vicissim in ipsum loquens ait: ‘In epistola ad Mæcenatem familiarium plures in jocos effusa subtexit, vale mel gentium, melence, ebur ex Hetruria, laser Aretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Cilniorum smaragde, jaspis figulorum, berylle Porsennæ, carbonculum Italiæ.’

ⁱ *Cimberne Anniius*] In tribus exemplis suis Torrentius legit *Annæus*, de quo legisse se quicquam non meminit. Casaubonus existimat ejus mentionem fieri a Quintiliano, et Epi-

verbis, quæ Crispus Sallustius^k excerptis ex Originibus Catonis,^l utaris? an potius Asiaticorum^m oratorum, inanibusⁿ sententiis, verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda? Et quadam epistola Agrippinæ neptisⁿ ingenium collaudans, 'Sed^o opus est,' inquit, 'dare te operam, ne moleste scribas, aut loquaris.' [87.] Quotidiano^o sermone quædam frequentius et notabiliter



Crisp. deest.—7 Græv. Burm. Oud. Ern. Bip. Wolf. receperunt Gron. emendationem *inanis sententiis*. In Medic. 1. non comparet *sententiis*, et *inanis verb. vol.* man. doc. in ora Ed. Gryph. 1539. ascripsit. 'Vulg. servavi, ablativos absolutos esse existimans, eo sensu: Ita ut inanes insint sententiæ, v. In maxima sententiarum inanitate. Gaudeo, idem fere sentientem invenisse Walther. Obs. p. 29.' Baumg.—8 *Et opus Memm. qui mox et loq. accedentibus Mediceis, Polit. Vind. Dun. Periz. Harlem. Voss. Edd. Ven. tr. Med. pr. Cald. Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg.*—9 *Cottid. Fouc. et exurp. Harlem. Verba et notab. in Dun. inter lu. Mox lit. ejus Me-*

NOTÆ

grammate eo quod legitur in Catalectis, quo in Rhetorem antiquarium ejus nominis inserit Virgilius. Pro Veranio, *Verrius Flaccus* legit Beeroaldus, ut de eo intelligatur, quem nepotibus præceptorem ab Augusto datum dixit lib. de Grammat. c. 17. sed vero parum simile putant alii evecum ad id muneris eum, qui hoc ipso, quod maxime oderat Augustus, orationis vitio laborasset; quod enim scriptum de obscuris Catonis a Verrio librum, refert ex Gellii lib. xvii. c. 6. dilucidum id potius auctorem probaverit quam antiquarium; obsoleta siquidem Catonis antiquarii verba susceperat explicanda. Certe Veranii meminit quoque Macrobius lib. iii. c. 2. ut veterum quarundam vocum interpretis. Ad rem igitur. Augustus ridet Antonium, qui illa agitet quæ deliberationem pati nullam debeant, num scilicet antiquarios illos imitaturus sit, an loquaces Asiaticos, utpote quorum æque in suo genere peccet oratio.

^k *Crispus Sallustius*] Arguitur, quod

vetera quæ in Catonis libris leguntur verba affectaverit. Notum epigramma, 'Et verba antiqui multum furate Catonis, Crispe Jugurthinæ conditor historiæ.' De quo et Quintilianus lib. viii. cap. 3. et ipse Suetonius infra de illustribus Grammaticis 15.

^l *Catonis*] Cato Censorius libros scripsit, quibus titulus erat 'Origines:.' his omnia antiquitatis monumenta collegerat, de quibus multa apud Ciceronem mentio, lib. præsertim de Oratore.

^m *Asiaticorum*] Hos in vivendo simul et dicendo secutus dicitur a Plutarcho Antonius. Petronius: 'Nuper ventosa illa et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit, animosque juvenum, ad magna surgentes, veluti pestilenti quodam sidere afflavit.'

ⁿ *Agrippinæ neptis*] De hac supra c. 64. Vipsanii Agrippæ et Juliæ Augustæ altera filia, Germanici uxor, Caligulæ mater, de qua etiam plura infra in Tiberio et aliis.

usurpasse eum, literæ ipsius autographæ^o ostentant. In quibus identidem, cum aliquos nunquam soluturos significare vult, 'Ad Kalendas Græcas^p soluturos' ait; et cum hortatur, ferenda esse præsentia, qualiacumque sint, 'Contenti simus¹⁰ hoc Catone;'⁹ et ad exprimendam festinatæ rei velocitatem, 'Celerius, quam asparagi coquantur.'¹ Ponit assidue et² pro stulto 'baceolum:'³ et pro pullo⁴



dic. 1. Cop. et *antographa* Vind. 1. *antigraphæ* Harlem. Edd. Ven. 2. 3. Mediol. et al. ut cap. 71. Item *ex quib.* Exc. Cuj.—10 *Contentissimus* Voss. ac *sumus* in cod. Alv. Nonnii cum Periz. a m. pr.—1 *Vulgo velocius q. a. coquantur.* Nost. lect. *celerius* restituit primus Oud. faventibus utroque Pulm. Cod. membb. Casaub. Medicis, Vind. utroque, Polit. Fouc. Cuj. Voss. Cop. Idem *coquantur* prætulit cum pr. Græv. Ed. auctoritate eorundem Pulm. Medic. Vind. 2. Dun. Fouc. Memm. et Huls. in quibus duobus *coquantur*, de more. In Cuj. *aspraci*.—2 *Et autem pro stulto abest Fouc. per stultum* Huls.—3 Sic, vel *buccol.* Mss. Torr. cum Memm. Pal. 2. et aliis, et Edd. multis, recipiente Oud. Mallet Erasm. *bacelum*, cui favent Burm. Ern. Ruhk. Wolf. *bateolum* duo Mss. Torr. Pal. 1. Fouc. Periz. Harlem. Edd. Rom. Lugd. et minime rejiciendum censuit Casaub. Beroald. docet alios *bliteolum* legere, sed ipse præfert *blaceolum*, eumque sequuntur Junt. Ald. Steph. Dolet. Seb. Gryph. Conjicit Urs. scribend. *batteolum*, Sabell. *buccheolum*, et Scriv. notat Becanum *blateolum* maluisse. In Pal. 3. denique *Laccollum*.—4 *Et apud pullum* Memm.

NOTÆ

^o *Autographæ*] Ipsius manu scriptæ.

^p *Kalendas Græcas*] Quia nullæ erant apud Græcos: hî quippe suos menses alio quam Latini modo computabant, a neomenia, non kalendis, incipientes, &c.

⁹ *Hoc Catone*] Qui illum Reip. statum, in quo vixerat, constantissime retinendum pugnavit, nec mutato superstes fuit; quibus verbis convenit etiam, quod de Augusto Catonis domum ingresso narrat Macrobius lib. 11. c. 4. Straboni enim male de pervicacia Catonis existimanti dixit: 'Quisquis præsentem civitatis statum commutari non volet, et civis et vir bonus est.' Sensus est igitur, quemadmodum Cato præsentem rerum statu contentus alium volebat, ita et nos idem velimus. Casaubonus addit, vocem hanc ab eo primum prolatam, cum tribubus commendaret,

aut in Senatam legeret aliquem, cuius mores non admodum probarentur. Quod tamen dicit hoc loco 'simus' ab eo usurpatum pro 'sumus,' aliud quid innuere videatur. Augustus, qui tales viros, qualis erat Cato, obfirmato nempe et invicto adversus tyrannidem odio, verosimiliter non amabat, si quem legeret in Senatam, modica virtute contentus, tantam volebat, quanta fuerat in Catone: cum igitur 'si quis,' ut ait Valerius Max. lib. 11. c. 5. in fine, 'sanctum et egregium civem significare velit, sub nomine Catonis definiat,' ideo hunc Catonem, id est civem, ita bonum esse significaverit, ut meliorem nollet. Unde dictum illud ab eodem Augusto ad alia quoque translatum est. Hunc etiam locum alia ratione Turnebus explicat *Adversariorum* lib. xxiv. c. 15.

^r *Baceolum*] Beroaldus legit *blacco-*

‘pullejaccum;’ et pro *cerrito*^{s t} ‘vaccerosum;’^u et ‘vapide^v

Cop. Huls. membb. Torr. et Casaub. quod recepit Turneb. Adv. l. xxiv. c. 15. *apud pullum* sine copula exaratur in Pal. trib. Polit. Medic. tr. Vinl. 2. Voss. et Ed. Camp. et pro *pullum* Cort. Vind. 1. Ed. Rom. sec. ‘unde nullus dubito, quin et pro vel cum Casaub. ac pro *pullum* aut *pulejum* τερχικῶς sit scribend. nec hic tantum, sed et in reliquis *stult. cerrit.* accusativus sit reponendus.’ *Oud.* Liber unus Torr. pro *pullum*, et superscript. *alias pulcium*, unde Langius censebat pro *puleio* reponendum, probantibus Lips. et Salm. *Apud pullo* Cuj. sine *et.* Ceterum *pullulactium* Medic. tres, *pulliaceum* Vind. 1. *pullulacium* v. *ceum* Cort. Fouc. Periz. Edd. Rom. *pullaceum* Ald. Steph. quod voluere Salm. Ern. Burm. *pullaceum* vel *pullulacium* conj. et aliter alii.—5 *Territo* Mss. Casaub. Nonnulli scripti ac impressi per simplex *r* præbent *cerit* et *vaceros*.—

NOTE

lum, a Græco βλάξ, unde Festus ‘blitum’ et ‘blatetare’ deducit, hoc est, stulte et percupide loqui. Casaubonus *batcolum* in pluribus legit exemplaribus, et probat, ut deducatur a βάττος vel βάταλος, quæ voces pro dissoluto et remisso primum, deinde pro voluptuoso etiam usurpatae sunt. Verum hæc stultum vulgo non significant: unde præferenda videtur nostra lectio, tum quia plurium codicum auctoritas hanc tuetur, tum quia deduci potest a βάκηλος, quæ vox idem significat atque βλάξ, hoc est stolidum hominem, supinum, et socordem, &c.

^s *Pro pullo*] Casaubonus in aliquibus, et Torrentius in uno codice *pullum*, et in tribus *apud pullum* legit: alii quidam *puleio*, ut deducatur a voce *pulcium*, quod herbæ genus *poulli*ot: vulgatam tamen servavere, quamvis *pro pullum* optime dici posse videatur; quo vero sensu *pullum* intelligeret, vix est ut quis eliciat: *pullus* enim de herbarum et vestium colore dicitur, pro quo *pullejaccum* dixerit, ut *herbacus*, *hederacens*, *miniaceus*, &c. ut et de animalium omnium partibus recens editis.

^t *Cerrito*] Casauboni Mss. *terrilo* habent, male, ut fatetur, Torrentii *cerrito*, quod probat jure tum ex Festo, tum ex Horatio lib. 11. Sat. 3. vs.

278. ‘Marius cum præcipitat se, Cerritus fuit?’ Idem quod *lymplatus* fanaticus, &c. quasi ‘cereritus’ ut aiunt, Cereris furore percitus. Nonius tamen *ceritus* legit, quo convicio turpes quosdam et exsanguis facie homines incesabant.

^u *Vaccerosum*] Hoc est, vecordem, vesanum, quod et ‘vacerram’ dicunt ex Festo, qui auctor est Verrium et alios complures hoc nomine dixisse stipitem, ad quem equi religari solebant, et Ateium Philologum pro maledicto acerbitatis accepisse, ut supra. Livius Andronicus habet: ‘Vecors et malefice Vacerra.’ ‘Vaccerosum’ ergo dicebat Augustus, ad significandum vecordiæ excessum, ut pro ‘cerrito’ esset: ejusmodi enim inclinamenta in *osus* immodicam quandam rei copiam significant, ut *jecorosus*, *vinosus*, &c.

^v *Vapide*] *Vapida* sunt minus valentia. Si cum *Torrentio* a *vappa* deducis, duplici *p* scribendum erit. Notum porro est *vappam* dici vinum corruptum. Horat. Sat. 3. lib. 11. vs. 143. ‘Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, *vappamque* profestis.’ Unde homines degeneres dicti sunt ‘*vappæ*.’ Idem Satir. 1. lib. 1. vs. 104. ‘Non ego avarum Cum veto te fieri, *vappam* jubeo aut *nebulonem*.’

se⁶ habere,' pro male; et 'betizare,'^w pro languere, quod vulgo 'lachanizare'^{7 x} dicitur; item 'simus,'^y pro sumus; et 'domos'^z genitivo casu singulari, pro 'domus';⁸ nec unquam aliter hæc duo, ne quis mendam magis, quam consuetudinem^a putet. Notavi et in chirographo ejus illa præcipue: non dividit⁹ verba, nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alterum¹⁰ transfert, sed ibidem statim subjicit circumducitque.^{u b} [88.] Orthographiam,

^u Observavi quoque, in iis quæ ejus manu scripta erant, hæc præsertim: non secut vocabula, et non transfert in versum sequentem literas abundantes in fine præcedentis; sed illas eodem in loco supponit, et circumductione distinguit.



6 Sese habent Edd. Bas. et seqq. etiam Burmanni. Tum al. scribi maluerunt *betiss.* et *lachaniss.* contra Mss. et Edd. Vett. In Pin. *bathicare.*—7 Exolant verba quod v. l. dic. a Cort. et delere vult Ern. *laganizare* Vind. 1. *lachoniz.* Medic. 1. Camp. *laconiz.* Fouc. Periz. Pin. Ed. Rom. sec. *laconiz.* Cop. Edd. Lugd. Junt. Ald. Arg.—8 *Domuos* Memm. Medic. 1. 3. Burm. testatur codd. Harlem. Cop. Huls. in primo loco *domus* habuisse, unde conj. *domus* vel *domis*. Dat Vind. 1. *singulariter*, et mox *putent* et *ulla* in eodem extant.—9 *Dividere* Periz. Harlem. Fouc. Edd. Rom. (quæ et *transferre* cum Vind. 1. Fouc. Cort.) Ven. Bas. et fere O. præter Steph. et Casanb. quæ *dividit*. In Memm. *dividite*, Medic. 2. Conj. Voss. et Dun. *dividit et*. Item *abundantis* sicut et *sequentis* cap. prox. Memm.—10 *Alteram* Conj. Dein *sed idem* Fouc. et subiit

NOTÆ

^w *Betizare* [*betissare*] Sic scripsit Casanbonus, non *betizare* et *lachanizare*, Isidori auctoritate motus; is enim lib. Originum 1. c. 4. ait, 'A Græcis duas literas mutuavit Latinitas, *y* et *z*, propter nomina Græca, et hæc apud Romanos usque ad Augusti tempus non scribebantur, sed pro *z* *ss* ponebant, ut hilarissat,' &c. Priscianus quoque: 'Sæpe pro *z* literam *s* solemus geminatam ponere, ut patrisso pro πατρίσω,' &c.

^x *Lachanizare* [*lachanissare*] Non mirum sic vertisse Augustum; *λάκανον* enim Atticis *beta* est, sed oleris omne genus Horatio, si Lambinum audis, Satir. 6. lib. 1. vs. 115. 'Ad porri et ciceris refero lachanisque catinum.' Si Torrentium legeris, lagani, quod placenta genus quoddam. Sed, ut fatetur uterque, *λάκανον* Græcis est

omnis herba sativa, quæ edundo sit, quanquam Atheniensibus κατ' ἔξοχὴν sumatur pro beta: utut est, 'lachanissare' bene semper pro languere pouitur; quid enim olere mollius et languidius? Catullus 68. 'Languidior tenera cui pendent sicula beta,' &c.

^y *Simus*] E converso sæpe legere est *u* pro *i*: v. g. optume, carnufex: unde colligas affinem fuisse earum literarum pronuntiationem.

^z *Domos*] Sic quoque *u* sæpe positum pro *o*, ut colram, publicum, &c. notat quippe Priscianus in 1. multis Italiæ populis, ut et vetustissimis quibusdam Romanis, literam *u* inusitatam ab initio.

^a *Consuetudinem*] Hinc videtur ipse Augustus ab antiquiorum vitio non procul abfuisse.

^b *Circumducitque*] Non potest hoc

id est, formulam rationemque scribendi¹ a grammaticis institutam, non adeo custodit: ac videtur eorum potius sequi opinionem, qui perinde scribendum, ac loquamur,² existiment. Nam quod³ sæpe non literas modo, sed syllabas, aut permutat aut præterit, communis hominum⁴ error est. Nec ego id notarem, nisi mihi mirum^c videretur, tradidisse aliquos, legato eum consulari successorem dedisse, ut rudi et indocto, cujus manu 'ixi' pro 'ipsi' scriptum animadvertit.⁵ Quoties autem per notas^d scribit, *b* pro *a*, *c* pro *b*, ac

//////////

Vind. 2.—1 Voces *id est* . . . *scrib.* glossam putant Burm. Oud. sed defendit Ern. qui mox cum Oud. *custodit* edidit e Memm. accedentibus Vind. 1. Fouc. Dein *pot. seq.* receptum fide Medic. trium, Polit. utriusq. Vind. Voss. Edd. Rom. Vulgo *seq. pot.*—2 Sic emendavit e suis Codd. Cassaub. et jam olim dederant Edd. Rom. Mediol. et ita Pulm. Memm. Medic. Vind. uterq. Cort. aliique multi, vel *loquimur*. Habent *ac loquendum* Periz. Harlem. Edd. Ven. tr. Lugd. Junt. Ald. Steph. et plures, etiam Pitisc. et Burm. Tum *existimant* Huls. Medic. 1. Ed. Torr.—3 *Nam qui* Fouc. et infra in eod. Cod. non legitur *id.*—4 Conj. Burm. *omnium.*—5 *Animadvertit* Huls. uterque Vind.

NOTÆ

melius quam ipsa scriptio demonstrari: en fragmentum epistolæ ad Caium, quæ extat apud Gellium lib. xv. c. 7.

'Arc mi Cai, meus ocellus jucundissimus,
quem semper medius fidius desidero,
præcipue dicibus talibus quales
est hodiernus,' &c.

Id autem faciebat perspicuitatis amore, ne quasi avulsa a se invicem verba forent, quod tamen errandi postmodum ansam præbuit criticis, qui circumductiones ejusmodi quandoque pro literis accipere, præsertim pro litera *L* majuscula, propter aliquam similitudinem *L*. Hic autem notare est obiter, versum etiam in prosa oratione dici hunc verborum ordinem, quem nunc vulgo dicimus 'lineam.'

^c *Nisi mihi mirum, &c.*] Videtur inde colligi posse, hunc scribendi modum non tam a pronuntiatione, quam ab orthographiâ abuisse, Sueton.

Delph. et Var. Clas.

tonii ut minimum temporibus; dubitat siquidem hic auctor, utrum Augustus offendendus nece fuerit hac viri consularis scribendi ratione; atque ideo vocem 'ipsi' mollius et quasi medio quodam tono inter *issi* pronuntiatam: *x* enim litera duplex est ss. Quod autem consulare istum Casanbonus increpat, quod Augusti temporibus ignorata etiamnum erat, aut paucis cognita litera *x*, ut testatur Isidorus lib. 1. c. 24. certe ignoratam duntaxat inferre potest in scribendo, non etiam in dicendo seu pronuntiatando, ut patet vel ipso Varronis testimonio, quod adducit: 'literarum partim sunt et dicuntur, ut *A, B*, partim dicuntur et non sunt, ut *H* et *X*.' Saltem ergo dicebatur *x* litera, hoc est, pronuntiabatur, quod sufficit ut ea sine vitio potuerit uti consularis ille; quin et Augusto poterat hac ratione gratificari, hujus methodum secutus in scribendo, perinde ac loqueretur.

^d *Per notas*] De his in Julio c. 56.

Sueton.

2 A

deinceps eadem ratione, sequentes literas ponit; pro x^{6e} autem duplex a . [89.] Ne⁷ Græcarum quidem disciplinarum levioꝛe studio tenebatur: in quibus et ipsis præstabat largiter, magistro dicendi usus Apollodoro^f Pergameno,^g quem jam grandem natu Apolloniam quoque secum ab Urbe juvenis adhuc eduxerat. Deinde eruditione etiam varia^h repletus est perⁱ Arei^k philosophi, filiorumque



Cuj. Mox *per notam* Vind. 1. Cort. Periz. Harlem. Edd. Rom. et fere O. Vett. præter Beroald. Steph. Torr. Casaub. et seqq. Ceteri Codd. *notas*. —6 Ita omnes ad unum Mss. et Edd. ante Casaub. qui mutavit in *pro z*. In Cort. tamen et Camp. *per x*. Cf. h. l. Comm. Habent al. *duplex aa*.—7 *Nec Gr.* Vind. 2. Tum *leviori* Cort. Edd. Rom. *etiam ipsis* in iisdem. Fonc. omisit

NOTÆ

^e *Pro x [z]* Casaubonus legebat in omnibus libris *pro x*, et emendavit *pro z*. Patet enim ultimam hie literam intelligi: quo certe non admissio, dicendum esset z tunc temporis nondum in usu fuisse, de quo videsis Isidorum lib. I. c. 24.

^f *Apollodoro*] Idem habet Quintilianus initio lib. III. cui addit Strabo, illum Augusti gratia multum inclarinisse, et sectæ Apollodoreæ initium fuisse, quam tamen jam inde ab Augusti temporibus plurimi non factam testatur lib. XIII.

^g *Pergameno*] Pergamum, sive Pergamus, minoris Asiæ civitas est: hodie *Pergamo*, sed multum a pristino splendore diversa.

^h *Eruditione etiam varia*] Hujus loci sententia est, Augusto eloquentiæ Græcæ præceptorem fuisse Apollodorum: philologiam vero quam vocant, hoc est historiam, rerum antiquarum cognitionem, humanioresque literas, edoctum a Sphæro illo; quæ omnia nomine variæ eruditionis expressit auctor hie noster; quod in illis versati proprie dicantur eruditi, ut adhuc infra Calig. c. 53. ‘E disciplinis liberalibus minimum erudi-

tioni, eloquentiæ plurimum attendit.’

ⁱ *Est per [Sphæri]* Omnes Mss. Torrentii habent *Sperarei*, aut *Sperarci*. Quia tamen Dio lib. XLVIII. Sphæri cujusdam mentionem fecit, qui Augusti libertus idem et pædagogus fuerat ipsi carissimus, utpote quem fato functum funere publico efferri voluerit; ideo, sicut scriptum est, emendarunt.

^k *Arei*] Philosophus fuit Alexandrinus, cujus in gratiam Augustus Alexandriam ingressus, multis et vitam et bona condonarât. Hujus meminit et Plutarchus in Antonio et Seneca lib. de Consolatione ad Marciam c. 4. et supra c. 17. de eo jam aliqua notata sunt Cæsaronis occasione: meminit et Dio lib. LI. et Strabo, &c. Lectionem autem *contubernium iniiit* Casaubonus arguit, pro in contubernium ascivit, aut contubernio admovit, ut Tiberii cap. 14. unde cum in quibusdam codicibus legerit *contubernio*, absque voce *iniiit*, quam nec habent Lislæi codices, et Pithæi et Ursini, hanc repellit, et retinet *contubernio*: sed hoc posito rejiciendus veniret *Sphærus*, ut *Areo* solo superstite legeretur, *eruditione*

ejus Dionysii et Nicanoris, contubernium:⁸ non tamen ut aut loqueretur expedite, aut componere⁹ aliquid auderet. Nam et, si quid res exigeret,¹ Latine formabat, vertendumque alii dabat. Sed plane poematum quoque non imperitus, delectabatur etiam comœdia veteri, et sæpe eam exhibuit publicis spectaculis.¹⁰ In evolvendis utriusque linguæ auctoribus nihil æque sectabatur,¹ quam præcepta et exempla publice vel privatim salubria: eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad² exercituum provinciarumque rectores, aut ad urbis magistratus plerumque mittebat, prout quique monitione³ indigerent. Etiam libros totos et Senatui recitavit, et populo notos per edictum sæpe fecit: ut orationes Q. Metelli^{4 m} 'de prole augenda,' et Rutiliiⁿ 'de modo ædificiorum:'^o quo magis persuaderet,



dicendi, et mox dat Vind. 1. *adduxerat*.—8 Hanc lect. quam Salmas. primus dedit, edidit Baumg. post Gron. Oud. Ern. Wolf. Ita est in Ed. Burm. *Deinde et er. var. repl. Sphæri, Aræi phil. filiorumq. ej. D. et N. contub. iniit.* Sed *Sphæri* nomen debetur Torr. ingenio, probatum etiam Ursin. et aliis. Giph. conj. legend. *super Aræi.* Mss. et Edd. Vett. constanter habent *Sperarei, Sperarci, Sperei phil.* Memm. *sper Aræi.* Malebat Sabell. *Aræi.* In Cop. verba *Sphæri. et Aræi* non leguntur. *Spetarei* Pal. 1. *speraret* Ed. Lugd. *erud. et var. repl. Seperarei* Cuj. Voc. *iniit* vulg. post *contub.* addit. non agnoscunt Memm. Lisl. Pith. Urs. Medic. 2. a m. pr. Cuj. et Ed. Steph. quæ *contubernio* dat cum iisdem Codd. Urs. et Casaub. Medic. 2. Voss. Item Oud. probante Wolf. malebat *contubernia*: et alio ord. *etiam erud. var. nonnulli* Codd. et Edd.—9 Singularis est lect. Vind. 1. *compositione aliq. aud.*—10 *Eam comœdiis publ. exhib.* Cop. Medic. 1. Huls. qui etiam *et sæpe.* Medic. 3. Vind. 2. Voss. Cuj. *spectac. publ.*—1 *Spectabat* marg. Ant. Gryph. recipiente Græv. in Ed. pr. probante Burm. Mox *exempl. et præcept.* Periz. cum Edd. priscis. Dein *excepta* Harlem. Huls. Pulm. Vind. 1. Periz. a m. pr. et al. Edd. Camp. Ven. Gryph.—2 *Ad deest* Medic. 1. 3. Cop. *exercitum* in pluribus, quod Burm. placet. Vind. 2. præbet *aut ad exercitum aut ad prov. rect.*—3 *Admonit.* in marg. Ed. Torr. *indig. mon.* Edd. Rom. *indigeret* Fouc.—4 *Aut orat. Met.* Fouc. Prænomen exulat quoque a Medic. 1. 3. utroque Vind. Cop. qui et *Rutili.* In Huls. *orationesque Met.* Cort. Edd. Camp. Ven. 1. et al. quæ *Met.* Dein *agenda* Cuj. *Rutili* Medic. 1. 3.

NOTE

varia repletus in Aræi philosophi filiorumque ejus Dionysii et Nicanoris contubernio.

¹ *Res exigeret*] Hoc est siquando sibi Græce dicendum esset, v. g. cum Alexandriae lingua Græca peroravit, ut refert Dio lib. LI. plurimum quippe tunc temporis valebat hæc lingua,

tum in Asia tum in Europa.

^m Q. Metelli] Is fuit censor anno U. C. 623. ante natalem Augusti sexaginta circiter et octo: enixe in id incubuit, ut populo connubia persuaderet. Videsis supra c. 34. et Epitomen Livii lib. LIX.

ⁿ Rutilii] Hic cum M. Manlio Max-

utramque rem non a se primo animadversam, sed antiquis jam tunc curæ fuisse. Ingenia sæculi sui omnibus modis fovit. Recitantes et benigne et patienter audivit:^s nec tantum carmina et historias, sed et orationes^p et dialogos. Componi tamen aliquid de se, nisi et serio, et a præstantissimis,^q offerebatur; admonebatque Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus^r obsolefieri.^s [90.] Circa

—5 *Audiit* restituere Ond. Wolf. cum Steph. et Burm. suffragantib. Medic. 1. 2. Fouc. Voss. Cf. c. 93. Tum *orationem* Cort. Paulo ante *historia* Cuj.

NOTÆ

imo consul fuit ann. U. C. 619. et eundem existimat esse Torrentius, cujus toties honorifice meminit Cicero lib. 1. de Oratore, ut philosophiæ dediti, et quo sanctior et integrior in civitate nullus esset. Qui tamen de architectura libros non scripserit, ut vult Beroaldus, sed orationes habuerit, ut et alii quoque, in Senatu vel ad populum de modo ædificiis imponendo, ad inhibendum luxum, et amovenda incendia.

° *Modo ædificiorum*] Strabo lib. v. dicit constitutum ab Augusto fuisse, ne quis ædes altius quam septuaginta pedes tolleret. Quam altitudinem ad 60. pedes reductam a Trajano, auctor est Aurelius Victor. Certe maximam ædificiorum Romanorum altitudinem tum ex his locis colligas, tum ex oratione Aristidis Sophistiæ, cujus hæc sunt verba, qualia ex Canteri versione retulit Casanbonus: ‘non tamen quiescit donec æquales sibi super impositas urbes alteram super alteram ferat. Quocirca, si quis eam (Romam) diligenter vellet evolvere, et quæ nunc in sublimi sunt urbes, humi juxta se invicem deponere, existimarem fore, ut omnis Italiæ reliqua pars completeretur, atque una urbs ad Ionium mare continua protenderetur.’

^p *Sed et orationes*] Hunc morem

emendandi etiam quæ componebantur gratia observatum constat ex Plinii epist. 17. lib. vii. ubi aliquibus non probantibus quod et orationes recitaret, utpote quæ declamandæ potius essent, ait, ‘sua cuique ratio; recitandi, mihi, quod sæpe jam dixi, ut, si quid me fugit, ut certe fugit, admonear. Quo magis miror, quod scribis, fuisse quosdam qui reprehenderent quod orationes omnino recitarem, nisi vero has solas non putant emendandas.’ Et infra ‘pluribus recito: ac, si quid mihi credis, tunc acerrime emendo.’ Quæ epistola plura super hac consuetudine.

^q *Præstantissimis*] Hoc quoque innuit Horatius Epistola ad Augustum: ‘Sed neque parvum Carmen majestas recipit tua, nec mens audet Rem tentare pudor, quam vires ferre recensent.’

^r *Commissionibus*] Quid sit committere supra c. 45. Hic intelliguntur duntaxat vel oratorum inter se commissiones, et quasi pugnæ in literarum exercitio, quales ciebat Verrinus ille, de quo paulo supra, et adhuc infra lib. de Grammaticis c. 17. ‘Namque, ad exercitanda discentium ingenia, æquales inter se committere solebat, proposita non solum materia quam scriberent, sed et præmio quod victor auferret.’ Hinc Juvenalis de

religiones^{6 t} talem accepimus. Tonitrua et fulgura paulo infirmius expavescebat; ut semper et ubique pellem vituli marini^u circumferret pro remedio, atque ad omnem majoris tempestatis suspicionem in abditum et concameratum^{7 v} locum se reciperet; consternatus olim per nocturnum iter transcursu fulguris, ut prædiximus.^{8 w} [91.] Somnia neque sua, neque aliena de se,^x negligebat. Philippensi acie,

//////////

et mox admon. sine que Cop.—6 *Releg.* Memm. et ita semper, ut infra *negleg.* Cuj. *regiones*, cum Medic. 1. *religionem* Vind. 1. Pro *expavesc.* marg. Ed. Bas. *extimesc.*—7 *Concamerat.* Memm. *concaavernat.* Cort. Edd. Rom. quæ mox *fulgoris.*—8 Ita opt. Ms. Torr. Cop. Cuj. tres Medic. Vind. uterq. Pin. Duu. Voss. marg. Ed. Bas. Al. *supradix.* quod Burm. præfert, ut Latinius.

NOTÆ

hujusmodi poëtarum exercitio Satira I. ‘Securus licet Æneam Rutulumque ferocem Committas, nulli gravis est percussus Achilles.’

^s *Obsoleferi*] Ludicris ejusmodi præerant prætores: ideo monebat illos ne et misceri nomen suum sinerent et dehonestari, vel insulsis commissionum versibus, vel auctororum forte quorundam indignitate.

^t *Religiones*] Supra cap. 31. de Augusti erga Deos pietate, nunc de ejusdem superstitione, quæ nihil aliud est, quam meticulosa quædam observatio eorum, quæ esse a Diis existimantur.

^u *Vituli marini*] De hac antiquorum persuasionem, quam ineptam multi verosimillime crediderunt, Plinius lib. II. c. 55. tabernacula ex eorum pelibus factitata narrat, ‘quoniam,’ inquit, ‘hoc solum animal ex marinis non percutiat (fulmen), sicut nec e volucris aquilam, quæ ob hoc armiger hujus teli fingitur.’ Refert de hyæna, quæ lupi genus est Aristoteli lib. VI. de Historia animalium c. 32. qui et in eodem opere passim vituli marini meminit, nullibi tamen hujus miraculi. De hyæna quoque apud

Plinium magica multa et fabulosa narrantur lib. XXVIII. c. 8. Palladius lib. I. cap. 35. utriusque pellem animalis adversus grandinem remedium profert.

^v *Concameratum*] Legunt alii *concaavernatum*, quod verbum, quanquam novum, non displicet Torrentio, propter locum supra citatum ex lib. II. c. 55. Plinii, dicentis, non altius quinque pedibus unquam descendere in terram; quare pavidi altiores specus tutissimos putabant. Idem et Seneca lib. VI. Naturalium Quæst. c. 1. ‘Adversus tonitrua et minas cæli subterraneæ domus, et defossi in altum specus remedia sunt. Ignis ille cælestis non transverberat terram, sed exiguo ejus objectu retunditur.’

^w *Prædiximus* [*supra diximus*] Cap. 29. Alii legunt *prædiximus*.

^x *Neque aliena de se*] Forsan exemplo Julii, qui illa neglexerat, cautior factus, sibi quoque tam infelicer aliquando ne cederet, quod innuit Valerius lib. I. cap. 5. Notat Casanbonus ex Artemidoro lib. I. cap. 2. moris antiqui fuisse, ut quicquid quisque de Republica somniasset, illud vel præconis voce, vel pittacio,

quamvis statuisset non egredi tabernaculo ⁹ propter valetudinem, egressus est tamen amici ^{10y} somnio monitus: cessitque res prospere, quando captis castris ² lectica ejus, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata ¹ est. Ipse per omne ver plurima, ³ et formidolosissima, ² et vana, et irrita ³ videbat: reliquo tempore rariora, et minus vana. Cum dedicatam in Capitolio ædem Tonanti Jovi ^b assidue frequentaret, somniavit, queri Capitolinum Jovem, ^c cultores sibi abduci: seque ⁴ respondisse, Tonantem pro janitore ^d ei appositum: ideoque mox tintinnabulis ^e fastigium ædis redimit, ⁵ quod ea fere januis



Utrumque suspectum habuit Oud.—9 Burm. auctoritate Periz. Harlem. quibus accedit Cort. et Edd. ante Casaub. reposuit *tabernaculum*. Retinent *tabernaculo* Oud. Ern. Wolf. Baumg. auctoribus Codd. vetustiorib.—10 *Medici* Edd. Bas. Gryph. Plant. et recentt. Eadem confusio in Cæs. cap. 4.—1 *Lacera* Huls. Dein *est* non comparet in Medic. 3. Polit. Habet Fouc. *Item per*, et Memm. *Ipse ē* (i. e. *est*) quod pro *etiam* capiebat Salmasius.—2 *Formidolosa* Vind. 1. et unus Torr. melius id judicantis. *formidulosiss.* Memm. *formidosiss.* Cort. Camp.—3 *Irritata* Harlem.—4 Singularis est lectio Medic. 2. *abluci sepe*. Mox *pro jan.* ejus Voss. Vind. 1.—5 *Redimit* Medic. 1. 3.

NOTE

hoc est, tabula quadam, descriptum indicaret.

^y *Amici*] Sic omnes Torrentii Mss. contra quos tamen *medici* legendum enpit, motus auctoritate Dionis, Velleii, et Valerii Maximi, qui medicum illum dicunt nomine Artorium.

² *Captis castris*] Supra cap. 13. Auctor est Valerius Maximus lib. 1. c. 5. ipsa quæ Philippense prælium antecessit nocte, Minervæ speciem Artorio medico dormienti obortam præcepisse, ut Augustum, gravi morbo licet implicitum, moneret, ne ejus causa a prælio abstineret, &c.

^a *Per omne ver plurima*] Qualia melancholicis, vinolentis, et febrientibus accidere tradit Aristoteles, libro de insomniis cap. 4. ubi et causas investigat.

^b *Ædem Tonanti Jovi*] Hanc vove-

rat bello Cantabrico, de quo supra c. 20. et 85. ac præcipue c. 29.

^c *Capitolinum Joven*] Varia sunt Jovis cognomina: templum hoc voverat Tarquinius Priscus, perfecerat Superbus.

^d *Janitore*] Catenis vincti janitores stabant ad portas, ut testatur ipse Suetonius lib. de claris Rhetoribus c. 3. et Ovidius amorum lib. 1. Elegia 6. ‘Janitor indigne dura religate catena.’ Et adhuc infra eadem Elegia, ‘Sic dura nunquam religere catena.’

^e *Tintinnabulis*] Sensus est, Augustum, ut janitoris loco prorsus esset Jovi Capitolino Jupiter Tonans, hujus ædium fastigio imposuisse tintinnabula, quæ suo sono et janitoris et Tonantis etiam forte speciem præberent aliquam. De fastigio, videsis quid hoc sit in Jul. c. 81.

dependebant.^{6 f} Ex nocturno visu etiam stipem quotannis⁵ die certo emendicabat a populo, cavam manum^b assesⁱ porrigentibus præbens. [92.] Auspicia et omina^k quædam⁷ pro certissimis observabat. Si mane⁸ sibi calceus^l per-

//////////

Huls. redimit Vind. 1. Al. redimirit.—6 Oud. suasit dependeat. ‘ Si quid mutandum, scripserim dependent. Pro quod ea melius foret quæ.’ Ern. Mox quodannis et e pop. Memm. Paulo ante etiam abest a Vind. 1. et dein axes Ed. Camp.—7 Vulgo quæd. et omina. Deest et Harlem. Ven. 2. 3. Lugd. et omina quidem Bas. et Gryph. sed in marg. quæd.—8 Si male Huls. Cop. Exulat sibi a Cort. Edd. Rom. calc. sibi Medic. 3. Tum dextro in Codd. nonnullis

NOTÆ

^f *Januis dependebant*] Ut hoc sono janitores monerentur, aut excitarentur. Auctor est Dio, his quoque custodes insularum familiam advocare solitos (quid sint insulæ vid. in Jul. cap. 41.). His quoque ad prandium cœnamve parandam, apponendam, signum datum, colligere est ex Senecæ epist. 95. et ex c. 12. lib. de brevitate vitæ. Unde et Trimalcio ille Petronianus symphonia signum hoc dari curat. Martial. de hoc Apophoret. 163. cui lemma ‘Tintinnabulum: ‘Redde pilam, sonat æs thermanum,’ &c.

⁵ *Stipem quotannis*] Specie aliqua miseræ placari sibi Deam Nemesim existimabant, hoc est, Deorum invidiam, utpote feliciore fortuna utentibus obnoxiam; sicque lætissima rerum tristissimarum mentione temperabant; hinc illa vel extremi supplicii in triumphis instrumenta, flagellum, tintinnabulum currui appensa, jam inde ab Horatio illo Curiatorum victore. Quibus de ritibus sæpe Plutarchus in Camillo et Paulo Æmilio. Fulvius Ursinus huc refert inscriptiones, quas Romæ in sacra via repertas ait; sed hæ omnes anno novo, vel Kalendis Jannarii, collatam stipem testantur, quod de ea potius intelligendum videtur, quæ strenæ nomine conferebatur.

^b *Cavam manum*] Quod mendicantium

est, ac ideo majoris abjectionis indicium, ingenuisque viris eo minus dignum, quod illis probro verteretur, ut sordide avaris, ac rapacibus, ut ex Ammiani Marcellini l. xvi. probat clare Casaubonus, sed maxime ex Claudiano in Rufinum, ‘Dextera quietiam ludo concessa vagatur Æra petens, pœnasque animi persolvit avari, Terribili lucro, vivosque imitata retentus, Cogitur adductis digitos inflectere nervis.’ Qua circumlocutione patet mendicantis aut rapacis viri manum exprimi. Rufinus enim ille sub Honorio imperatore præfectus prætorio trucidatus est, et sic formata manu per Constantinopolim circumlatus. Hinc de Atheniensium avaritia hoc proverbium natum est, τῆν χεῖρ’ ἐπίσχει καὶ ἀποθνήσκων Ἀττικὸς. Atheniensis vel moriens cavat manum.

ⁱ *Asses*] De assibus in Jul. c. 4.

^k *Auspicia et omina*] Hoc est discrimen harum vocum: auspicia ab avium inspectione, anguria ab eorundem garritu, omina ab hominum vocibus, quibus vim quoque suam inesse crediderunt, quod Cicero notavit 1. de Divinatione 102. ubi de his plura, quanquam idem auctor fulmen ipsum inter auspicia reponat, ibidem lib. 11.

^l *Calceus*] Quo die seditione militari, de qua supra c. 4. prope afflic-

peram, ac sinister pro dextero induceretur,⁹ ut dirum : si, terra marive ingrediente se longinquam profectionem, forte rorasset,¹⁰ ut lætum, maturique et prosperi reditus. Sed et ¹ ostentis^m præcipue movebatur. Enatam² inter juncturas lapidum ante domum suam palmam in compluvium Deorum Penatumⁿ transtulit; utque coalesceret, magno



et Edd. pr. *præ dextro* malebat Barth. ad Stat. Theb. l. III. 261.—9 *Inducetur* Vind. 1. Tum *marique* Fouc. et pro *se* dat seu Vind. 1.—10 *Rotasset* Camp. *rolasset* Cort. Dein *maturi prosperique* Cort. Edd. Rom.—1 Non legitur et in Codd. trib. Torr. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. ac contra Suetonii stylum judicat Ond.—2 *Ea natam* Memm. Mox vulgo *maguopere*, ut passim.

NOTÆ

tus est, id sibi contigerat, de quo egregie Plinius lib. II. c. 7. 'Divus Augustus lævum prodidit sibi calceum præpostere indutum, quo die seditione militari prope afflictus est. Quæ singula improvidam mortalitatem involvunt, solum ut inter ista certum sit, nihil esse certi aut miserius quicquam homine, aut superbius.'

^m *Ostentis*] Ostentum dixere quicquid contra naturam factum genitumve esset, ab ostendendo, sicut portentum a portendendo : adisis Festum in his vocibus.

ⁿ *Compluvium Deorum Penatum*] Id ita Torrentius explicat, ut Dii Penates hic intelligantur fuisse Jupiter ille Herceus, ab ἑρκος, hoc est, *septum* sen *vallum*, dictus, quod 'intra conceptum domus cujusque coleretur, quem etiam Deum Penetralem appellabant,' inquit Festus in voce 'Herceus.' Hujus Dei meminit et Halicarnassens lib. I. cui et consecrata forent domorum impluvia, in quibus et aram habuisse, ad quam occisus fuerit Priamus, colligunt ex illo Ovidii versu, 'Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.' Verum Penates variis in locis ædium colebantur : in cubiculo, ut supra c. 7. et infra in Domitiano c.

17. maxime in foco, ut ex Valer. Max. lib. II. c. 1. et multis aliis constare potest : in aliqua etiam atrii parte, ut ex Vitruvii lib. VI. cap. 4. Casaubonus existimat, v. g. in compluvio, et denique in porticu compluvio adjuncta, ex Petronio : 'notavi etiam in porticu gregem cursorum cum magistro se exercentem. Præterea grande armarium in angulo vidi, in cujus ædicula erant lares argentei positi.' Unde colligere est, compluvium illud Penatum, si in Angusti palatio fuerit, nihil aliud fuisse quam loenum illum sub dio, qui intra porticus illorum esset, a compluendo dictum, sicut et in privatis domibus, in quibus 'si relictum erat in medio, ut lucem caperet, deorsum quo impluebat, impluvium dictum; et sursum qua compluebat, compluvium,' ut ait Varro lib. IV. de lingua Latina, a quo nonnihil differt Festus in voce 'impluvium.' Certe verosimillimum est, delatam potius fuisse palmam hanc, de qua hic agitur, in compluvium templi Penatum, ut ibi coleretur; (unde et constare potest compluvium in aperto fuisse, ut refert Varro;) templum enim illud haud procul a foro fuisse,

opere curavit. Apud insulam Capreas, veterimæ ilicis demissos³ jam ad terram languentesque ramos convalescere adventu suo, adeo lætatus est, ut eas⁴ cum republica Neapolitanorum^o permutaverit, Ænaria^p data. Observabat et dies quosdam,^q ne aut postridie nundinas^{5 r} quoquam proficisceretur, aut Nonis^s quicquam rei seriæ inchoaret; nihil in hoc quidem aliud devitans, ut ad Tiberium scribit, quam *δυσφημίαν*^t nominis. [93.] Peregrinarum cærimonia-



—3 *Dimissos* Periz. Harlem. Cort. Edd. Rom. Mediol. Bas. et al. præter Ven. 1. Steph. Casaub. et recentt.—4 *Ut eos* correctum eadem manu in Memm. Tum *permutaverint* habet Regius Codex; teste Burm. Item *Ænaria* vel *Æniaria* Medic. 1. 3. Vind. 2. Ed. Ven. 1. *Ænarium* Cop.—5 Beroald. primus fecit *nonas*, eumque sunt secuti Ald. Bas. Steph. Mox *ominis* præbent Edd. Rom. Mediol. Ven. duæ, Lugd. Junt. Ald. Bas. Gryph. Plant. et al. cum Codd. quibusdam. Supra in Vind. 1. *ferre inchoaret*. Deest *aliud* Medic. 1. item *quam* illi et tertio, ut et *δυσφημίαν* omiserunt Edd. Rom. pro

NOTÆ

testatur idem ibidem Halicarnas. Ubi etiam servata dicit Trojana numina, quæ secum Æneas advexerat, inter quæ et ipsum Palladium.

^o *Cum rep. Neapolit.*] Civitates nonnullæ aliquam Reip. Romanæ formam retinuerant, ut supra c. 46. et his sua erant vectigalia, hoc est, publici reditus, ut supra ibid. in Tib. c. 49. et alibi.

^p *Ænaria*] Insula est in sinu Puteolano; sic dictam volunt a statione navium Æneæ. Hodie *Ischia*. Capreæ vero *Capri*, de qua insula sæpe in Tiberio.

^q *Dies quosdam*] Hoc est, peculiari sua superstitione, præter dies qui infausti publice habebantur, alios etiam observabat, quos hic recenset.

^r *Postridie nundinas*] Præter Kalendaras, Nonas, et Idus, erant quoque in mense Romano dies nundinarum, feriæ scilicet quales ferme in nostro mense hebdomadæ, cum hoc discrimine, quod nono quoque die recurrerent. Ex variis institutionis cau-

sis hæc præcipua videtur, ideo nempe factum, ut octo diebus rustici in agris opus facerent, nono autem die intermisso, ad mercandum legesque accipiendas Romam venirent, scitaque plebis et Senatusconsulta frequentiore populo proponerentur.

^s *Nonis*] Hæc est peculiaris Augusti superstitione: publica quippe superstitione ater non erat Nonarum dies, sed posterior, quemadmodum et Kalendarum et Iduum, ut notat ex Verrio Flacco Beroaldus, et ex Nonio Marcello c. 2. in voce 'atri' patet. Idque propter infortunia quædam, quæ diebus illis contigerant, de quibus Livius lib. vi. decadis 1. Videtis etiam super hac re plura dicentes, Macrobius lib. 1. c. 16. et Gellius lib. v. c. 7.

^t *Δυσφημίαν*] Hoc est, maledicentiam, seu infaustam nominis vel omnis significationem, Nonis v. g. quasi non is, cui simile est quod de eo qui Canneas vanales clamabat, Crasso navem conscendente, quasi cave ne

rum⁶ sicut veteres ac præceptas^u reverentissime coluit, ita ceteras contemtui habuit. Namque Athenis initiatus,^v cum postea Romæ pro tribunali de privilegio^w sacerdotum Atticæ Cereris^x cognosceret, et quædam secretiora^y proponerentur,⁷ dimisso consilio^z et corona circumstantium,

//////////

quo *dubitationem* Vind. 1.—6 *Receptas* substituere Erasm. in Ed. post. et Beroald. cum Codd. nonnullis. Conj. Oud. ac P. R. rec. vel *acceptas*. Edd. Bon. Paris. *perceptas*. Item aut pro ac Edd. Ven. tres, Mediol. Lugd. Junt. Ald. al.—7 *Proponerent* Harlem. Dein vulgo *concilio*, sed lect. *receptam*

NOTÆ

eas, de quo Plin. lib. xv. cap. 19. et Cicero II. de Divinatione. Postridie autem mundinarum, vel exemplo ceterorum postridianorum, qui omnes inominati erant, ut modo notatum est, vel ut existimat Torrentius, quod cum fere proficiscantur homines, ut nundinis intersint, qui postridie iter instituat, præpostere agere et quasi post bellum machinas parare videatur. Quod autem de similitudine nundinarum et novemdialium dierum, qui mortuis dicati erant, notat Casaub. id certe ipsas nundinas potius fecerit infaustas, quam postridianum earum diem.

^u *Præceptas*] Erasmus et Beroaldus legunt *receptas*: contra Pulmanus et omnes Torrentii libri *præceptas* retinere, ut intelligatur de iis quas ipse præstantium virorum exemplo præcepisset, supra c. 31. Majorum enim instituto Romani a peregrinis cærimoniis abhorrebant, quod a Romulo ad sua usque tempora observatum laudat Halicarnassensis lib. II.

^v *Initiatus*] Hoc est, sacris Cereris Atticæ mysteriis imbutus. Templum diebus initiorum, hoc est, sacrificio-rum, ingredi, alteri licebat nemini præterquam initiato. Unde narrat Livius lib. I. decadis 4. ortum bellum

Athenienses inter et Philippum regem Macedonum, propter occisos ab Atheniensibus Acarnanas adolescentes duos, qui per dies initiorum imprudentes nec initiati, templum intraverant cum turba.

^w *Privilegio*] Tota quippe Græcia sacerdotum illorum magna erat auctoritas.

^x *Atticæ Cereris*] In Attica regione urbs est Eleusis, ubi templum illud celeberrimum Cereris, quæ a loco Eleusina dicta: locum ferunt hodie dici *Lepsina*.

^y *Secretiora*] Nulla re magis quam silentio sacra erant ejusmodi cærimoniarum. Juvenal. Satir. xv. vs. 141. 'Quis enim bonus, et face dignus, Arcana qualem Cereris vult esse sacerdos.' Unde et Horatius quasi abominandum et deorum vindictæ sacrum aversari videtur eum, qui talia revelavit: Ode 2. l. III. 'Est et fidei tuta silentio Merces: vetabo, qui Cereris sacrum Vulgarit arcanae, sub iisdem Sit trabibus,' &c. De his multa vulgare non formidavit Tertullianus initio libri contra Valentinianos, et D. Augustinus lib. VII. de Civitate Dei c. 20. de his adhuc infra non semel Claud. c. 26. Neron. c. 16. &c.

^z *Consilio* [*concilio*] Ex codice Sal-

solus audiit disceptantes. At contra, non modo in peragranda⁸ Ægypto paulo⁹ deflectere ad visendum¹⁰ Apin^a supersedit; sed et Caium nepotem, quod Judæam prætervehens apud Hierosolimam¹ non supplicasset,^b collaudavit. [94.] Et quoniam ad hæc² ventum est, non ab re fuerit subtexere, quæ ei prius, quam nasceretur, et ipso natali die, ac deinceps evenerint,³ quibus futura magnitudo ejus et perpetua felicitas sperari animadvertique posset. Velitris^c antiquitus tacta de cælo parte muri, responsum



firmant Medic. 3. et Memm. Mox adiit disc. Ven. 2. 3.—8 *Peragenda* Cort. Ed. Camp.—9 Revocavit hanc lect. Oud. quæ est omnium Mss. unico Urs. excepto, et Edd. Casaubono priorum, recepit et Baumg. Alii *paulum*.—10 *Videndum* Vind. 1. *visendam* Ed. Græv. operarum culpa. *Aprin* etiam Vind. 2.—1 *Burm.* et Oud. præferunt *Hierosolyma*. In Medic. 1. Voss. *ierusolymam*. Ceterum *ne supp.* liber Torr.—2 Edd. vulgg. etiam *Burm.* *ad hoc*. Restituit Oud. Pro et Cort. et Ed. Camp. at. Harlem. ut, qui mox *de ipso*.—3 *Evenerunt* Vind. 1. Tum *fidelitas* dat Huls. pro *felicit.* et omittit *muri*.—

NOTÆ

masiano legunt *consilio*. Ut de consiliariis assessoribus intelligatur, ut et Tiber. c. 18.

^a *Apin*] De eo Plinius lib. viii. cap. 46. 'Bosin Ægypto numinis vice colitur, Apin vocant; insigne ei in dextro latere candicans macula, cornibus lunæ crescere incipientis, nodus sub lingua quem cantharum appellant, &c. sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos, auguria populorum,' &c. De hoc et Herodotus lib. ii. et Solinus Polyhistor. et Macrobius lib. i. c. 21. &c. Serapidi consecratum fuisse auctor est Eusebius lib. viii. præparationis Evangelicæ, et D. Augustinus lib. xviii. de Civitate Dei; cum enim Apis rex Argivorum, navibus in Ægyptum transvectus esset, ei mortuo divinos honores habuerunt Ægyptii, ac vox Serapis inde facta est, quia ejus ab initio conditorium venerabantur, quod Græce *σopδς*, ex qua primum Soros apis, ac sensim degenerante

pronuntiatione postea Serapis dixerunt.

^b *Non supplicasset*] Maxime immutatam oportuit iniquam hanc Augusti adversus Judæorum sacra voluntatem: plurima quippe illis impertita ab eo privilegia constat ex Joseph. lib. xvi. Antiquitatum Judaicarum c. 10. et ab aliis etiam Romanis, ut ex ejusdem lib. xiv. c. 17. et 22. sed quod maxime hinc Suetonii loco adverteretur, ex Philone lib. de legatione ad Caligulam c. 9. Augustus ipse certos de suo redditus constituit, ut Judæorum ritu singulis diebus sacrificia fierent DEO SUPREMO, ΤΥΡΙΣΤΩ ΘΕΩ; quo etiam modo Judæorum denm appellat in quibusdam edictis. Unde Casaubonus existimat scriptum id vel dictum ab Augusto contra animi sententiam, ne Judæorum sectæ addictus ullo modo videretur.

^c *Velitris*] Vide ad cap. i. &c. *tactu de cælo parte muri*] Seneca lib. ii. Naturalium Quæst. c. 49. de va-

est, ejus oppidi civem quandoque rerum potiturum: qua fiducia Veliterui,^{4 d} et tunc statim, et postea sæpius, pæne ad exitium⁵ sui, cum populo Romano belligeraverunt. Sero tandem⁶ documentis apparuit, ostentum illud Augusti potentiam portendisse. Auctor est Julius Marathus,^e ante paucos, quam nasceretur, menses, prodigium Romæ factum publice, quo denuntiabatur, regem^f populo Romano⁷ naturam parturire: Senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno genitus⁸ educaretur: eos, qui gravidas uxores haberent, quod ad⁹ se quisque spem traheret, curasse, ne Senatusconsultum ad ærarium^g deferretur. In Asclepiadis Mendetis^{10 h} *Θεολογούμενων*ⁱ libris lego, Atiam, cum ad

//////////

4 Ita Memm. tres Medic. uterque Vind. Dun. Cort. Periz. Cop. et unus Torr. cum Edd. Rom. Ald. Steph. al. *Velitrini*. Paulo ante *ejus* fastidiunt Medic. 3. ac Polit. Etiam *et* ante *tunc* non habet Harlem.—5 *Exitum* Medic. a m. pr. Periz. Harlem. a pr. m. Edd. Camp. Mediol. aliaque. Mox *belligeraverunt* dedit Baumg. cum Medic. 1. 3. utroque Vind. et Cop. pro vulg. *belligeraverant*.—6 *Tamen* Vind. 2. Dein *Maratus* Medic. 2. Vind. 2. *Marachus* Edd. Rom.—7 Dativum receperunt Gronov. Burm. Oud. Wolf. et Baumg. In aliis *P. R.* vel *pop. Rom.* aut *populi Romani*.—8 *Genitus* inter lineas in Medic. 3. *Editus* habet Huls. quod placet Burm.—9 Ita Mss. et Edd. plures. In multis *quo ad se*. Uno verbo Bas. Ald. *quoad*.—10 *Meditis* Cort. idemque cum Mss. et Edd. Vett. plerisque *theologumenon*. Casaub. suspicatur Sueton. scripsisse *Asclep. Mendesii* aut *Mendita Mendetis*. Fouc. ord. inverso

NOTE

riis fulminum generibus loquens, ea dicit esse regalia, quorum vi tangitur vel comitium vel principalia urbis liberæ loca, quorum significatio regnum civitati minatur.

^d *Veliterni* [*Velitrini*] Alii legunt *Veliterni*, ut sæpe Livius, qui de eorum bellis loquens lib. viii. decad. I. tum alia plura, tum hoc præsertim refert sancitum in eos graviter, et eorum muros dissectos.

^e *Julius Marathus*] Libertus ille, de quo supra c. 79.

^f *Regem*] Hunc etiam ex libris Sibyllinis cognitum probat Cicero lib. ii. de Divinatione, quamvis refellat. Sed de Julio Cæsare Romani tunc temporis id intelligebant, quod de

Christo Domino intelligendum Christiani postea censuerunt interpretes.

^g *Ad ærarium*] De hoc more in Jul. cap. 28.

^h *Asclepiadis Mendetis*] *Mendesii* vel *Mendita* legendum Casaubonus existimat, quia Mendes urbis Ægyptiacæ nomen est, miraturque haud immerito, qui factum fuerit, ut Suetonius, hominis duntaxat unius et Ægyptii testimonium accersere coactus fuerit ad narrandam tanti momenti historiam: unde colligi posse putat idem Casaubonus, noluisse Romanos Augusti historiæ scriptores hac ei fabella divinitatem astruere, ne pudicitiam matris ejus in dubium vocarent; ea præsertim ætate, qua non ita faciles

solenne Apollinis sacrum^{1 k} media nocte^l venisset, posita in templo lectica, dum ceteræ matronæ dormirent,² obdor-



lego lib. et Acciam. Plures scripti et editi Actiam, Cuj. Anthiam.—1 In Vind. 1. q. adhuc s. Appoll. sacrificium. Tum et posita Memm.—2 In Vind. 1. d. c. m. ad eam venissent dormirentque. Heins. varie tentabat d. c. m. aram adirent vel ad aram irent vel operarentur vel operatum irent. Burm. velit dum et c. m. d. condormisse. 4 Nisi quis igitur totum comma rescandum censet cum Torr. probanda est emendatio vel Græv. d. c. m. domum irent, quæ placuit Ond. et Fabric. ad Dion. l. c. m. venirent seu convenirent, quæ saue præcedentibus optime convenit, laudata etiam a Wolfio.

NOTE

erant in perhibendis, ut nec credendis ejusmodi visionibus: quod certe Dionysius Halicarnassens in referenda Servii Tullii historia, aperte satis indicat lib. iv. hoc tamen vix conveniat cum opinione, quæ jam tunc temporis increbuisse videtur ex nummis. Si enim hoc credi, si et nummos id ipsum innuentes percuti Augustus ipse voluerit, ut ex c. 70. supra et ex Torrentio hic colligere est; quidni quod jam opinione vulgi receptum erat, scribendum fuisse arbitremur, saltem a Velleio Paterculo, qui in aliis tot rebus genti Juliæ non timuit adulari?

ⁱ Θεολογούμενων] Hoc est *divinarum dissertationum*, vel de *Diis quæ Mendete coluntur*: quo posito, bene legeretur *Mendetis*: quod ideo notavit etiam Casaubonus, quia Græci librorum suorum titulos sic concipere amant, ut Artemidorus qui γεωγραφούμενα scripserat, Nicander ἐτεροιοούμενα, Aristoteles ipse θεολογούμενα, &c. Fuit enim Mendetis religio omnium Ægyptiacarum fœdissima, utpote in qua elegantissimæ formæ mulieres hirco, quem dei instar colebant, substernere non dubitarent, ut vidisse se scribit Herodotus, et Plutarchus in Gryllo, alique referunt. Unde conjicere est, Asclepiadem illum in suis de religione Mendesiorum libris os-

tendere voluisse Augusti etiam exemplo, horrendam ejusmodi conjunctionem non ita ridiculam esse, ex ea siquidem, aut certe non absimili, magni viri gignerentur, quos inter nec Alexandrum, nec Scipionem omisos, potuerit quis laud inepte suspicari.

^k *Apollinis sacrum*] Torrentius de pervigilio intelligit; sed hujusmodi sacro cultum Romanis Apollinem non reperias; quinimmo tales Græcorum ritus abhorrebant, ut supra ex Dionysii Halicarn. lib. ii. notatum est: quod tamen quanquam detur de pervigilio, tamen locus hic intelligi nequiverit. Pervigilia siquidem a noctis initio et hora, ut aiunt, lucernari ducebant initium: Atia autem non nisi media nocte venisse dicitur. Unde superest, ut de sacris illis intelligatur, de quibus supra c. 53. et 78.

^l *Media nocte*] Hoc loco confirmatur quod de nocturnis sacris supra c. 53. et 78. cui Censorini locum hunc adde: 'Romani a media nocte ad mediam noctem, diem esse existimaverunt: indicio sunt sacra publica; et auspicia etiam magistratum, quorum si quid ante medium noctis est actum, diei qui præterit ascribitur: si quid autem post mediam noctem et ante lucem factum est, eo die gestum dicitur, qui eam sequitur noctem.'

misse:^m draconem³ repente irrepsisse ad eam, pauloque post egressum; illamque expergefactam, quasi a concubitu mariti, purificasse se:ⁿ et statim in corpore ejus extitisse maculam, velut⁴ depicti draconis, nec potuisse unquam exigi,⁵ adeo ut mox publicis balineis^o perpetuo



Baumg. Mox *obdormivisse* Cort. Fouc.—3 *Draconemque* Ed. Plant. aliæque, *dracone* Ven. 2. 3. Deest particula *que* post *paulo* in Codd. quibusdam, et *illam* sine copula scribitur in Memm. Fouc. Periz. Harlem. Huls. et libris Torr. et Oud. cum Edd. Rom. Ven. Med. Bon. Lugd. Steph. *Paulo ante egressum* habet Fouc.—4 *Veluti* Vind. 1. Cort. Edd. Rom. *picti* Medic. 2. 3. Pin. Voss. Fouc. Cop. Cuj. *epicti* Memm.—5 Ita exhibent duo Torr. Codd. Memm. Medic. 1. 3. Pin. Cuj. Fouc. Voss. probantib. Gron. Græv. Oud.

NOTÆ

Plaut. quoque in *Pœnulo* Act. 1. Sc. 2. vs. 105. 'Nimia nos socordia hodie tenuit. Ad. qua de re obsecro? An. Quia non jam dudum ad ædem Veneris venimus, Primæ ut inferrenus ignem in aram. Ad. ah non facto est opus. Quæ habent nocturna ora, noctu significatum ire occupant, Priusquam Venus expergiscaur, prius deproperant sedulo Sacrificare,' &c.

^m *Dum ceteræ matronæ dormirent, obdormivisse*] Somnum hunc matronarum eodem sensu Casaubonus intelligit quo supra c. 78. de Augusto in ipsa sua lectica dormiente; nec enim intelligi potest, quod vult Beroaldus, de illo antiquorum more, quo quidam in deorum templis dormiebant, ut responsa super his rebus acciperent quas postulabant: quod 'incubare' dicebatur: ea quippe divinatio per incubationem privatis solummodo cærimoniiis quærebatur, hic solenne sacrum fuit: soli cubabant, hic matrobæ affuisse patet: castitate et jejuniis præparabantur, quorum hic nulla mentio.

ⁿ *Purificasse se*] Nec enim pollutum quæquam sacris interesse fas erat. Tibullus *Elegia* 1. lib. 11. 'Dis-

cedat ab aris Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.' Ovidius *Amorum* libro 111. *Elegia* septima, &c. quod aquæ aspersionibus fiebat idem, 'Puræque lavari Te memini, et puro se cubuisse toro.' Et Persius *Satir.* 11. vs. 15. 'Hæc sancte ut poscas, Tiberino in gurgite mergis Mane caput bis terque, et noctem flumine purgas.' Unde Cicero 11. de *Legibus* 1. 'ad divos caste adeunto.'

^o *Publicis balineis*] Quanta eorum multitudo Romæ foret ex hoc Plinii loco æstimare est, lib. xxxvi. cap. 15. ubi de Agrippa Augusti genero loquitur: 'Adjicit ipse in ædilitatis suæ commemoratione, et ludos 58. diebus factos, et gratuita præbita balinea 170. quæ nunc Romæ ad infinitum auxere numerum.' Cum enim rarior apud ipsos esset lini usus, sudorem sordesque corporis sæpius abluere necesse habebant; hinc Artemidorus lib. 1. *Oneirocrit.* suo tempore quotidie lavari solitos, præsertim ante cibum, ut balineum nil foret aliud quam via ad cibum; quod et voluptati tantæ apud aliquos erat, ut Gordianus Junior septies, Commodus autem octies in diem lavasse legantur.

abstinuerit :⁶ Augustum natum mense decimo,^p et ob hoc Apollinis filium^q existimatum. Eadem Atia prius, quam pareret, somniavit,⁷ intestina sua ferri ad sidera, explicari-que per omnem terrarum et cœli ambitum. Somniavit et pater Octavius, utero Atiæ jubar solis exortum. Quo natus est die, cum de Catilinæ conjuratione⁸ ageretur in Curia, et Octavius ob uxoris puerperium serius affuisset, nota ac vulgata res est, P. Nigidium,^r comperta moræ causa, ut horam quoque partus^s acceperit,⁹ affirmasse, dominum terrarum orbi natum. Octavio postea, cum per secreta Thraciæ exercitum duceret, in Liberi patris^t luco barbara cærimonia^u de filio consulenti, idem affirmatum



aliisque. Vulgo est *eximi*.—⁶ *Abstineret* Vind. 2. Medic. 1. *abstinere* Cop. Huls. Mox *eademque* Vind. 1.—⁷ Hinc usque ad verb. *quod infuso* desunt Exc. Cuj. Tum *terram* Memm. Medic. 3.—⁸ *De conj. Cat.* Vind. 1. Dein *puerperum* in eodem.—⁹ Malit Torr. *accepit*, et sic in Vind. I. exaratur. Cf.

NOTE

^p *Mense decimo*] Virgilius de Polione Salonino Eclog. iv. in fine, 'Matri longa decem tulerunt fastidia menses.' Ad quem locum Servius dicit, maribus legitimum fuisse hunc nascendi mensem, ut fœminis nonum. Qua de re videsis Plinium lib. vii. cap. 5. ac præsertim Gellium lib. iii. cap. 16. varia et scitu dignissima super his narrantem.

^q *Apollinis filium*] Torrentius protulit numismata argentea Augusti, quorum parte aversa videtur Apollo lyram tenens, medius inter hæc verba CÆSAR DIVI F. quibus videtur ambiguum consulto reliquisse, an illius quem exhibet numisma, an vero Divi Julii filius intelligendus sit.

^r *P. Nigidium*] De eo Gellius lib. xix. c. 14. 'Ætas M. Ciceronis et Cæsaris præstanti facundia viros paucos habuit; doctrinarum autem multiformium variarumque artium quibus humanitas erudita est, columnina

habuit M. Varronem et P. Nigidium,' &c. Ubi de hujus operibus et eorum obscuritate ac subtilitate nonnulla subjungit. Figulus cognomen erat: unde Lucanus, 'At Figulus, cui cura deos secretaque mundi Nosse fuit.' Hinc Dio initio lib. xlv. tradit, prohibitis enim quibusdam studiis operam navare creditum. De conjuratione Catilinæ, in Julio cap. 14. de flamme augurio vide Tib. cap. 14.

^s *Horam quoque partus*] Hujus observationem vocant horoscopum. Persius Satir. vi. vs. 18. 'Geminos, horoscope, varo Producis genio,' &c. Hinc verbum horoscopare astrologis et signa horoscopantia, hoc est, ipsi partui seu ejus horæ presidentia.

^t *Liberi patris*] Bacchi, sic dieti vel quod animum a curarum solitudine liberet, vel quod licentia omni liberiores faciat, &c.

^u *Barbara cærimonia*] A Græcis vel Romanis diversa cærimoniis. Felix

est a sacerdotibus: quod, infuso super altaria ¹⁰ mero, tantum flammæ emicuisset, ut supergressa fastigium templi ad cœlum usque ferretur; unigue [olim] ¹ omnino Magno Alexandro, apud easdem aras sacrificanti, simile provenisset ostentum. Atque etiam insequenti statim nocte ² videre visus est filium mortali specie ³ ampliorem, cum fulmine et sceptro, exuviisque Jovis Optimi Maximi, ^v ac radiata corona, super laureatum ^w currum, ⁴ bis senis equis candore eximio ^x trahentibus. Infans adhuc, ut scriptum



Oud. ad h. l.—10 *Altari Exc. Voss.*—1 *Unigue omni Magno Memm. et inde legit Salm. probante Grav. unigue olim Magno.* In Medic. 1. 3. Cop. *olimque omnino, ejecto unigue. Olim deest Medic. 2. Vind. 2. Fouc. Dun. Cuj. et abesse vellent Davis. ad Cæs. Bell. Gall. 1. VII. c. 29. Burm. Oud. Ern. ideoque uncinis inclusum. Cod. Polit. habet olimque uni omnino. Vind. 1. Magnaque. Mox perreniss. Periz. Cort. Edd. Rom.*—2 *'Dedi inseq. st. noct. pro seq. noct. stat. ob frequentem usum illius verbi apud Suet. et ordin. verborum concinnioem.'* Baumg. *St. noct. præbent tres Medic. Cop. Memm. Cuj. Huls. (qui sequent. non habet) Voss. Fouc. Dun. In unico Vind. 2. insequenti.*—3 *Pro specie Fouc. spem. Deest et ante scept. Polit. Dein eximisque Huls. Edd. Camp. Ven. 1. exubiisque Voss.*—4 *Cuperus in Epist. ad Heins. malebat ac r. c. super laureatam (vel lauream) deauratum cur. Heins. laureatam probabat, sed deaurat. superfluum judicabat. Burm. placet cor. superbum, auratum cur. vel, transpositis verbis, rad. cor. ue laureat. sup. cur. Optima emendatio Baumg. videtur, quæ cod. Urs. nititur, sup. deaurat. cur. probata ab Ern. Ruhnk. Wolf. Oud. quomodo ab aliis etiam legi, testatus*

NOTE

semper habitum flammæ augurium, ut supra cap. 66. de Salvidieno notatum, et infra Tiber. c. 6. et 14.

^v *Exuviisque Jovis Opt. Max.]* Eæ sunt præter fulmen et sceptrum, toga prætexta, tunica palmata et picta: quæ utraque triumphalis. Hinc Juvenalis Satir. x. vs. 38. *'In tunica Jovis et pictæ Sarrana ferentem Ex humeris aulææ toga, magnæque coronæ Tantum orbem quanto cervix non sufficit ulla,'* &c. De hoc habitu triumphali Livius quoque lib. x. decad. 1. et Lampridius in Severo, &c. Coronam radiatam intellige circulum quendam radiorum, quo circumdatum caput esse, quo etiam habitu fuisse Caligulam cum se medium iu-

ter Castorem et Pollucem adorandum præberet, infra in Calig. c. 22. innuit. Plinius in Panegyri. *'Illi jamdudum radiatum caput et media inter deos sedes,'* &c. Et Lucanus lib. VIII. de Pompeio, *'Fulminibus manes radiisque ornabis et astris,'* et Florus lib. IV. c. 2. &c. Deorum enim hic præsertim ornatus.

^w *Laureatum]* Lauri ramis ornatum, quæ arbor triumphorum et triumphantium insigne. Legunt alii *deauratum*, quod currus triumphales auro bracteati forent.

^x *Candore eximio]* Triumphanti Camillo tales fuerant, quod et in religionem tractum dicit Livius lib. v. dec. 1. quod Jovi et Apollini æqui-

apud C.⁵ Drusum extat, repositus vespere in cunas a nutricula, loco plano, postera ⁶ luce non comparuit: diuque quæsitus, tandem in altissima turri⁷ repertus est, jacens contra solis exortum. Cum primum fari cœpisset, in avito suburbano⁷ obstrepentes forte ranas silere jussit; atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare. Ad quartum lapidem Campanæ viæ,⁸ in nemore praudenti ex improvise aquila panem ei e manu rapuit:^a et, cum altissime evolasset,⁹ rursus ex improvise leniter¹⁰ delapsa, reddidit. Q. Catulus post dedicatum Capitolium^b duabus continuis noctibus somniavit: prima, Jovem Optimum Maximum e^c prætextatis^c compluribus, circum aram ludentibus, unum secrevisse, atque in ejus sinum^z signum Reipublicæ,^d quod



est Beroald.—5 Müll. in sched. legendum censet *Casarem Drusum*, probante Banng.—6 *Postea* Cort. Harlem. Edd. Rom. Ven. tres. Mox *diuque* reposuit Oud. fide binorum Codd. Pulm. Medic. tr. Polit. Pin. Vind. utriusq. Voss. Cuj. cum Edd. Junt. Steph. Ald. accedente Dun. Vulgo *et diu*. In Medic. 2. *requisitus*.—7 *Turri* Cuj. et pro *est* dant et Harlem. Periz. Dein *obstrepentis* Memm. *obstrepente* Vind. 1.—8 Mallet Torr. *Campania via*. Tum *et ex inp.* Cort. Camp. ac secundo loco *rursus et impr.* Harlem. Desunt *e manu* Medic. 1.—9 Sic editum a Burm. ex Memm. duob. Pulm. trib. Torr. Medic. O. Polit. Pin. Vind. 2. Huls. Cuj. Voss. Dun. et Edd. Junt. Ald. Arg. Vulgo *volasset*.—10 *Panem ei leniter* Medic. 1. *leviter* Vind. 1. et *elapsa* Cort. Camp.—1 Præpositionem *e* vulgo exulantem, sed comparentem in trib. Medic. Polit. Cop. Huls. (qui mox *decrevisset*) et Codd. Wolfii, restituit Oud. Dein *circa* Periz. Cort. Edd. Rom.—2 Hæc usque ad vocem *inseq.* desunt Vind. 1. jungenti *atque inseq.* Contra Medic. 1. addit *se in gremio*. Memm. non habet *sinum*, et mox pro *quod* dat *quam*, cum Pin. Cop. Dun. unde *quum* conj. Scheff. In *sin. ej.* Medic. 1. 3. Cop. et *quodam man.* Cuj. Lips. ad oram Cod. sui ascripsit *in ejus sinu sign. Romæ*, quod pla-

NOTÆ

paratus esset: unde triumphus ejus clarior quam gratior fuerat, quod tamen Scipioni, nec aliis, postea contigit: de quibus idem multis locis Livius.

⁷ *Avito suburbano*] Supra c. 6.

^z *Campanæ viæ*] Qua Capuam iter erat: viis nomina etiam ab iis qui illas straverant indita.

^a *Aquila panem ei e manu rapuit*] Idem de pileo Tarquinii Prisci Romanum primum venientis refert Livius,

Dolph. et Var. Clas.

ut futuræ regiæ dignitatis omen lib. 1. decad. 1.

^b *Dedicatum Capitolium*] In Jul. c. 15.

^c *Prætextatis*] Pueris scilicet prætextam gerentibus, de qua in Jul. c. 1.

^d *Signum Reip.*] Aquilam vel simulacrum libertatis Beroaldus interpretatur, Romæ effigiem Torrentius, qui notarum errore *R.* pro *Reip.* acceptum existimat. Talis certe vi-

Sucton.

2 B

manu gestaret, reposuisse. At³ insequenti, animadvertisse se in gremio Capitolini Jovis eundem puerum: quem cum detrahi jussisset, prohibitum monitu Dei, tanquam is ad tutelam Reipublicæ⁴ educaretur. Ac die proximo obvium sibi Augustum, cum incognitum alias⁵ haberet, non sine admiratione contuitus, simillimum dixit puero, de quo somniasset. Quidam prius somnium Catuli aliter expouunt, quasi Jupiter compluribus prætextatis, tutorem a se poscentibus, unum ex eis demonstrasset, ad quem omnia desideria sua referrent: ejusque osculum delibatum digitis ad os suum retulisset.^e M. Cicero, C.⁶ Cæsarem in Capitolium prosecutus, somnium pristinæ noctis familiaribus forte narrabat: puerum, facie liberali, demissum cælo⁷ catena aurea, ad fores Capitolii constitisse, eique Jovem flagellum^f tradidisse; deinde, repente Augusto viso, quem ignotum adhuc plerisque avunculus⁸ Cæsar ad sacrifican-



cet Torr.—3 *Atque inseq.* Medic. 2. Cort. Periz. Harlem. et Edd. Vett.—4 *Ad tut. Romani po.* Vind. 1. *Dein proximi* Cuj.—5 *Quem incog. aliis* Harlem. et mox *cum plurib.* Vind. 2. Huls. Cort. Camp.—6 *Cicero Cæs.* omisso prænom. Fouc. Tum Duker ad Liv. iv. 32. legit *proximæ noct.*—7 *Dem. e cæl.* Dun. Fouc. Medic. 2. Polit. Vind. 2. Cuj. quod *reposuere* Ond. Wolf. *demisso e c.* Memm. *demissa e c.* Medic. 1. 3. Vind. 1. *demissa cælo* Cop. Huls.—8 *Plerisq. adh. avunc.* tres Medic. Vind. 2. Dun. *plerisq. avunc. adh.* Vind. 1. Periz. Cort. Edd. Rom. Ven. Mediol. unde Ond. suspectum est *adhuc.* Dein

NOTÆ

detur in multis nummis; et nisi illa sit, quid fuerit, fatetur nescire se Casaubons: quicquid id est, constare videtur signum illud fuisse, quo diplomata aliaque id genus Reipublicæ nomine obsignabantur. Unde futuram Augusti dominationem non immerito colligebant; morientes etenim sigillum suum sive anulum signatorum successoribus suis tradebant. Quod enim et de Alexandro moriente narrat Q. Curtius lib. x. huc vulgo trahunt, et de Tiberio moriente Suetonius c. 73: Tiber. et de privatis etiam hæredibus Valerins.

^e *Ad os suum retulisse*] Sensus est,

Digitos suos Jovem ad os pueri admovisse, osculoque illius delibato, ad suum ipsius os retulisse osculum, quasi digitis inhærens, quod adorare dicebatur. De quo adhuc infra Galb. c. 5. et Plinius lib. xxviii. c. 2. sub finem, 'in adorando dextram ad osculum referimus,' &c. Et Jureconsulti ad legem ii. Codice de Fabricensibus, &c.

^f *Flagellum*] Opprimendæ libertatis signum, flagro quippe cædi Quiritem nefas. Unde Juvenal. Satir. x. vs. 109. de Julio, 'Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites.'

dum acciverat, affirmavit ipsum esse, cujus imago secundum quietem sibi obversata sit. Sumentem virilem togam tunica lati clavi,⁹ resuta⁸ ex utraque parte, ad pedes decidit. Fuerunt, qui interpretarentur, non aliud significare,¹⁰ quam ut is ordo, cujus insigne^h id esset, quandoque ei subjiceretur. Apud Mundamⁱ D. Julius castris locum capiens, cum sylvam^k cæderet, arborem palmæ repertam conservari, ut omen victoriae, jussit: ex ea continuo enata^l soboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non æquipararet² modo matricem,^l verum et obtegeret, frequentareturque columbarum^m nidis; quamvis id avium genus duram et asperam frondem maxime vitet. Illo et³ præcipue ostento motum Cæsarem ferunt, ne quem alium sibi succedere, quam sororis nepotem, vellet. In recessu⁴ Apolloniæⁿ Theogenis

//////////

observata Medic. 1. 3. Vind. uterque, Huls. Cuj.—9 Græv. conj. *lati clavia*. Mox ut deest Periz. Harlem. Edd. Med. Ven. Cald. Bas.—10 Ern. scribendum duxit *significari*, ut expressit Steph. probatque Oud. Tum *subjicerentur* Ed. Ven. 1. et *cupiens* Harlem.—1 *Nata* Harlem. Periz. Vind. 2. Cort. Edd. Camp. Mediol. Ven. Bon. Lugd. aliæque. *Suboles* e Memm. edidit Græv.—2 *Æquipar.* per e Memm. Medicei cum Edd. Rom. Dein *verum et* excudi jussit Oud. pro vulg. *verum etiam*, faventibus Wolf. Baumg. suffragantibus. Mediceis utroque Vind. Polit. Voss. Cort. Dun. Edd. Rom. Utrumque deest Fouc.—3 *Et* exulat a Rom. Bon. *præcipuo* Vind.—4 *Successu* Memm. Harlem. *secessu* Medic. 1. 3. Cop. in quibus *per tegulam* cum Huls. Paulo ante

NOTÆ

⁸ *Resuta*] Franciscus Guilielmus interpretatur *décousue*. Salmasius refibulatum intelligit, nodis scilicet quibus astringebatur solutis. Quod quidni Suetonius dixisset? Suta dicuntur resni, quemadmodum et clausa recludi. De hac particula *re* supra ad c. 78.

^h *Cujus insigne*] Vide supra in Jul. c. 45. et in Aug. 38. &c.

ⁱ *Mundam*] De qua supra sæpe in Jul. c. 56. &c.

^k *Sylvam*] Refert et Dio lib. XLIII. sed eo ipso quo pugnatum est loco, enatum palmæ germen: utroque modo stat ominis conjectura, magnum scilicet fructum ex Julii laboribus ab

Augusto capiendum, vel Augustum avunculi sui, cujus filius adoptione futurus erat, gloriam superaturum; quod palma ipsa matrice major soboles portendebat.

^l *Matricem*] Palmam, ex qua producta erat, quasi matrem, ut dixit Virgilius lib. II. Georgic. versu 18. ‘Parnassia laurus Parva sub ingenti matris se subjicit umbra.’

^m *Columbarum*] Hoc nomine palumbes intellige; neque enim domesticæ illæ columbæ in arboribus considerare videas.

ⁿ *In recessu Apolloniæ*] Supra cap. 8. et 10.

mathematici pergulam^o comite Agrippa ascenderat: cum Agrippæ, qui prior consulebat, magna et pæne incredibilia prædicerentur, reticere ipse genituram^p suam, nec velle edere perseverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen post multas adhortationes⁵ vix et cunctanter edita, exsiluit⁶ Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam fæti Augustus habuit, ut thema⁷ suum^q vulgaverit, nummumque argenteum nota sideris Capricorni,^r quo natus est,^s percusserit. [95.] Post necem Cæsaris, reverso ab



qui sor. Edd. Ven. 2. 3. et *Apoline* sed in marg. *Apollinii* Pin.—5 *Exhortat.* Vind. 2. ac *vix cunc.* Cort. Edd. Rom.—6 *Exsilivit* hic et cap. 96. Memm. cum aliis editis et scriptis. *Exsiliiit* Exe. Voss. Emendavit primus Gronov. Tum et *adoravit* Medic. 1. Vind. 2. Supra Fouc. *nec minor.*—7 *Mathema* Cort. *schema*, et mox *sub quo*, scribend. voluit Carion. lib. 11. 2. Emend. improbante

NOTÆ

^o *Pergulam*] Breve quoddam ambulacrum est in edito et proptatulo domus loco, ubi et professores docere, et artifices opera sua ostentare, solebant, ut de Apelle Plinius lib. xxxiii. c. 10. Vopiscus in vita Saturnini sub finem 'pergulas magistrales' vocat. Et Juvenal. Satira xi. vs. 137. 'Cui cedere debeat omnis Pergula, discipulus Trypheri doctoris,' &c.

^p *Genituram*] Nativitatem Beroaldus appellat, quod et auctor hic paulo supra, 'partus horam.' Sed et de ipsa conceptione potest intelligi.

^q *Thema suum*] Hoc est, figuram, quæ cæli, planetarum, et stellarum dispositionem illam exprimeret, quæ tunc erat, cum natus sive conceptus esset.

^r *Capricorni*] Notum Zodiaci signum, quo Sol cum pervenit, brumale solstitium incipit, nec versus polum ultra progreditur: hoc signum regibus et imperatoribus generandis præcipue potens. Julius Firmicus lib. viii. 'Prima pars Capricorni, si in horoscopo fuerit inventa, regem faciet ac principem, et cui maxima defe-

rantur insignia potestatis.' Hoc nati feruntur Carolus V. Cosmus Medicus, et Selimus Turcarum Imperator.

^s *Quo natus est*] 'ix. Kal. Octob. paulo ante solis exortum,' ut supra c. 5. Quod tamen impossibile dicit Joseph. Scaliger lib. 11. de Emend. Temporum cap. 2. quocum Petavius lib. x. de Doctrina Temporum cap. 64. et lib. xi. c. 6. erratum a Suetonio diserte pronuntiat. Viri illi præstantes diem illum Augusti natalem in 21. aut 22. Julii mensis hodierni referunt, hunc existimantes eundem esse cum ix. Kal. Oct. anni Pompeiani, nondum a Julio reformati, (de quo supra in Julio c. 40.) et horam paulo ante Solis occasum, non exortum, fuisse firmiter asseverant; quippe cum alio modo tunc horoscopasse dici non possit Capricornus, quod ceteroqui nemo dixerit, cum rei fidem faciant nummi etiamnum hodie extantes. Suetonius hic, et Manilius lib. 11. 'contra Capricornus in ipsum Convertit visus; quid enim mirabitur ille Majus, in Augusti felix cum ful-

Apollonia et ingrediente eo Urbem, repente^s liquido ac

Burm.—8 Opt. liber Torr. non habet *repente*. Fouc. a *liquido*, cum Periz. Harlem. Edd. Rom. Ven. Med. Cald. Bas. probante Burm. Dein pro *speciem*

NOTÆ

serit ortum?' Nec tamen alio quam Septembri mense Calendarii Juliani, quo scilicet utimur, natum Augustum, persuadere posse videtur tantorum virorum auctoritas: quippe Dio lib. lv. idipsum diserte affirmat, Suetonius cap. 5. Augustus ipse tum apud Suetonium supra c. 31. tum apud Gellium lib. xv. c. 7. ubi laudatur fragmentum quoddam unius ex Augusti epistolis ad Caium nepotem suum: cujus exemplum est viii. Kal. Octob. 'Ave, mi Cai, meus ocellus jucundissimus, quem semper meus fidius desidero cum a me abes, sed præcipue diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium: quem ubicumque hoc die fuisti, spero lætum et bene valentem celebrasse quartum et sexagesimum natalem meum.' Quos omnes, cum post reformatum a Julio Kalendarium scripserint, alio quam Juliano modo computasse parum verisimile sit: ne etiam alia quam matutina, non vero serotina, quadam hora natus credatur, obstat historia Nigidii, quam et Suetonius hoc capite et Dio eodem lib. lv. retulere. Si enim Octavus tardio rem adventum puerperio uxoris excusaverit, hoc ipso mane parturisse eam verosimillimum, ne dicam certissimum est: meridies siquidem finis erat rebus publicis agendis, ut supra in Jul. cap. 20. notatum est ex Plutarcho. Nisi noctu convocatum propter argentem Catilinæ conjurationem Senatum conjicias, quod nec ullus dixit, nec omissurus fuit Sallustius in illius conjurationis historia, si non nocturna modo, sed vel

insolita quadam hora, Senatus hac de causa convocatus esset. Quibus positus, ut ea poni necessum omnino videtur, tota superest de Capricorno difficultas; hic enim Augusti tunc temporis horoscopus esse non potuit. Verum quid si, non quidem de nativitate, sed de conceptione factum a Theogene thema dicatur? hæc enim etiam ab astrologis attenditur in thematibus seu figuris ejusmodi componendis, quin immo longe certiore et præferendam esse aiunt, si ejus momentum tam certo agnosci possit, quam nativitatis. Fore videtur, ut hoc modo conveniant omnia; si enim a 23. Septembris per novem menses ordine retrogrado procedas, incidet nonus in 23. Decembris, quo tempore primas Capricorni partes Sol obtinet, et eo maxime ad imperia favorabilis est Capricornus, ut nota proxime superiore Firmicus observat. Theogenes igitur vel ipsa suæ artis præceptione, vel (quod forsitan non inepte suspiceris) adulatione ductus, audita Augusti partus hora, neque ex hac imperia secundum artis regulas promitti posse advertens, ab ea ad conceptionis momentum retrogressus fuerit, quam revera horoscopante Capricorno factam invenerit: unde imperia promittendi, vel causa, vel ausa. At enim Suetonius hic et supra c. 5. 'natum' non 'conceptum' constanter dicit. Certe alienum a probabili non videtur, Suetonium hæc et Græcorum vel ipsius forte Theogenis Memoriis desumsisse, apud quos cum γένεσις tam generationem sen conceptionem ipsam, quam nativita-

puro sereno, circulus^t ad speciem cœlestis arcus orbem solis ambiit: ac subinde^u Juliae, Cæsaris filiae, monumentum^v fulmine ictum est.⁹ Primo autem consulatu^w ei¹⁰ augurium capienti^x duodecim se vultures, ut Romulo,



dat Memm. *seciem*.—9 *Est non comparet in Vind. 1.*—10 *Ei* Burm. malit abesse. In Cop. Polit. Medic. 1. *et*, quod Oud. placet. Dein eadem varietas inter *jocinora* et *jecinora* hic, ac supra cap. 81. Mox in Rom. Voss. et in-

NOTÆ

tem, significet, hujus loco intellexerit, quod de illa tantum erat intelligendum.

^t *Circulus*] Idem narrat Velleius lib. 11. 59. et Seneca lib. 11. Quæst. Nat. c. 2. ubi ‘halo’ Græcis, ‘coronam’ Latinis dici ait, et fere nonnisi noctibus apparere, ac circa lunam et stellas frequentiores esse subjungit. Dio et Zonaras ipsum cœlestem arcum *ἴρις* scilicet fuisse dicunt, neque Augusti magnitudinem, sed turbas mox futuras indicasse.

^u *Subinde*] Nonnunquam sumitur pro mox vel statim. Horatius Epist. 6. lib. 1. ‘primum gaudere, subinde Præceptum auriculis hoc instillare memento.’ Quo sensu prodigiosum magis et significans illud erat, quam si identidem decidisset: adhuc infra de hac voce in Galba c. 1. et 10. Ejusmodi fulmina sereno cœlo decidentia bellorum civilium indicia fuisse, ut et Virgilius, lib. 1. Georgicorum, portenta quæ Julii mortem secuta sunt enumerans: ‘Non alias cœlo ceciderunt plura sereno Fulgura:’ et Lucanus lib. 1. inter belli civilis prodigia: ‘Emicuit cœlo tacitum sine nubibus ullis Fulmen.’ Quod tamen in malam partem non semper acceptum est, ut ex Virgilio Æneid. 1x. &c.

^v *Juliae . . . monumentum*] In Campo Martio, de quo supra c. 84. in Jul.

^w *Primo autem consulatu*] Auctor est Dio, id ei contigisse primo die Comitiorum illorum, quibus Consul factus est: unde colligit Casaubonus, voces ‘primo consulatu’ ita non accipiendas quasi jam Consul fuisset renuntiatus, sed dum captaret anguria, quæ consulatus candidatis de more capienda erant. Contra tamen, alii de Augusto consulatum ineunte seu auspicante locum hunc Suetonii et aliorum testimonia de magistratibus auspicatoris intelligunt.

^x *Augurium capienti*] More a Romulo instituto, candidati dicebantur augurium capere, cum nocte, cui Comitiorum dies illucescere debebat, ipsi cubabant extra urbem, eo in loco quem augures certis cærimoniis hac de causa consecrarent, quique templum dicebatur. Ibi cum illuxerat vel sedentes solida sella, ut ex Festo in voce ‘solida’ tradit Casaubonus, vel stantes, ut de Romulo Halicarnassens lib. 11. initio, mactatis inde victimis, felix aliquod signum expectabant. Hoc in magistratum Comitii dicit observatum idem Halicarnassens, etiam post sublatam monarchiam: sua vero ætate, quæ et Augusti fuit, nonnisi quandam juris illius imaginem remansisse; nec enim expectabant revera donec se signum aliquod ostenderet, sed satis esse rati si nullum intercessisset, peractis cærimoniis ad magistratum peten-

ostenderunt; et immolanti^y omnium victimarum jocinora replicata^z intrinsecus ab ima fibra paruerunt; ¹a nemine peritorum aliter conjectante, quam læta per hæc et magna portendi. [96.] Quin^z et bellorum omnium eventus ante præsensit. Contractis ad Bononiam^b Triumvirorum copiis, aquila tentorio ejus supersedens duos corvos hinc et inde infestantes afflixit, et ad terram dedit; notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discordiam talem, qualis secuta est, atque³ exitum præsagiente. In Philippis,⁴ Thessalus quidam de futura victoria nuntiavit, auctore D. Cæsare, cujus sibi species itinere avio occurrisset. Circa Perusiam^c sacrificio non litante,⁵ cum augeri^d hos-



molato Cuj.—1 Ita restituerunt Torr. et Casaub. suffragantibus Medic. tr. Memm. Polit. Cort. Pin. Pal. 1. 3. Edd. Rom. pro *patuerunt*, quod habent Pal. 2. Harlem. Periz. Pulm. Edd. Ven. tr. Bon. Lugd. Junt. Ald. Steph. et al. et defendit Savaro ad Sidon. p. 536. In Vind. utroque *adparuerunt*.—2 *Qui et Fouc.* Tum *hinc et hinc.* Cop.—3 Sic ex conjectura Torr. edidit ante Baumg. Burm. Oud. et Wolf. At babent Medic. Dnn. et aliquot Torr. *ac etiam pr.* Ed. Junk. Paulo supra pro *omni* Medic. 1. *inmani*.—4 Plurimi Codd. non distinguunt post *præsag.* et legunt *ac ex. præ sag. Philippo. Thessalus.* Ita Memm. Dnn. Harlem. Periz. Huls. Cnj. et Mss. Oud. cum Edd. primis, unde faciebat Salm. *apud Philippos.* Edd. Junt. Arg. Ald. Steph. *præsag. Philippis,* omisso *in,* idque probat Oud. *præsagientem in* Ed. Lugd.—5 *Litanti* Memm. pro *litanti*, ut est in quibusdam Codd. Torr. et Lips. *litato* dant Medic. 1. 3. uterque Vind. Huls. Cop. Dein *aversa* Fouc. et *sacrifi-*

NOTÆ

dum discedebant; quæ cum exequeretur Augustus, illud ei revera factum est auspicium.

^y *Immolanti*] Casaubonns existimat hoc esse ὕστερον πρότερον, posterius nempe dictum quod prius factum est. Dio lib. Lvi. sacrificium illud factum ait, quo die sibi bellum adversus Antonium cum potestate Prætoria delatum est. Idem et Plinius refert lib. II. c. 37.

^z *Jocinora replicata*] Hoc est, duplicia, quæ Valerius Maximus lib. I. c. 6. 8. et Plinius lib. XI. c. 37. lætissimi omnis esse notaverunt.

^a *Paruerunt*] Beroaldus legit *patuerunt.* Levissima quidem immutati-

one, sed mendosa; est enim auguralis disciplinæ verbum: hoc est, apparuerunt, reperta sunt. Virgilius in x. ‘Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent.’ De qua voce adhuc infra Calig. c. 8.

^b *Bononiam*] Prope quam Triumviratus institutus: supra c. 14.

^c *Perusiam*] Supra c. 9. et 14. dixit ‘sacrificio non litante.’ Virgilius lib. IV. Æneid. ‘Tu modo posce Deos veniam, sacrisque litatis, Indulge hospitio.’ Ubi Servius: ‘Diis litatis debuit dicere; non enim sacro, sed Deo sacris litamus.’

^d *Augeri*] Verbum sacrorum est, de quo supra c. 7. Hostiæ aliæ aliis

tias imperasset, ac subita eruptione hostes omnem rei divi-
næ apparatus abstulissent, constitit inter haruspices, quæ
periculosa et adversa sacrificanti denuntiata essent, cuncta
in illos⁶ recasura, qui exta haberent. Neque⁷ aliter evenit.
Pridie, quam Siciliensem pugnam classe committeret,
deambulanti in littore piscis e mari exsiluit,⁸ et ad pedes
jacuit. Apud Actium descendenti in aciem asellus cum asi-
nario occurrit: homini Eutyclus,⁹ bestię Nicon erat no-
men. Utriusque simulacrum æneum victor¹⁰ posuit in
templo,^f in quod castrorum suorum locum vertit. [97.]
Mors quoque ejus, de qua dehinc¹ dicam, divinitasque post
mortem, evidentissimis ostentis^g præcognita est. Cum lustrum
in campo Martio magna populi frequentia conderet,^h
aquila cum sæpius circumvolavit:² transgressaque in
vicinam ædem,ⁱ super nomen Agrippæ ad primam literam



candi Harlem. Præbet Ed. Gron. *periculoso*, sed forte typhothetarum errore.
—6 Hanc lect. recepit Baumg. ex Ed. Casaub. et Codd. Torr. In aliis scriptis
fere O. et Edd. antiquis exaratur *ipsos*, quod præferunt Burm. Ond. Ern.
Bip. Wolf. Habet Memm. *recusura*, Vind. 1. *recassura*.—7 *Nec aliter* Vind.
2. Huls. qui et *evenerit*.—8 *Exsilivit* Voss. V. cap. 91. Dein *ad pedes ejus*
Periz. 'Ceterum dat. *deambulanti* pendet ab *ad ped. jac.* a quo durius sejuue-
tus est, inserto *pisc. e. m. ex. nisi leg. deambulante*, sc. eo, Græco more.' Baumg.
—9 Hunc ord. servant Mss. O. et Edd. Vett. usque ad Bas. quæ mutarunt.
Restituit Burm. In Vind. 2. 'Evrúxios et ad marg. *Eutychiús*. Quædam Edd.
Euthycus. Ven. 1. *Heitichus* et *Vicon*. Dun. *Beythicus*.—10 *Vict. æn.* Vind. 2.
—1 Pro *dehinc* præbet *hinc* Memm. cum Vind. 1.—2 *Circumvolitarit* Medic.

NOTÆ

adjutantur, donec aliqua litatum es-
set, ut de Paulo Æmilio apud Vale-
rium Maximum, et de Julio c. 81. no-
tare est, ubi et quid sit litare.

^e *Eutyclus*] Hoc est bene fortunatus,
'Nicon' vero vincens. Idem bonum
omen refertur a Plutarcho in Anto-
nio, ubi dicitur Augustus nomen ab
asinario petiisse.

^f *Templo*] Supra c. 18.

^g *Ostentis*] Supra c. 92.

^h *Lustrum* . . . conderet] De censu
videtur intelligendum potius quam
de exercitus lustratione. Quinto

quoque anno fiebat a Censoribus,
stante Republica, et ideo lustrum ap-
pellatum est, quia lustrabatur: hoc
est, vel recognoscebatur populus vel
purificabatur, sue, ove, et tauro im-
molatis: nude nuncupatur sacrifici-
um 'suovetaurilia.'

ⁱ *Vicinam ædem*] Auctor est Dio
proprium Agrippæ monumentum in
Campo Martio fuisse, in quod tamen
corpus ejus condi noluit Augustus,
sed in suum ipsius Mausoleum, de
quo supra c. 43. et infra 100. et 101.
De utro hic sermo sit non liquet;

sedit: quo animadverso, vota, quæ in proximum lustrum suscipi mos est,^k collegam suum Tiberium nuncupare jussit: nam se, quauquam conscriptis paratisque jam tabulis, negavit suscepturum, quæ non esset soluturus.¹ Sub idem tempus ictu fulminis ex inscriptione statuæ ejus prima nominis litera efluxit. Responsum³ est, centum solos dies posthac victurum, quem numerum C litera notaret:⁴ futurumque, ut inter Deos referretur, quod ÆSAR, id est, reliqua pars e⁵ Cæsaris nomine,^m Etrusca⁶ lingua Deus vocaretur. Tiberium igitur in Illyricum dimissurus, et Beneventumⁿ usque prosecuturus, cum interpellatores aliis atque aliis causis⁷ in jure dicendo detinerent, exclamavit, (quod et ipsum mox inter omina^o relatam est,) ‘Non, si omnia⁸ morarentur, amplius se posthac Romæ futurum.’



1. Vind. 2. Cop. Huls. favente Ond.—2 *Responsumque est* Vind. 2. Cort. Harlem. Edd. Rom. Mediol. et Vett. rell. usque ad Bas. Contra est exulat a Periz. qui et post hæc cum Edd. Rom. marg. Torr.—4 *Enotaret futurumque inter* Memm. notat Vind. 2.—5 Abest præpositio a Vind. 2. Memm. ex Medic. 1. e cases Vind. 1. Ond. hæc cuncta id est r. p. e. C. n. insititia videntur.—6 *Etruria* Ed. Camp. et in *Illyrico persecutus* Vind. 1.—7 Malit Burm. alius aliis causis vel de causis.—8 Ursino videtur legend. si omina, ut extat in Palduob. Cop. et Huls. Habet Cuj. morarentur, ac Dun. morarentur, a pr. m.

NOTE

quanquam inscriptio nominis Agrippæ, de qua videtur hic agi, de ejus monumento persuaserit. Verum ut ut se res habet, A illud Augustum significabat huc brevi deferendum, vel numinis instar colendum, ac proinde moriturum.

^k *Suscipi mos est*] Peracto Iustro, magistratus, qui illud condiderat, vota faciebat pro æternitate imperii, pro salute civium, ac postea Imperatorum, &c. facie velata, manu ad pectus admota, aliisque ejusmodi cærimoniiis, nuncupabat seu pronuntiabat votum, præeunte Summo Pontifice, qui illud e tabulis, in quibus exscriptum erat, prælegebat. Quod votum nuncupare est.

¹ *Non esset soluturus*] Quasi certior factus ante proximum lustrum se moriturum.

^m *Cæsaris nomine*] Scilicet ÆSAR. Livius lib. ix. decad. 1. refert Romanos pueros Etruscis antiquitus literis ita erudiri solitos, quemadmodum postea Græcis. Notat ex Hesychio Casanbonus αἰσῶς θεὸς appellari ab Etruscis, et vocem ÆSAR Græcam esse, Etrusca terminatione formatam: αἰσῶ enim Fatum est, seu Parca.

ⁿ *Beneventum*] Nomen retinuit, estque in Regno Neapolitano.

^o *Inter omina*] Brevi scilicet moriturum inde ominati, quod Romæ posthac se non futurum dixisset.

Atque itinere⁹ inchoato, Asturam^{10 P} perrexit: et inde præter consuetudinem⁹ de nocte ad occasionem auræ evectus,¹ causam valetudinis contraxit ex² profluvio alvi. [98.] Tunc Campaniæ^r ora proximisque insulis circuitis,³ Caprearum quoque secessui quatrimum impendit, remississimo ad otium et ad omnem comitatem animo. Forte Puteolanum sinum⁴ prætervehenti vectores⁵ nautæque de navi Alexandrina,^t quæ tantum quod appulerat, candidati



Tum post hæc iterum Cort. Edd. Rom. Rom. posthac Vind. 2.—9 *In itin.* Memm. Liber unus Torr. præbet *initiato*, nuda ipse Torr. conj. *inito*, et mox *pro consuetudine*. Alii Codd. *inchoato* vel *incoato*, ut in Jul. c. 46.—10 *Arturam* ac mox *propter consuet.* Cuj.—1 *Aurea aure erectus est* Memm. Sed præter Codd. Pall. et Cop. non habent *est* Medic. tres, Vind. 2. Dnn. Fonc. Voss. cum Edd. Arg. Junt. Ald. Bas. continua oratione hæc cum seqq. jungentes usque ad *Tunc Camp.* ubi nov. incipit Cap. quos Mss. et Edd. secutus est Oud. astipulantibus Burm. Ern. Bip. Wolf. Baumg. Ed. Steph. initium fecit a voc. *Atque itin.* et vulgo ante *causam* nota novi Cap. ponitur.—2 *Ex deest* Medic. 2. Pin. Cuj. Fonc.—3 *Circumitis* uterque Vind. Cort. Dein *remisso* Vind. 1. In Cop. *remis. ad omn.* rejectis reliquis.—4 *Suum* uterque Vind. Fonc. *signum* Cuj. Mox *pro tantum quod* in aliis *tunc*, uti et Fonc. Vind. 1. Cort. Edd. Rom. *tum quidem* Vind. 2. Cuj. *tunc quidem* Periz. Harlem. et Edd. Vert. ceteræ, excepta Steph. ante Casaub. Receptam lect. habent Memm. Medic. et jam alleverat Polit. e suis Codd. ad marg. Ed. Mediol. Torr. mallet *quædam*, aut

NOTÆ

^P *Asturam*] Etiam hodie *Astura*, olim oppidum Latii, ubi Cicero ab Antonianis interfectus est; hodie exiguum castrum, adhuc *Stura*.

⁹ *Præter consuetudinem*] Non quod nocti vel maritimo itineri se commiserit; utrumque enim amabat, ut supra c. 82. retulit; sed quod minuta duntaxat et lenta itinera conficere solitus, ut ibidem dixit, majus suscepit. *Astura* enim longiori ab urbe distat intervallo, quam quod solitis itineribus emetiretur: unde tamen adhuc evehi non dubitavit, concurrente, ut patet, et venti placidioris occasione et noctis, quod postea Veteres more suo in futuræ mortis omen (sed postquam illa contigisset) traxerunt.

^r *Campaniæ*] *Terra di Lavoro* in regno Neapolitano. *Puteoli Pozzuoli* in

eadem regione. *Caprææ, Capri*.

⁵ *Vectores*] Dicuntur tam qui vehunt, quam qui vehuntur.

^t *Navi Alexandrina*] Hanc Beroaldus existimat unam e tabellariis fuisse, quæ secuturæ classis adventum denuntiarent. In eundem ferme sensum Torrentius, qui legendum existimat *quædam*, aut prorsus delendum, ut scribatur *quæ tantum quod*, hoc est, *modo vel paulo ante advenerat*: quod supra c. 63. ex Pulmanno; cum vulgati legant hic, *quæ tunc quidem advenerat*. Contra Casaubonus existimat eam esse classem, quæ et comitatus Alexandrinus dicitur huic Auctori in Nerone c. 20. Ex legibus enim Ægypto impositis, cum illam Augustus provinciam fecit, sup. c. 18. certus frumenti modus debebat ab illa suppeditari, et

coronatique et thura libantes fausta omina et⁵ eximias laudes congesserant:⁶ ‘Per illum se vivere: per illum navigare: libertate atque fortunis per illum frui.’ Qua re admodum exhilaratus quadragenos⁷ aureos^u comitibus^v divisit: jusque jurandum et cautionem exegit a singulis, non alio datam⁸ summam quam in emtionem Alexandrinarum mercium^w absumpturos. Sed et ceteros continuos dies inter varia munuscula togas insuper ac pallia⁹ distribuit, lege proposita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu et sermone uterentur.^x Spectavit assidue et¹⁰ exercentes ephēbos,^y quorum aliqua adhuc copia ex vetere

deberi *quidem*, sed tandem in nostra lect. acquievit.—5 Copula *et* abest a Memm. et Medic. 3. *Om. eximiasque* Polit. *Omnia*, quod Scriverio placuit, est in Medic. 2. Voss. Fouc. et aliquot Torr. et Casaub. cum Edd. Med. Cald. Bas. Gryph. Plant. aliisque.—6 *Congesserunt* Vind. 1. *Tum per illum* Dun.—7 *Quadriugeos* man. doct. in ora Ed. Plant. notavit.—8 *Tantum sum.* Vind. 1. et post in sec. *emtionem*.—9 *Pallia* Memm. Huls. Medic. 1. 3. *pallia* Vind. 1. *Dein ut aute Rom. deest* Cop.—10 *Exulat et* a Polit. Medic. 1. 3. Vind. 2. et

NOTE

Roman invehī, ad illas frumentationes et divisiones, de quibus supra c. 37. et in Julio c. 26. et 41. et alibi passim in hoc opere. Candidatos autem illos intellige candidis vestibus indutos, et pro *omina* in aliquibus legi *omnia*.

^u *Quadragenos aureos*] Hoc est 175. lib. Aureus unus ex Budæo, lib. 11. de Asse, centum sestertiis æquivalet. Vide et in Othone c. 4.

^v *Comitibus*] Suis scilicet ipsius Augusti. Videsis in Julio c. 4. et in Caligula c. 19. ubi de amicorum cohortibus.

^w *Alexandrinarum mercium*] Frequentes erant tunc temporis Alexandria in Italiam navigationes, tum annonæ causa, tum mercaturæ, cuius palma penes Alexandrinos erat. Hi invehebant aromata, libros, chartas, papyrum, lina, stuppas, sindones, vestes tum Babylonicas, tum Æ-

gyptiacas, mancipia illa venusta, de quibus supra c. 83. &c.

^x *Romani Græco, &c.*] Hoc est, Romani pallium sumerent, Græci togam. Vide in Jul. c. 48. Inde videtur quæsitus ludus et delectatio; vero enim simile est, neque Romanos Græce, neque Græcos Latine, satis expedite locutos.

^y *Exercentes ephēbos*] Græcam loquendi formulam observat Casaubonus, pro ‘exercentes se.’ Sed jam supra eodem modo in Julio c. 26. et ex ipsius Julii, ut videtur, epistola. Ephēbi sunt pueri a decimo quarto ætatis anno; hac enim ætate incipiebat ἐφηβεία, auctore Donato. Hæc prima adolescentia seu extrema pueritia: hinc apud Romanos in palæstrarum ædificiis membrum erat exercendis ejusmodi adolescentibus destinatum, quod Græco ritu ephēbeum dicebatur.

instituto⁴ Capreis erat. Iisdem⁴ etiam epulum in conspectu suo præbuit, permissa, immo exacta, jocandi licentia, diripiendique pomorum² et opositorum rerumque missilium.^{2 b} Nullo denique genere hilaritatis abstinuit. Vicinam Capreis^c insulam Ἀπραγόπολις³ appellabat, a desidia secedentium⁴ illuc a comitatu suo. Sed ex dilectis unum, Masgaban⁵ nomine, quasi conditorem insulæ, κτιστήν^d vocare

//////////

mmo Torr. Malit Oud. spect. et assid. exerc. sc. se.—1 In tr. Medic. Voss. isdem. Tum præmissa Medic. 2. Cop. et ludendi licent. Cort. Edd. Rom.—2 Missilia liber vetust. Torr. Memm. Medic. 2. a m. pr. Cnj. Fouc. Dun. Piu. Guelph. 2. quam etiam lect. in Ranconeti libro repertam non improbat Mercer. ad Tac. Ann. III. 25. Missia Exc. Voss. Correxerit Oud. rerumque similitum missilia, probante Wolf.—3 Latinis literis Apragopolim Medic. 3. Vind. 1. Cort. Edd. Ven. Med. aliæque. Apragopolin in aliis et Edd. Rom. Apragropolin Vind. 2. Paulo ante pro Capreis conj. Torr. Capreas, sicque legit Schol. Juvenal. ad Sat. XI. favente Dorvillio ad Charit. p. 76.—4 Sedentium Vind. 1. Dein dilectissimum Cnj.—5 Ita exhibuit Oud. non per m, auctoribus Medic.

NOTÆ

^a *Vetere instituto*] Græco scilicet: nam Capreas quoque Græci tenere, ut et Tacitus Annal. IV. auctor est, et ex hoc loco colligas, quin et has regiones quæ regnum Neapolitanum hodie constituunt. Strabo lib. V. de Neapoli loquens, inter alias Græcænicæ ritus reliquias refert gymnasia et puberum cætus.

^b *Diripiendique pomorum, &c.*] Eadem loquendi ratio et apud Plautum in Captivis, ‘nominandi istorum copia,’ et Varronem lib. II. c. 1. de Re Rustica, ‘principium generandi animalium:’ et Gellius Suetonio cœtaneus, ‘magis admonendi quam aliorum docendi gratia,’ I. XVI. c. 8.

^b *Missilium*] Torrentius in libro vetustissimo legit *rerumque missilia*: quod et potest, ut in Caligula c. 18. et Nerone c. 11. Missilia hæc dicit esse Beroaldus, quæ ex liberalitate principum spargi solebant in vulgus, quæ quamvis et missilia dicta sint, non tamen hoc loco sic intelligenda videntur: unde multo melius Torrentius de missilibus rebus vel cibis

intelligit, qui e convivio mitti ad aliquem vel absentem, vel alibi discumbentem; cum revera iste mos innuat lib. II. c. 4. apud Macrobinum, ubi quidam eques dicitur, petita ab Augusto mittendi turdi venia, misisse per fenestram.

^c *Capreis*] Torrentius legendum censet *Apræas*; quia dicit Suetonius Augustum non nisi quatrinduo Capreis fuisse; unde colligit, id ab ipso dictum in ora Campaniæ, de ipsa Capreorum insula. Sed capitis huius initio dixit ea se relatum, quæ in ora Campaniæ proximisque insulis fecisset: de his enim loqui videtur ab his verbis, ‘spectavit assidue,’ ac præsertim de Capreis, ad hæc verba, ‘Neapolim trajecit.’ Ex quibus colligere est, ex insulis illis demum in continentem trajecisse, sed in illarum aliqua saltem fuisse (si Capreis non esset) cum Ἀπραγόπολις dixit, hoc est, otii seu desidiæ civitatem: ἀπραγία enim desidia est, πόλις vero civitas.

^d *Κτιστήν*] *Κτιστής* creator sive conditor significat. Suetonius autem dicit

consuerat: hujus Masgabæ, ante annum defuncti, tumulum cum e triclinio animadvertisset magna turba multisque luminibus^e frequentari, versum compositum e tempore clare pronuntiavit:

Κτιστοῦ δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.^v 6

Conversusque ad Thrasyllum,^f Tiberii comitem, contra accubantem, et ignarum rei, interrogavit, cujusnam poëtæ putaret⁷ esse: quo hæsitante, subjecit alium:

Ὁρᾶς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον.^w

ac de hoc⁸ quoque consuluit. Cum ille nihil aliud responderet, quam, cujuscumque⁹ essent, optimos esse; cachin-

^v *Conditoris tumulum video incensum.*

^w *Vides luminibus honoratum Masgabam.*



Vind. 2. Cort. Voss. Edd. Rom. accedente Dnn. Pleræque Edd. *Masgaba*, aliæ *Mascuba*, *Magaba*. Dein *consuerat*, pro vulg. *consueverat*, fide Medic. 2. 3. Cuj. Item dedit *e tric.* suadentibus O. Medic. Polit. Vind. Cort. Voss. Cuj. Edd. Rom. In aliis *ex tr.* Abest *κτιστήν* a Medic. 1. Vind. 1. in quo *multis lum.*—6 Absunt Græci versus a Vind. 1. In Memm. *πυρούμενον*. Jos. Scalig. placuit *πυρρούμενον*. Tum *Thrasil.* vel *Thrasylum* Mss. plerique et Edd. Vett. —7 *Putavit* Polit. Medic. 3. Vind. 2.—8 *Adde hoc qu.* Memm. Cop. unde conj. Salm. *ac de hoc.* uti ediderunt jam olim Junt. Arg. Ald. Steph. et exaratur in Medic. 2. 3. Polit. Cuj. Voss. probantib. Ond. Ern. al. Vulgo *de hoc sine ac.* Vind. uterque *ac hoc*, Periz. *ad hoc.* Mox *sponderet* Fouc.—9 *Cujusque*

NOTÆ

‘quasi conditorem.’ Nec enim ipsius Masgabæ insula erat, utpote quam a Neapolitanis redemptam ab Augusto dixit supra c. 92. sed per facetias sic appellasse creditur, quod cum incolis illam frequentari vellet, hanc Masgabæ curam detulerat, qui ideo ab ipsis popularibus quasi conditor insulæ colebatur. Instituto in ejus honorem anniversario cultu, ex more supra notato c. 1. hunc Masgabam, quamvis de eo nihil legendo repererit, Afrum tamen fuisse Casaubonus ex nomine suspicatur.

^e *Multisque luminibus*] Hinc intelliguntur facta tunc temporis Masgabæ parentalia, quibus et cerei et faces accendebantur; nec eo solum tem-

pore, sed et in tumulis, aliisque locis in quibus religionis aliquid inesse suspicabantur, lumina apponebant; qui mos, ad martyrum Christianorum tumulos translatus, ad nos usque pervenit. Nec religionis tantum ergo, sed et in publica lætitia diebusque festis, lucernas, cereos, funaliaque accensa reperias. Juvenal. Sat. xii. ‘Cuncta nitent, longos erexit janua ramos, Et matutinis operitur festa lucernis.’ Et infra in Tiberio c. 13. in Caligula c. 13. et alibi. Seneca postremis libri de Brevitate Vitæ verbis.

^f *Thrasyllum*] Mathematicum, de quo plura in Tiberio. De comitibus, in Julio c. 4. &c.

num^g sustulit,¹⁰ atque in jocos effusus est. Mox Neapolim trajecit, quanquam etiam¹ tum infirmis intestinis morbo variante: tamen et quinquennale^h certamen gymnicum,² honori suo institutum, perspectavit; et cum Tiberio ad destinatum locumⁱ contendit. Sed in redeundo, aggravata valetudine, tandem Nolæ^{3k} succubuit: revocatumque ex itinere Tiberium diu secreto sermone^l detinuit, neque post ulli majori negotio animum accommodavit. [99.] Supremo die⁴ identidem exquirens, an jam de se tumultus foris esset, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes^{5m}



Edd. Rom. *opt. esse desiderantur* in Vind. 1.—10 *Extulit* duo codd. Torr. Periz. Cort. Edd. Rom. pr. Mediol. aliæque, quæ etiam *transfusus* dant cum Harlem. Periz. Edd. Ven. Lugd. Junt. Ald. nec improbat Burm.—1 Ita reposuit primus Oud. pro *et tum*, fide Memm. Medic. Vind. 1. Cuj. marg. Torr. et Ed. Steph. accedentibus Dun. Fonc. qui etiam *variantem* præbet. *et tum infirmus* Harlem.—2 *Ad gym.* Pin. Dein *sui* Memm.—3 *Deest Nolæ* Fonc. Tum *evocatum quoque* ex Cort. *evocatumque* Ed. Rom. pr.—4 *Pro die est et in Cort. Camp. Mox potito* Huls.—5 *Labantes* Memm. cod. Nonnii, Viterb. Pal. tr. Medic. 2. 3. et 1. a m. sec. Pin. Polit. Vind. 2. Cuj. idque prætulit Casaub. Dein *sibi* ante *corr.* denuo infarciunt Periz. Medic. 1. Vind. 1. Cort.

NOTE

^g *Cachinnum*] Propter imperitiam Thirasylli, qui mathematicus et divinationis peritus poëtæ nomen ignorabat.

^h *Quinquennale*] De his supra c. 59. et infra Claud. c. 12. &c.

ⁱ *Destinatum locum*] Beneventum scilicet, quousque Tiberium comitari destinarat. Idem enim dicit Velleius lib. 11. c. 23.

^k *Nolæ*] Campaniæ civitas est, nomen retinens.

^l *Secreto sermone*] Tacitus 1. Annal. 5. dicit, satis compertum non fuisse 'an spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam an exanimem repererit; acribus namque custodiis domum et vias sepeperat Livia,' &c. Quod tamen Suetonius iterum confirmat lib. sequenti c. 21. et Velleius lib. 11. c. 23. Negant

prorsus Græci, ex quibus Dio id quod prodidit scriptum fuisse affirmat a pluribus et fide dignissimis auctoribus.

^m *Labentes*] Casaubonus legit *labantes*, notatque etiam hac in re vel Augusti dissimulationem, quasi voluisset composito vultu spem facere longioris vitæ, vel, quod probabilius fuerit, quendam antiquorum morem, qui diligenter id caverent, ne sibi morientibus indecorum quid aut minus compositum esset. Conjecturam firmat aliquibus Euripidis et Homeri in *Odyssea* locis, quibus addere liceret locum illum c. 82. supra in Julio, qui, ut honestius caderet, sinum togæ ad ima crura deduxit. Simile quid innuere videtur Seneca lib. de Tranquillitate c. 12. de Turannio quodam.

corrigi, præcepit. Et⁶ admissos amicos percontatus, ‘Ecquid iis⁷ videretur mimumⁿ vitæ commode transegisse,’ adjecit et clausulam :

Εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ

Δότε^o κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.^x

Omnibus deinde dimissis, dum advenientes ab Urbe⁹ de Drusi filia^p ægra interrogat,¹⁰ repente in osculis Liviae, et in hac voce defecit: ‘Livia, nostri conjugii memor vive, ac vale!’ sortitus exitum facilem, et qualem semper optaverat. Nam fere,¹ quoties audisset, cito ac nullo cruciatu

^x *Date plausum, et vos omnes cum gaudio manus tundite.*



cum Edd. Vett. præter Rom. sec. Steph.—6 Abest et a Memm. Medic. 1. 3. Vind. 1. amissos Cuj. Edd. Med. Cald. aliæque. In aliis amic. adm. Tum percontatus Medic. 2. Cort. cum Edd. Vett.—7 *Et quid his* Pin. Vind. 1. Dun. Fouc. et Edd. aliquot: his in plurimis editis ac scriptis. Item *minimum* et *nimum* in plerisque Mss. et Edd. Vett.—8 Vind. et alii de more Græca non habent. In Erasm. cod. Viterb. Pin. primus versus vel erat corruptissimus, vel spatium ei, ut in Vind. Pal. 3. erat vacuum relictum. In Memm. ΕΤΙΔΙΕΤΙΑΧΟΙΚΑΟΣΤΟΙΤΑΙΟΝΙΟ ΔΟΤΕ, κ. τ. λ. Medic. 1. ΕΤΙΔΙΕΤΙΑΧΟΙΚΑΟΣΤΟΠΑΙΟΝΙΟ, Medic. 2. ΕΙΔΕΤΙΑΧΟΙΚΑΟΣΤΟΠΑΙΟΝΙΟ, Medic. 3. ΕΤΙΔΙΟΙΤΙΑΧΟΙΚΑΟΣΤΟΠΑΙΟΝΙΟ. Hæc verba in Edd. plerisque omittuntur, sed agnoscunt Pal. 1. 2. et ex Codd. suis eruit Turneb. Adv. xxiv. 15. recipiente Græv. in Ed. pr. cum recentt. editorib. Gron. videtur nullum locum esse verbis πᾶν ἔχει, et reposuit Ἐπειδὴ τι ἔχει καλῶς, cui assentitur Ond. jubens τι ἔχει e Codd. vestigiis reponi pro πᾶν ἔ. Versus secundus ex emendatione Erasm. est, cum antea legeretur τι ποιεῖτε pro κτυπήσ. In Ed. Camp. et Cort. δίδοτε κρότον κ. π. φιεῖς μετὰ χερῶς vel χερσῶν, sine voce ult. Faciebat Turneb. πάντες ἡμᾶς μ. χ. ποπύσατε, et ἅπαντες ex suis notavit Polit. Ed. Mediol. in qua etiam ἡμεῖς pro ὑμεῖς.—9 *Ad Urbem* Memm. Medic. 1. Vind. 1. Dun. Fouc. Cort. Huls. Cop. qui paulo ante omn. denique.—10 Ita reposnere Torr. Grut. Burm. Ond. Wolf. Baumg. pro vulg. interrogabat, faventibus Pal. tr. Cop. Medic. 1. 3. et Longol.—1 *Fero* Memm. Dein defuncto Vind. 1. cui deest

NOTÆ

ⁿ *Mimum*] Allusit ad histrionem, qui laudatur cum omnes fabulæ actus transegit, ut par est, ex veteri Græcorum proverbio μίμος δ βίος: juxta quem Augustus, et post illum Seneca Epist. 80. et Laërtius in Zenone, et Epictetus Enchiridii c. 23. &c.

^o Δότε, &c.] Hæc verba paulo aliter ex veteri codice eruisse se dicit

Turnebus Advers. lib. xxiv. c. 1. sed eodem sensu: hæc est enim communis tam Græcis quam Latinis commædiarum clausula. Unde Horatius: ‘Donec cantor, Vos plaudite, dicat.’

^p *Drusi filia*] Drusilla Livilla, Druso et Antonia minore genita, de qua Claud. c. 1. in fine.

defunctum quempiam, sibi et suis εὐθανασίαν¹ similem (hoc enim et² verbo uti solebat) precabatur. Unum omnino ante efflatam animam signum alienatæ mentis ostendit, quod subito pavefactus, a quadraginta se juvenibus abripi,³ questus est. Id quoque magis præsagium, quam mentis deminutio, fuit: siquidem totidem milites Prætoriani⁴ extulerunt eum in publicum.⁴ [100.] Obiit in cubiculo⁵ eodem, quo pater Octavius, duobus Sextis, Pompeio et Appuleio,⁶ Consulibus, decimo quarto Kalendas Septembris,⁴ hora diei nona, septuagesimo et sexto ætatis anno, diebus quinque et triginta minus. Corpus Decuriones^u municipiorum et coloniarum a Nola Bovillas^v usque de-

//////////

εὐθανασίαν.—2 Transpositis verbis Barth. ad Stat. Theb. x. 311. legit *hoc etenim*. Tum *Unde omn.* Edd. Ven. 2. 3. et *effatam* Cuj.—3 *Arripi* Cort. Mox *præsagium* Memm. *adminutio* Periz. In marg. Fouc. ead. m. *dirinatio*. Edd. pleraq. *dimin.*—4 *In publ. eum* Vind. 1. Edd. Rom. In Edd. nonnullis, inter quas Babelon. Cap. a verb. *Unum omnino* incipiunt. Pitisc. ad voces *Corpus Decur.* notam Nov. Cap. posuit.—5 *In eodem cubilo* Cuj. E lectione Ed. Dolet. *ut cub.* conj. Scheff. et *cub.*—6 *Apulejo* Edd. usque ad Plant. Tum pro XIV.

NOTÆ

¹ *Εὐθανασίαν*] Facilem mortem, de qua Horatius Sat. 1. lib. 1. vs. 118. 'qui se vixisse beatum Dicat, et exacto contentus tempore vitæ, Cedat uti conviva satur.'

⁴ *Prætoriani*] Honoratiores erant aliis, et ante Prætorium excubabant. Inter hos ascripti quoque amici et voluntarii ac fortissimi quique, ut hoc loco patet, quorum numerum per bella civilia auctum, eum ante nonnisi horum unica cohors esset, Augustus in novem cohortes distribuit, et circa se habuit. De his adhuc infra sæpe.

⁵ *Cubiculo*] Tacitus lib. 1. Annalium: 'Multus hinc ipso de Augusto sermo, plerisque dies vana mirantibus: quod idem dies accepti quondam imperii princeps, et vitæ supremus.' Quod et Dio confirmat, de primo ejus consulatu; is quippe gradus fuit et aditus ad reliquos honores quibus

postea cumulatus est.

¹ *XIV. Kalendas Septembris*] Augusti mensis decimo nono, a quo ad IX. Kalend. Octobris, quo die natus erat, desunt trigintaquinque dies, ut recte narravit Auctor. Quod et de annis ejus vitæ itidem computare facile est. Natus siquidem anno U. C. 691. obiit 766. ut ex Fastis colligere est.

^u *Decuriones*] Hi sunt illarum quasi Senatores, de quibus supra c. 46. ut et de municipiis et coloniis in Julio c. 8. et 14.

^v *Bovillas*] Oppidum Latii, hodie *Babuco*. Ferrario alter est quoque ejusdem nominis pagus, Romæ vicinus, cujus meminere Ovidius III. Fast. et Propertius Eleg. 1. lib. IV. Suburbanam hic Bovillam, ille suburbanas Bovillas appellat. Unius tantum meminit Plinius lib. III. c. 5.

portarunt; noctibus, propter anni tempus,^w cum interdiu in basilica cujusque oppidi, vel in ædium⁷ sacrarum maxima,^x reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, Urbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit.^y Senatus et in funere ornando, et in memoria honoranda, eo studio certatim progressus est, ut inter alia complura censuerint⁸ quidam, funus triumphali porta^z ducendum, præcedente Victoria,^a quæ est in Curia, canentibus næniam⁹ b principum liberis^c utriusque sexus: alii, exequiarum die ponendos annulos aureos,^d ferreosque sumendos: nonnulli, legenda ossa^e per sacerdotes summorum¹⁰ collegiorum.^f Fuit



Cuj. dat. XXIII. pro minus Huls. et Fouc. *minutis*.—7 *Ædi Memm. æde Medic. 2. Periz. Harlem. Cort. Fouc. Edd. Rom. Ven. Med. aliæque Vett. æde sacrarii Dun. Ædium Casanb. restituit, ut et monuerat Torr. ex duob. codd. cum Edd. quibusdam. Supra ut interd. Corf. et interdum Ed. Camp.*—8 *Censuerunt Vind. 1. consulerint Vind. 2.*—9 *Nænia Periz. Harlem. nenia Edd. Ven. 2. 3. veniam Cuj. Edd. Rom. Ven. 1. In plurimis Mss. per simplex e scribitur. Dein sumendosque ferr. liber opt. Torr. et ossa leg. tr. Medic. Vind. 2. Cuj. Voss. Dun.*—10 *Mallet Torr. summos contra Codd. fidem, sicut et*

NOTE

^w *Anni tempus*] Calores scilicet mensis Augusti, A. U. C. 767.

^x *Ædium sacrarum maxima*] Vulgati legunt in *æde sacrarum maxima*. Hoc ideo notavit Suetonius, quia non aliud honoris maximi majus indicium est; id enim Romanis legibus vetitum erat, quinimmo ne in urbes quidem recipi mortuos fas erat; quod ea quæ superis Diis sacrata erant, solo rei funestæ contactu pollui crederent. Nec id Romanis tantum, sed et Judaicis legibus idem fieri nefas erat, ut ex lib. II. Regum c. 14. 15. et 23. constat.

^y *Collocavit*] De collocatione, supra in Julio c. 84.

^z *Triumphali porta*] Idem refert Tacitus I. Annalium. Hac pompa triumphorum tradebatur, ubi hodie Xenodochium Sancti Spiritus. Visunturque prope Vaticanum, in interiore fluminis ripa, pontis et portæ quondam reliquiæ.

Delph. et Var. Clas.

^a *Victoria*] Hanc Victoriæ imaginem olim Tarento advexerat Augustus, et in Curia Julia, a se in Julii honorem dedicata, posuerat.

^b *Næniam*] Funebre carmen, de quo jam in Julio nonnulla c. 84. et Festus et Nonius, ac præsertim Cicero II. de Legibus meminere: 'Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen Nænia.' De aliis etiam rebus nænia dicitur, ut ex Quintiliani lib. VIII. c. 2. patet.

^c *Principum liberis*] Quasi communem parentem lucturis: næniam enim ceteroqui cantabant mortuorum propinqui, aut saltem eorum loco præficæ, de quibus in Julio c. 84.

^d *Ponendos annulos aureos*] Equestris et Senatoriæ dignitatis insignia; ferrei enim plebis erant.

^e *Legenda ossa*] Colligenda post cremationem. Virgil. in VI. 'Ossaque

Sueton.

2 C

et qui suaderet, appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam: ¹ quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset; alius, ut omne tempus a primo die natali ² ad exitum ejus, sæculum Augustum appellaretur, et ita in fastos referretur. Verum, adhibito honoribus modo, bifariam ³ laudatus est; ³ pro æde D. Julii a Tiberio, et pro Rostris veteribus ⁴ a Druso, Tiberii filio; ac Senatorum humeris delatus in Campum, crematusque. ⁴ Nec defuit vir prætorius, qui se effigiem cremati euntem in cœlum ⁵ vidisse juraret. ⁵ Reliquias legerunt ^k primores equestris



Lips. marg. ascripserat. Mox *persuad.* Cort. Camp. *Transferrent* opt. lib. Torr. et ita notatum ad oram Edd. Bas. Gryph. *transferund.* Huls.—2 *A die nat.* omisso *primo* duo Cod. Torr. *natalis* Medic. 2. Cuj. Fouc. Dun. Periz. Harlem. et Edd. Vett. ad Casaub. usque. Item *usque ad ex.* Medic. 2. et Edd. eadem præter Rom. Steph. ac seqq.—3 *Laud.* et pro Cuj. Ante deest *modo* Dun. Mox ex conjectura Egnat. *sub vet.* recipiunt multi, sed minime agnoscunt Codd. et Edd. Vett. *rd sub,* quare deleverunt Ern. Ond.—4 *Crematus est* duo Torr. Mss. *crem. defuncti* Periz. sed nlt. voci linea subducta. *crematim* Harlem.—5 Ita Memm. Mss. Pulm. Burm. Medic. Polit. Vind. Cort. Lys. Fouc. et Edd. usque ad Gryph. quod etiam præferebant Torr. Casaub. Ern. Al. *jurasset,* quam lect. defendit Canieget. Diss. ad Avien. c.

NOTÆ

lecta cado textit Corinæus aëno. ⁷

^f *Summorum collegiorum*] Quod et legibus vetitum erat, ut de ædibus sacris dictum. Hi Sacerdotes erant, Pontifices, Augures, Septemviri epulones, et Quindecimviri sacris faciundis, quibus commissum erat quicquid sacerdotale spectabat officium. His accessere postea sodales Augustales, de quibus infra.

^g *Bifariam*] Hoc est dnobus, ut patet, locis. Ita et 'plurifariam' Claud. c. 21.

^h [*Sub*] *veteribus*] Locus Urbis prope Forum Romanum sic dictus. Legunt quidam *sub veteribus rostris*: qui enim de Urbe scribunt, nova et vetera rostra recensent.

ⁱ *Euntem in calum*] Ut de Romulo Proclus apud Livium, &c. Dio refert prætorio illi viro nomen fuisse

Numerius Atticus, a quo testimonium illud HS. vicies emerat Livia. Hinc erecta Augusto templa, et consecrati sexus utriusque sacerdotes, &c.

^k *Reliquias legerunt*] Perusto cadavere, cognati et amici colligebant cineres et ossa, quæ cado sive urna condita deferebant, pura tamen aqua prius aspersi, et ita expiati seu lustrati a sacerdote. De quo lib. vi. in funere Miseni: 'Idem ter socios pura circumtulit unda, Spargens rore levi, et ramo felicis olivæ. Lustravitque viros,' &c. Porro Casaubonus sic dispositum fuisse cadaver existimat, ut ossa ejus et cineres nullo negotio discerni quiverint. Quod certe ita fuisse oportet; aliqui animalium etiam quæ simul plerumque comburebantur, ossa potuissent, vel ipsa legi, vel confundi. Quod autem de linteo

ordinis, tunicati et discincti,¹ pedibusque nudis, ac Mausoleo^{6m} condiderunt. Id opus inter Flaminiam⁷ viam ripamque Tiberis sexto suo consulatu exstruxerat: circumjectasque sylvas et ambulationesⁿ in usum populi jam tum publicarat. [101.] Testamentum, L. Planco, C. Silio⁸ Consulibus, tertio Nonas Aprilis, ante annum et quatuor menses, quam decederet, factum ab eo, ac duobus codicibus, partim ipsius, partim libertorum Polybii⁹ et Hilarionis



21. Paulo post in Vind. 1. *equestri ord.*—6 Vulg. in *Maus.* sed præposit. omittunt Dun. Fouc. Cop. Cuj. Medic. Vind. 2. Voss. Polit. astipulantibus Heins. Burm. Oud. et aliis. *Manusoleo* Polit. *Mauseolo* Edd. Rom.—7 *Flamineant* Vind. 1. Periz. Edd. Rom. Ven. Med. Mox et in us. Harlem. Edd. Ven. Med. Lugd. Junt. Ald. Habent *jam tunc* Medic. 1. Polit. Pal. 2. Memm. et al. cum Ed. Steph. *tunc jam* Pal. 3. *tunc* deest Pal. 1.—8 *C. Filio* Edd. Rom. Med. Ven. 1. *C. Fulvio* Vind. 1. et *Consilio* Vind. 2. *consilio* Cop. Tum *Apriles* Memm. Edd. Med. Ven.—9 *Polibi* vel *Polybi* Memm. Pal. tr. Harlem. Cop. Periz. Cuj. et Edd. antiq. cum Medic. 2. 3. Vind. *Polipi* Dun. Ceterum in

NOTÆ

quodam lini ἀσβέστρον, hoc est *incom-busti*, narrant aliqui, id commentitium existimat, et ex Plinii perperam explicati auctoritate male deductum: hujus tamen aperta videtur super hac re sententia, lib. XIX. c. 1. ‘Inventum est etiam (linum) quod ignibus non absumeretur. Vivum id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas sordibus exstis splendescentes igni magis quam possent aquis. Regum inde funebres tunicæ corporis favillam ab reliquo separant cinere,’ &c. Fateor equidem illud in usu vulgari esse non potuisse, adeo siquidem inventu rarum erat, ut inventum æquaret ‘pretia excellentium margaritarum,’ ut ait idem ibidem Plinius: sed ut aliquid sit rarum, non continuo sequitur nullum esse. Plinii auctoritati accedit et Plutarchi; is enim, lib. de Oraculorum defectu, tradit linum id in rupe Carystia nasci, &c. Meminit etiam Pausanias in Atticis.

¹ *Tunicati et discincti*] Hoc in aliorum quoque funeribus factum indicat Tibullus: ‘Pars quæ sola mei superabit corporis, ossa Incinctæ nigra candida veste legant.’ Nudis quoque pedibus alias cærimonias peragebant, ut de Vestalibus Florus testatur lib. I. c. 13. et Ovid. VI. Fast. ‘Huc pede matronam nudo descendere vidi,’ &c.

^m *Mausoleo*] Hujus adhuc visuntur reliquæ prope Adriani Mausoleum, quod hodie montem Sancti Angeli indigitant.

ⁿ *Ambulationes*] Suas etiam monumentis leges imponebant, ne v. g. quisquam inferretur contra vetitum, ut de filia sua et nepte Augustus vetuit, terminos statuebant, ut quid religiosi loci, quid puri circa relinqueretur, appareret. De quo videsis Horatii Interpretes ad Sat. 8. lib. I. et de ambulationibus illis Strabonem lib. V. ubi et de Mausoleo toto plura et egregia narrat.

manu scriptum, depositumque apud se,¹⁰ ° virgines Vestales cum tribus signatis æque voluminibus^p protulerunt. Quæ omnia in Senatu aperta atque recitata sunt. Hæredes instituit primos, Tiberium ex parte dimidia^q et sextante,^r Liviam ex parte tertia,^r quos et ferre nomen suum^s jussit: secundos,^t Drusum, Tiberii filium, ex triente,^u ex² partibus reliquis Germanicum liberosque ejus^v tres sexus virilis:



Ed. Mediol. habetur *libertinorum*, et in Vind. 1. *Philariionis*.—10 Sic cum R. Steph. ex Viterb. et Groslotii Cod. Casaub. emendavit, quod etiam Polit. sui exemplaris marg. alleverat, et dant omnes Medic. et Vind. Huls. Cop. Pal. 1. 2. In reliquis fere et Edd. Vett. *apud sex*. Utrumque deest Fouc. Suspicatur Casaub. fuisse script. *apud se sex virg.* Mox *pertulerunt Ven. 1.—1 Et sextam Cop.* Dein *quos et ipse ferre Huls.—2 Vulgo et ex p.* Delevit copu-

NOTÆ

° *Apud se*] Legunt alii *apud sex*. Mendose. Idem de Julio c. 83. et de Antonio supra c. 17.

^p *Voluminibus*] Quatuor ea fuisse auctor est Dio lib. LVI. Sed quartum partem tertii fuisse magis quam separatum opus existimat Casaubonus: illo enim præcepta bene gubernandi et Tiberio et Reipublicæ relinquebat, et rerum omnium statum propria manu perscripsisse, auctor est Tacitus, qui et alia etiam refert, de quibus in fine hujus capituli agitur.

^q *Ex parte dimidia*] In Julio c. 83. dictum est, totam hæreditatem assis nomine appellari, et ejus instar duodecim unciis constare: pars ergo dimidia sunt sex uncix, quibus addito sextante, octo fiunt uncix; sextans enim est sexta pars hæreditatis. Octo uncix bes vulgo dicuntur. De testamento Augusti, in quo Tiberius ex parte dimidia et sexta fuit heres institutus, nempe ex besse, meminit Cujacius ad l. XXVII. § 8. ff. ad Senat. cons. Trebellianum.

^r *Ex parte tertia*] Lege Voconia cavebatur, ne quis census, hoc est, qui centum millia in bonis haberet, mu-

lieri aut virgini supra quadrantem bonorum suorum testamento relinquere posset, aut ei plus donare quam ad hæredem hæredesve pertineret: unde scribit Dio lib. LVI. Augustum a Senatu impetrasse, ut hac lege solveretur in gratiam Liviæ.

^s *Nomen suum*] Id qua ratione fieri deberet, supra in Julio c. 83. Notat præterea Casaubonus cetera Augusti nomina jam inde ab adoptionis, de qua supra c. 65. tempore Tiberio indita fuisse, sed Augusti cognomen sibi uni servasse patrem, quod illud communicari nollet, utpote quo potentix suæ partem non exiguam consistere crederet. Livia quoque post mortuum Augustum, Augustæ nomen recepit et Juliæ, (nam in Juliam quoque familiam adoptata est, auctoribus Tacito et Velleio,) quæ tamen, ipso vivente, nomina non assumerat.

^t *Secundos*] Hoc est substitutos, de quibus supra in Julio c. 83.

^u *Triente*] Quatuor unciis. Ibid.

^v *Liberosque ejus*] De his in Claudio c. 7.

tertio gradu, propinquos amicosque complures.³ Legavit populo^w Romano quadringenties, tribubus^x tricies quinquies sestertium: Prætorianis militibus singula millia^y nummorum, cohortibus urbanis^z quingenos,^{4 a} legionariis treccenos^b nummos: quam summam^c repræsentari jussit:



lam Oud. auctoribus Medic. 2. 3. Polit. Cop. Cuj.—3 *Compluris* et mox *legionaris* Memm. Etiam *quinque* pro *quinquies* in Medic. 1. 3. Vind. 2. Cort. Edd. Rom. Ven. Med. aliisque. Totum hoc *trib. tric. quinq.* suspectum est Torr. qui vel expungend. censet, vel legend. *leg. pop. Rom. per tribus XXXV. quadringenties HS.* Beroald. affirmat dictionem *tribubus* non esse in quibusdam Codd. et Lips. Elect. 1. 12. emendat *tribulibus*.—4 *Quingenos* Fouc. Abest *legion.* Cuj. Supra Oud. cum Torr. mallet *nummum*, ac abest *cohort.* a Cod. Urs. Item *treccen.* Mss. Oud. Burm. cum Edd. Casaub. prioribus. al. *treccen-*

NOTÆ

^w *Populo*] Hoc est, civibus Romanis, qui ejusmodi largitionum partem capere solerent, aut possent. Vox populus omnes cives complectitur; ad differentiam plebis, quæ, Senatu et Equitibus exceptis, ceteros cives continet, quanquam has voces et hic Auctor, et alii plerumque promiscue usurpent. Quadringenties sunt 1750000 lib.

^x *Tribubus*] Vocem hanc a quibusdam codicibus abesse Beroaldus affirmat, qua sublata legeretur, *Populo Romano quadringenties tricies quinquies*, aperto sensu. Verum quia vulgatio habitata est prior lectio, hanc ita servat Lipsius Electorum lib. 1. c. 12. ut tamen non *tribubus*, sed *tribulibus* substituatur. Horum appellatione Augusti tribules, de quibus supra c. 40. intelligens, extra sortem donatos, quia ceteroqui bis idem diceret, cum populi nomine aliud nihil intelligat quam tribus ipsas, quæ numero triginta quinque populum constitutebant universum, quod et de hujus divisione supra notatum est. Verum hoc nec a Dione nec a Tacito prætermittendum fuisse, si tanta liberalitate erga illos usus es-

set, verosimillime Torrentius existimat, et Beroaldi sententiam præfert. Casaubonus nihil immutat, tribusque sic distinguit a populo, ut illarum appellatione intelligantur e sola plebe pauperrimi. Et revera apud auctores passim observare est, modo tres, modo quatuor populi ordines innui, quorum ultimus tribus nomine nuncupetur. Martialis lib. viii. Epig. 15. 'Dat Populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus, Et ditant Latias tertia dona Tribus.' Et sæpe etiam tribules dicuntur e plebe vilissimi, ut Horatius: 'Et cum pileolo soles conviva tribulis.' Et Martial. lib. ix. Epig. 50. 'Nunc anus, et tremulo vix accipienda Tribuli.'

^y *Singula millia*] HS. Vide in Julio c. 26. Summa est 43 lib. 15s.

^z *Urbanis*] Has distinguit a Legionariis, quod hæc in provinciis, illæ in Urbis regionibus, ad earum custodiam dispositæ essent. Supra c. 30.

^a *Quingenos*] HS. 21 lib. 17s. 6d.

^b *Treccenos*] 13 lib. circiter.

^c *Quam summam*] Non postremam tantum, sed et eam Casaubonus intelligit, quæ ex illis omnibus exurgeret, et certe dubio locus non videtur

nam et⁵ confiscatam^d semper repositamque habuerat. Reliqua legata varie dedit: produxitque^{6e} quedam ad vicies sestertium,⁷ quibus solvendis annum diem finiit, excusata rei familiaris mediocritate: nec plus perventurum ad hæredes suos, quam millies et quingenties,^{8f} professus: quamvis viginti proximis annis quaterdecies millies^g ex testamentis amicorum percepisset: quod pæne omne cum duobus paternis patrimoniis, ceterisque hæreditatibus, in Rempublicam absumsisset. Julias, filiam neptemque, si quid his⁹ accidisset,^h vetuit sepulcro suo inferri. De¹⁰ tribus voluminibus uno mandata de funere suo complexus est: altero indicem rerumⁱ a se gestarum, quem vellet incidi in æneis tabulis,^{1k} quæ² ante Mausoleum statueren-

//////////

tos.—5 Duo Mss. Torr. *nam conf. sine et*, et mox opt. ejusdem lib. *varia edidit*. Placet Casaub. si addicerent Codd. *varia varie edidit*.—6 *Perduxitq.* Memm. Medic. 2. 3. Pin. Fonc. quod probat Gron.—7 *Recepit Baumg.* cum Wolfio emendationem Perizon. probatam Græv. Ern. quam Casaub. in quibusdam se reperisse testatur. Vulg. *ad vicena sestertia*. In Medic. 2. Fonc. *ut vicena*. Dun. *at vicena*. Exc. Cuj. *in vicina vel ut vie*. Etiam *annuam* exaratur in Mss. Urs. Casaub.—8 *Quinq. rei familiaræ, quamvis* Exc. Cuj. Mox pro *quod* habet cum Vind. 1. et idem cum Cort. Harlem. Edd. Rom. Ven. Med. Bon. et al. *assumpsisset*, Fonc. *absumsissent*.—9 *Iis* Memm. Voss. Dein pro *vet.* in Cuj. *meluit*. Cf. Tib. c. 63.—10 *Præpos.* non habetur in Codd. trib. Torr. et exulare a nonnullis testatus est Erasm. sicut non agnoscunt Medic. 1. 3. Vind. 2. Hnls. ac Nonnii membb. Conj. Burm. *dein tr.*—1 Lips. ad Tacit. Ann. 1. 2. *pilis* malit, cui favet aliquantulum Casaub.—2 *Quem ante* Memm. unde legend. putat Salm. *quæ in ante*, repugnantibus Burm. Oud. aliisque.

NOTÆ

esse. Hæc autem additis in unam omnibus partibus, qua ratione supra computatæ sunt, nostro ritu, 1903203 lib. 12s. 6d.

^d *Confiscatam*] Fiscis conditam. Vide supra c. 15.

^e *Produxitque*] Sic intelligit Torrentius, ut quæ legata vicena HS. excederent, horum diem, hoc est, solutionem, distulerit in annum. Hæc sunt 875 lib.

^f *Millies et quingenties*] 6562500 lib.

^g *Quaterdecies millies*] 61250000 lib.

^h *Si quid accidisset*] His verbis ute-

bantur vitandi omnis causa, ne scilicet mortem pronuntiarent.

ⁱ *Indicem rerum*] Descriptum hujus exemplum cum Ancyrani postulassent, in Augusti templo magnifice exposuerunt. Habetur hodie sub titulo Lapidis Ancyrani, sed multis modis vel ab initio vel temporum iniquitate corruptum. Videsis ad calcem operis.

^k *Æneis tabulis*] Notat Casanbonus, *σθῆλας* dici apud Dionem: unde colligere est, in pilæ quadratæ facies insertas fuisse.

tur : tertio breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique essent,³ quantum pecuniæ in ærario et fiscis¹ et vectigaliorum residuis. Adjecit et libertorum servorumque nomina, a quibus ratio exigi posset.



Mauseol. Cort. Edd. Rom. *Matusaleum* Cuj.—3 Ita edidit Burm. e Periz. Harlem. et Edd. Vett. præter Rom. pr. Bas. Steph. Probavit etiam Casaub. ex Viterb. et Memm. quibus accedunt Polit. Pulm. Torr. Pal. tr. Medic. 3. Cuj. Fouc. et Mss. Wolfii, probantib. Græv. Ond. Vulgo *esset*. Denique *residuas* Edd. Ven. 2. 3. *residua* Cuj. et *vectigalis* Vind. 1.

NOTÆ

¹ *Fiscis*] Jam supra notatum est, niam; ærarium vero, publicam populi c. 15.

TIBERIUS NERO CÆSAR.¹

PATRICIA^a gens Claudia² (fuit enim et alia plebeia, nec potentia minor, nec dignitate) orta est ex Regillis,^{3 b} oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam^c cum magna clientium^d manu commigravit, auctore Tito Tatio,^e

1 *De Tiberio* Medic. 3. *Tiberius* Medic. 1. 2. *Tib. Claudius Cæsar* Vind. 2. *Tiberius Cæsar* Cort. Periz. Titulo carent Vind. 1. Ed. Camp.—2 *Claudia* Memm. Deest vox *gens* Vind. 1. Dein *in dign.* Medic. 1.—3 *Regil.* sine præposit. ex lib. nusus Torr. et abjecerat Lips. Mox *clientium* primus edidit

NOTE

^a *Patricia*] De patriciis in Julio c. 41. et Augusto c. 2. Hæc autem gens dicta fuit Pulchrorum, ad differentiam plebeia, quæ Marcellorum. De quibus Cicero lib. 1. de Oratore plura. Utrum autem hæc familiæ, ut nominis, sic et ejusdem necne originis fuerint, haud reperio. Certe ex Cicerone lib. ix. Epist. Famil. et ii. de Legibus constat, aliis quoque Romanorum nominis et originis ejusdem familiis id contigisse, ut altera patricia foret, et altera plebeia: quod evenire necesse erat, cum non tota gens aliqua, sed quædam ejus familia a patriciis ad plebem transibat, ut ab uno e patriciis Claudiis, astipulante Cæsare, factum vidimus supra in Julio c. 20.

^b *Regillis*] Dionysio Halicarnasseo et Stephano 'Regillus:' Livio 'Re-

gillum' dicitur. Distat ab Urbe, teste eodem Halicarnaseo, sexaginta stadiis prope Tiberim. Sabinorum autem nomen etiam hodie *li Sabini*, regioque ipsa *Sabinia*.

^c *Recens conditam*] Prior hæc Suetonii sententia de Claudiolorum migratione nullibi legi testatur Beroaldus, posteriorem confirmat Dionysius Halicarnasseus, et alii passim historici: inprimis Plutarchus in Publicola, ubi seditione popularium ad id coactum refert, ac Sabinarum familiarum quinque millia secum deduxisse.

^d *Clientium*] De clientibus supra in Julio c. 2. Ex hoc loco notare est, clientelas non Romani duntaxat instituisse.

^e *Tito Tatio*] Sabinorum rege, quem Romuli consortem dicit, propter consociatum et in eandem civitatem (Ro-

consorte Romuli, vel, quod magis constat, Atta^f Claudio,⁴ gentis principe,^g post reges exactos sexto fere anno, a Patribus in patricias cooptata.⁵ Agrum insuper trans Anienem^{6 h} clientibus, locumque sibiⁱ ad sepulturam sub Capi-

//////////

Oud. bonis Codd. faventib. Vulgo *clientum*. Tum *qui magis* Fouc.—4 Sic Turneb. quem Pulm. Casaub. alique secuti sunt, accedentibus Cod. Vatic. Pith. et Memm. In Edd. vulgg. est *Appio Claudio*, pro quibus reponend. existimat Torr. *Atta Clauso*, sicque notatum est a man. doct. ad oram Ed. Gryph. 1539. Oud. et Burm. alterutrum scribend. contendunt, aut *Atta Clauso*, Sabina appellatione, aut *Appio Claudio*, in Romanum morem mutata. Cf. Tac. XII. 25. Liv. II. 16. Ovid. Fast. IV. 30. In uno Ms. Torr. *Acta Tatio Claudio*, in alio *Acta Tatio Claudio*. Habent a *Tatio* Viterb. Lisl. Ed. Camp. *Tatio* vel *Tatio Claudio* Fouc. Dun. Cuj. Edd. Rom. Ven. 1. aliæque, et ita Lind. cod. T. *Claudio* Ven. duæ reliquæ, Bon. *Ata Claudio* Huls. et Ms. Crucei, *Actio Clauso Claudio* Vind. 1. *Tatio Claudio* Vind. 2. Cort. a *Tatio Claudio* Pal. 1. *Acta Claudio* Ms. Ern. *Acta Claudio* Pal. 2. Cop. *Actio Claudio* Pal. 3. *Tatio Clausio* Periz. In Medic. 3. *Claudio* non comparet, nisi in marg. unde suspectum est Ern. et Oud. qui conj. Sueton. simpliciter scripsisse *Atta, gent. pr.* Idem jam olim visum est Vertrano, apud Tacit. Ann. IV. 9. (in cujus cod. exaratur *Clauso*) sed legenti *Accio*.—5 Ita ante Baumg. edidit Ern. Præferunt in *patricios cooptato* Duk. ad Liv. IV. 4. et Perizon. In Tornac. cod. *fere sext. anno*, atque a *patr. in patricias coopt.* Pro a *patr.* etiam Medic. 3. Polit. dant atque, unde verba illa proscripterunt Torr. et Lips. et omisit Burm. in sua Ed. Oud. cum Ald. Steph. legit *anno: atque a patr. in p. c.* quem sequitur Bip. Burm. et Wolf. *patricios* maluerunt, sed *patricias* firmant Medic. 1. 3. Polit. Cop. (cui desunt *sexto* et *in*) Huls. Voss. *Cooptata* Medic. 1. Dnn. Cop. Periz. Edd. Rom. aliæque, *cooptata* Periz.—6 *Anienem* Vind. 1. Dein *lucumque* Mss. duo Torr. Nonnii, Viterb. Medic. 1. 3. Voss. Dun.

NOTÆ

mam nempe) collatum regis utriusque regnum. De quibus Livius lib. I. decad. I.

^f *Atta*] Varie legitur hoc nomen. Alii quippe *Attio* legunt, alii a *Tatio*, ac denique *Appio*. In re tam vaga certum quid vix affirmes. Tria fortasse apud Sabinos ei fuere nomina, Atta, Tatius, Clausus, vel forte postquam commigravit, Romano more suum nomen effinxit, ut esset Appius Claudius. Quod factum a Lucumone legitur, qui cum Tarquiniiis Romam venisset, L. Tarquinii nomen edidit. Est vero 'Atta' vox vetus Sabina, quæ hominem ambulando quasi subsilientem significat, propter pedum aut crurium vitium, quo fit ut plantis

non insistat, ut ait Festus: 'Attam pro reverentia seni cuilibet dicimus, quasi eum avi nomine appellemus.'

^g *Arreiv* subsilire est, et, ut ait Casaubonus, nusquam ferme pedem figere.

^h *Principe*] De hoc fuse Dionysius Halicarnassensis lib. V.

ⁱ *Anienem*] Fluvium, bodie *Teverone*. Dionysius Halicarnassensis addit, comitatui datum agrum Fidenas inter et Piculiam, viritim dividendum, unde mox facta fuerit tribus Claudia. Videsis et Plutarchum in Publicola, sub finem.

^l *Locumque sibi*] In margine Viterbiensis codicis legerat Casaubonus *lacum*, nec probavit. De sepultura tacet Dionysius ibidem, dicitque tan-

tolio^k publice accepit. Deinceps, procedente tempore, duodeviginti consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem,⁷ duas ovationes,¹ adeptus est. Cum prænominibus^m cognominibusque variis distingueretur, Lucii⁸ prænomen consensu repudiavit, postquam e duobus gentilibus,ⁿ præditis eo, alter latrocinii, cædis alter convictus est. Inter cognomina autem et Neronis^o assumpsit, quo⁹

Edd. Colin. Gryph. Dolet.—7 Sic habent Mss. Torr. Memm. et Edd. Rom. cum Fastis. Reliqui Codd. cum Edd. ante Casanb. ser. Mox variis superscriptum est in Medic. 3. *distinguerentur* Periz. Cort. Ed. Rom. sec.—8 *Luci* Medic. 3. Memm. Tum *post et duob.* Fouc. *et duob.* Dun. qui et *prædictis* cum Medic. 2. Voss.—9 *Quo servat cum Huls. Vind. 1. habens quo significante quo significatur.* Fouc. *qui signif.* In reliquis Mss. et Edd. Vett. quod.

NOTÆ

tum concessam fuisse ad ædificandum Urbis partem, quantam petiit.

^k *Sub Capitolio*] Speciali hoc populi Romani studio factum, bene notat Donato Schildius; sed contra leges fuisse male (ni fallor) innuit; quam enim legem ex duodecim Tabulis in testimonium profert, HOMINEM MORTUUM IN URBE NE SEPELITO, NEVE URITO; ea cum aliis e Græcia nondum erat allata; anno enim duntaxat post exactos reges 58. descriptæ sunt hæ leges, et ideo familiis quibusdam sepulcrum intra Urbem suum fuisse, auctor ipse ibidem Cicero. Ac de Acca Laurentia testis Macrobius lib. 1. c. 10.

¹ *Ovationes*] Hæ sunt triumphus quidam minores, a majoribus in hoc præter cetera discrepantes, quod triumphantes curru, ovantes autem equo, vel etiam pedibus Urbem ingrederentur, ovisque (unde nomen) non taurus immolaretur.

^m *Prænominibus*] Ut nomina Romanorum gentes inter se distinguebant, cognomina vero gentis ejusdem familias; ita et prænomen fratres ejusdem familiæ. Primo igitur loco

prænomen, tum nomen, inde cognomen ponebatur ab initio: quæ tamen omnia, stante Republica, identidem immutata eo venerunt, ut Monarchiæ temporibus, quæ primo loco erant fratribus distinguendis prænomena, ea duntaxat ultimo posita reperiantur. De quibus fuse Sigonius, Lipsius, &c.

ⁿ *Gentilibus*] Gentiles sunt patricii tantum, ut quidam volunt, gentis, hoc est originis ejusdem; gens enim et familia eo modo differunt, quo totum et pars, ut patet ex ipso Suetonio infra in Galba: quamvis promiscue, non raro usurpentur. Qui autem varias hujus vocabuli acceptiones pluribus persequi volet, is e jurisconsultorum libris eas repetat.

^o *Neronis*] De hoc Gellius lib. XIII. c. 21. 'Itaque ex Claudii qui erat egregia et præstanti fortitudine, Nero appellatus est; sed id Sabini accepisse a Græcis videntur, qui vincula et firmamenta membrorum νεῦρα dicunt; unde nos quoque Latini nervos appellamus.' Annotavit Casaubonus, Sabinos origine Doros extitisse.

significatur lingua Sabina fortis ac strenuus. [2.] Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secus¹⁰ admissa in Rempublicam extant. Sed ut præcipua commemorem, Appius Cæcus^p societatem cum rege Pyrrho, ut parum salubrem, iniri dissuasit.† Claudius Caudex¹⁹ primus, freto classe trajecto,² Pœnos Sicilia expulit.‡ Claudius³ Nero^r advenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Hasdrubalem, priusquam Hannibali fratri conjungeretur, oppressit.¶ Contra Claudius Appius Regillanus,⁴ Decemvir^s legibus scribendis, virginem⁵ ingenuam per vim, libidinis gratia, in servitutum asserere conatus, causa



Latere quid suspicatur Oud.—10 *Secius Unus* Torr. Vatic. Medic. 3. quomodo et legi voluit Lips. *sequius* Memm. Pith. Tornac. probantibus Turneb. et Giphian. In aliis et Exc. Voss. *sequus*. Tum *in rep.* Vind. 2. Cort. Edd. Rom.—1 *Audax* Cort. *Claud. Claudus* Fouc. Dun. Cuj. Ed. Med. *Claudex* Camp.—2 Ita Memm. Medic. uterque Vind. Polit. Edd. Rom. sec. aliæque cum Torr. Wolf. In aliis Edd. etiam Burm. Oud. Bip. *transjecto*.—3 *Expulitibus Nero* Memm. *expul. Ti. Nero* Periz. *Tibius Nero* Cop. *Tiberius Nero* Huls. Fouc. Dun. Edd. Rom. Ven. Bon. Steph. In uno Torr. *tribunus Nero*. Tuentur *Claudius* Vind. 2. Edd. Bas. Junt. Ald. Gryph. Pulm. al. *Mox quam* deest Vind. 1.—4 *App. Claud. Reg.* probat e duob. Mss. Torr. et ita Edd. Bas. Plant. Raph. Non agnoscunt *Appius* Viterb. Pal. 1. 2. Huls. Cop. Medic. 1. 3. Vind. 1. ac delet Grut. Tum *Regillianus* cod. Turneb. Medic. Cuj. Voss. cum Edd. Casaub. (præter Lugd.) duob. Raph. et Grævii. Spanheim de Us. Num. t. II. p. 48. malebat *Regillensis*.—5 Nomen *Virginiam* ante *virg. ing.* excidisse Müll. existimat in schedis. Dein *servitute* Cuj. Deest *asserere* Dun.

NOTE

^p *Appius Cæcus*] Idem refert et Valerius lib. I. c. 2. et Livius lib. IX. decad. I.

† A. U. C. 474.

⁹ *Claudius Caudex*] Hoc cognomine insignitus, quod, ut ait Seneca lib. de Brevitate Vitæ c. 13. 'primus persuaserit Romanis navem conscendere; quia plurimum tabularum contextus 'caudex' apud Antiquos vocabatur; nōde publicæ tabulæ codices dicuntur: et naves nunc quoque, quæ ex antiqua consuetudine per Tiberim commeatus subvehunt, Caudicariæ vocantur.' Festus in hac voce. Alia auctorum testimonia videsis apud

Nonium c. 13. Claudius ille Caudex Cæci frater fuit, ut tradit auctor de Viris illustribus, et primus, ad explorandas hostium copias, fretum piscatoris nave trajecit.

‡ A. U. C. 490.

^r *Claudius Nero*] De hoc fuse et egregie Livius lib. VIII. decad. III. et Horatius lib. IV. Ode 4. 'Quid debeat, o Roma, Neronibus, Testis Metaurum flumen, et Asdrubal Devictus,' &c.

¶ A. U. C. 547.

^s *Decemvir*] Non ita multo post exactos reges, Romani viros decem elegerunt, quibus consulare simul et

plebi fuit⁶ secedendi rursus a Patribus.^{a†} Claudius Drusus, statua sibi cum diademate⁷ ad Appii Forum[†] posita, Italiam per clientelas occupare tentavit. Claudius Pulcher^u apud Siciliam,[‡] non pascentibus in auspicando pullis,^v ac per contemptum religionis mari demersis, quasi⁸ ut biberent,

^a *E contrario Claudius Appius Regillianus, Decemvir electus ad scribendas leges, cum propter libidinem tentavisset per vim servam facere puellam liberam, præbuit plebi causam discedendi iterum a Senatoribus.*



—6 Ita edidit Oud. auctorih. Medic. Cuj. Voss. Torr. In aliis, inter quas Burm. fuit plebi. Cort. Edd. Rom. plebeis. Etiam rursus Mss. O. et Edd. Rom. Mutarunt Ven. Med. et seqq. in rursus.—7 Diademata Memm. sibi diademata Medic. 3. perplacetque Oud. Gron. Dein ac deficit Cort. Edd. Rom.—

NOTÆ

regium imperium sine provocatione tradidere, qui ex patriis moribus et peregrinis legibus quas e Græcia, per legatos in id missos descriptas, Romam deferri curaverant, optima quæque seligentes, jura Populi Romani constituerent, universos perpetuo Romanos astrictura, si eas Populus una et Senatus acceperunt, ut revera acceperunt. Tanta hac auctoritate Claudius ille nefarie usus, virginis ingenuæ, cujus amore captus erat, mortis causam attulit, dum eam pretio ac spe pellicere frustra adortus, in servitutem denique subornato testimonio vindicasset; pater enim virginis, cui nomen Virginius, cum alia via hanc Appii libidini non posset eripere, arrepto e proxima lanionis taberna cultro perfodit. Miserabili hac necessitate commotus populus, Decemviros sustulit, ique pœnas partim morte, partim exilio dederunt. Quæ omnia fuse apud Livium narrantur lib. III. decad. I.

† A. U. C. 304.

[†] *Appii Forum*] Latii quondam oppidum in clientela gentis Claudiæ, sic dictum quod ibidem Appius forum egisset; sic enim et Forum in-

telligitur apud Festum, 'cum is qui Provinciæ præest, Forum agere dicitur, cum civitates vocat, et de controversiis earum cognoscit.' Et Nonius Marcellus: 'Fora loca fuerunt, in quibus jus dicebatur.' Iis enim locis sua nomina magistratus imponebant, vel quod ibi Forum egissent, vel nundinationes instituisent. Hiuc Forum Flaminium, Forum Julium, &c. in Etruria et in Provincia.

^u *Claudius Pulcher*] Hoc factum narrat quoque Valerius Maximus l. I. c. 4. et l. VIII. c. 1. et Polybius l. I.

‡ A. U. C. 505.

^v *Non pascentibus ... pullis*] Deferebantur in cavea pulli ad auspicia capienda. Hæc dira semper habebantur, si auspicia petenti Imperatori renuntiatum a pullario esset, eos non comedere objectam offam: contra vero fausta omnia, si ex comedentium ore aliquid in terram decidisset: quod tripudium solistimum dicebatur: (quasi aliter contingere posset, cum pulli gallinæ pultis offam invadunt. Quæ omnia quam vana forent, vel ex hoc uno colligere est, quod observavit ipse Cicero, et retulit lib. II. de Divinatione. Paulus, enim qui ipsis

quando esse nollent, prælium navale iniit :^b superatusque, cum Dictatorem^w dicere a Senatu juberetur, velut iterum illudens discrimini^y publico, Gliciam¹⁰ viatorem^x suum dixit. Extant et fœminarum exempla, diversa¹¹ æque: siquidem gentis ejusdem utraque Claudia fuit, et quæ navem cum sacris^y matris Deum Idææ obhærentem¹ Tiberino vado extraxit, precata propalam, ‘ ut ita demum se

^b *Claudius Pulcher prope Siciliam, cum pulli gallinæci non manducarent in agendo auspicio, et abjecisset eos in mare per despectionem Religionis, quasi bibendi causa, siquidem nolebant comedere.*



8 Exulat quasi a Medic. 1. 2. Voss. et Edd. a Bas. ad Casaub. Item ut non apparet in Ven. Med. Cald. *nolent* Vind. 1.—9 *Crimini* Cuj. Edd. Gryph. Colin. Plant.—10 Ita legend. monuere Duk. ad Liv. Epit. XIX. Torr. et Urs. ex Fastis. *Iliciam* Memm. Viterb. Pal. 3. Periz. et alii Ond. cum Edd. Ven. Bon. et pluribus. *Ilician* Dnn. *Hyliciam* Edd. Rom. ac Mss. Torr. *Ilyrium* Lisl. *Inlitiam* Pal. 1. *Yliciam* Pal. 2. *Liciam* Vind. 2. *Litiam* Cort. *Glauciam* Edd. Bon. Lugd. Paris.—11 Distinguunt post *diversa* Edd. Bas. Junt. Ald. Steph. Plant. Mox *Deum* Torr. putavit esse glossema. In plerisque Vett. et novis *Idææ* exciditur.—1 *Adhærent.* Medic. 1. Edd. Bas. Gryph. Plant. Torr. *cohærent.* Voss. Tum *se* ante *seq.* abest a Periz. Cort. Edd. Rom. Ven. Med. Cald. Bon. et ita aliquos legere notat Longol. ad Plin. Ep. x. 110. si

NOTE

paruerat, non minus cecidit in Cansensi pugna cum exercitu. Cui et illa de contrario addere est, quod Papyrius Samnites funditus deleverit; quamvis falso nuntiatum ei foret tripudium illud solistimum, ut patet ex Livii lib. IX. decad. I.

^w *Dictatorem*] Dictatorem dicere Consulis erat, idque viva voce, nec nisi raro per literas, non Senatus nec populi; quanquam hic nominaret aliquando quem dici vellet.

^x *Gliciam* [*Ilyciam*] *viatorem*] Alii *Hilyciam*, alii *Glauciam* legunt, vel *Glyciam*, quod postremum tueri quoque potuerit auctoritas Flori in Epitome Liviana lib. XIX. ubi factum hoc narrat, et *Glauciam* vel *Glyciam* legunt. Viatores erant ministri, qui ab initio Senatores ex agris in Urbem accerserent; quos a lictoribus alios

non fuisse, auctor est Gellius lib. XII. c. 3.

^y *Cum sacris*] Vastante Italiam Hannibale, Romani repererant in libris Sibyllinis alienigenam hostem Italia pelliculi posse, si mater Idæa Pessinunte Romam advecta foret. Quapropter, missis ad Attalum Phrygiæ regem legatis, impetrarunt ab eo, Romamque deportarunt, sacrum illum lapidem, quem matrem Deum esse ferebant; contigitque tunc miraculum illud, de quo Suetonius hoc loco, quod tamen mirum est a Livio rem ab initio describente lib. IX. decad. III. prætermisum. Cybele porro mater Deorum dicitur, Idæa mater et Dindymene a montibus Ida et Dindymo, ubi colebatur; ut et Pessinuntica ab urbe Galatiæ Pessino, in Phrygiæ magnæ confinio.

sequeretur, si sibi pudicitia constaret; [†] ^z et quæ novo more iudicium majestatis apud populum ² mulier subiit; ^a quod in conferta multitudine ægre procedente carpento palam optaverat, 'ut frater ³ suus Pulcher revivisceret, atque iterum classem amitteret, quo minor turba Romæ foret.' Præterea notissimum ⁴ est, Claudios omnes, excepto duntaxat P. ⁵ Clodio, qui, ob expellendum Urbe Ciceronem, plebeio homini, atque etiam natu minori, ^b in adoptionem se dedit; [†] optimates ^c assertoresque ^d unicos dignitatis ac potentiae patriciorum ⁶ semper fuisse, atque adversus plebem adeo violentos ^e et contumaces, ut ne capitis quidem quisquam ⁷ reus ^f apud populum mutare vestem aut depre-



judic. sibi Vind. 1.—2 Vind. 1. *po. Ro. item conserta.* Dein vulgo *optaverit*, etiam Ed. Burm. sed *optaverat* reposuerunt Ern. Oud. Baumg. fide Memm. Lisl. Polit. Medic. Vind. 2. Cop. Voss. Cuj. Ed. Bon. marg. Torr. accedente Dun.—3 *Et fr. Medic. 2. pater* Vind. 1. Tum *revivesc.* Memm.—4 *Notatissimum* Memm. Vatic. Lisl. Nonn. Pal. 1. 3. Pith. Lisl. Cop. Huls. Medic. 3. Vind. uterq. Voss. Fouc. Dnn. *notatissimo* Cnj.—5 *Publico Claud.* Vind. 1. qui caret τῶ *etiam*, et pro *adeo* dat *valde*. Deest quoque *ob* Huls. nec comparent *in adopt.* in Cop.—6 *Patrum* volebat Lips. *Pro et cont.* quod primus restituit Oud. ex Mss. et Edd. vetustioribus, alii *ac const.*—7 *Quisque* Cort.

NOTÆ

† A. U. C. 508.

^z *Si sibi pudicitia constaret*] Aliud castitatis experimentum, huic non ab-simile, de Tuccia Vestali, stupri itidem suspecta, refert Valerius Maximus lib. viii. c. 1.

^a *Novo more iudicium majestatis apud populum subiit*] Valerius Maximus lib. viii. c. 1. 'Adjiciatur his Claudia, quam insontem crimine quo accusabatur votum impium subvertit.' Novum igitur fuit, tum quia propter votum duntaxat, tum quia mulier crimine læsæ majestatis damnata fuerit. De hac et Epitome Livii lib. xix. et Gellius lib. x. c. 6. Crimen majestatis est, quod adversus populum aut securitatem ejus committitur.

^b *Natu minori*] De hac adoptione supra in Julio c. 20. et Cicero in Ora-

tionem ad Pontifices. Æque contra naturam ac contra leges erat: pro monstro enim est, ut major sit filius quam pater. Hinc Imperator in Institutionibus de Adoptionibus: 'Minorem natu majorem non posse adoptare placet; adoptio enim naturam imitatur,' &c.

† A. U. C. 695.

^c *Optimates*] De illis factionibus in Julio c. 1. et 15.

^d *Assertoresque*] Anceps vocabulum: tam enim de eo dicitur qui in libertatem, quam qui in servitutem vindicat. Posterius tamen priore minus frequens est.

^e *Adeo violentos*] Exempla videsis plura apud Livium lib. ii. v. et ix. decad. 1.

^f *Quisquam reus*] Livius tamen lib.

cari sustinuerit; ^c nonnulli in altercatione et jurgio Tribunos ³ plebis pulsaverint. ⁵ Etiam virgo Vestalis fratrem, ⁹ ^h injussu populi ⁱ triumphantem, ascenso simul curru, usque in

^c *Sunt etiam exempla fœminarum tam varia. Quandoquidem ambæ Claudiæ fuerunt ejusdem gentis, illa nempe quæ excellit navem qua rehebantur sacra Cybeles, adhærentem vado Tiberino, postquam precata esset publice, ut tandem hoc modo cederet si sua pudicitia certa esset; et illa quæ, licet fœmina, damnata fuit crimine læsæ majestatis, nova consuetudine, quia cum currus suus in densa turba difficiliter progredere, publice optavit, ut frater suus Pulcher suscitaretur e mortuis, et rursus perderet clussem, ut multitudo esset rarior in Urbe. Insuper, si excipias solummodo P. Clodium, qui permisit se adoptari ab homine plebeo et juniori, ut ejiceret Ciceronem ex Urbe, constat omnes Clodios fuisse semper optimates et solos defensores amplitudinis et auctoritatis patriciorum, et tam violentos ac superbos contra plebem, ut nequidem ullus adduci potuerit ad mutandam vestem, aut ad amovendum precando periculum, cum de ejus vita disceptaretur, populo judice.*



ad pop. Ed. Burm. operarum forte culpa.—8 Tribunos plebi Memm. Dun. Medic. 2. Voss. Trib. pleb. compendiose Edd. Bon. Gryph. tribunum man. doct. in ora Ed. Steph. notaverat. Tum Vest. virgo Vind. 2.—9 Urs. scribend. jussit patrem, auctoribus Cic. pro Cœl. c. 14. et Val. Max. v. 4. favente Torr. Sed in vulg. lect. O. libri consentiunt, unde nihil temere mutandum judicavit Casaub. Librario culpam imputat Pighius Ann. t. II. p. 473. assentientibus

NOTÆ

III. decad. I. ubi Appium Claudium Decemvirum in vincula propter crimen illud, cujus hic mentio facta est, conjectum retulit. Hæc habet de C. Claudio ejus patruo loquens: 'Is magno jam natu, cum ad pericula ejus deprecanda redisset, cujus vitia fingerat, sordidatus cum gentilibus clientibusque in Foro prehensabat singulos,' &c. Quod iterum lib. VI. refert. Unde adversari Livio Suetonius videatur, nisi eos tantum vestem non mutasse dicas, qui rei erant, ut de altero Claudio narrat idem Livius sub finem libri II. 'Illum non minæ plebis, non Senatus preces percellere nunquam potnere, non modo ut vestem mutaret,' &c. quæ hanc Claudiorum contumaciam, de qua hic agitur, graphice describunt.

⁵ Tribunos plebis pulsaverint] Confirmat idem Livius lib. III. decad. I.

Quod tamen grande piaculum apud Romanos fuit: legibus enim suis Tribunos fecerant sacrosanctos et inviolabiles, ut ejus caput sacrum foret, qui ex illis unum pulsasset: sacer autem qui sit, hunc impune licet occidere.

^h Fratrem] Valerius Maximus lib. v. c. 4. et Cicero in Oratione pro Cælio, patrem dicunt; ut fateri necesse sit, aut patrem legendum, contra codicum fidem, aut alicubi subesse mendum.

ⁱ Injussu populi] Triumphum discernere Senatus quidem erat. Sed de illo decreto ad Populum quoque ferebatur; qui si rogationem antiquaret, impediabatur, vel si e Tribunis unus pluresve intercederent, rogationemve ad Populum ferre nollent. Magnam porro virginum Vestalium auctoritatem inde colligas, adeo si-

Capitolium prosecuta est, ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset.† [3.] Ex hac stirpe Tiberius Cæsar genus trahit, et quidem¹⁰ utrumque: paternum, a Tiberio Nerone; maternum, ab Appio Pulcro: qui ambo Appii Cæci filii fuerunt.¹ Insertus est et Liviorum familiæ, adoptato in eam materno avo. Quæ familia, quamquam plebeia, tamen et ipsa admodum floruit, octo consulatibus, censuris duabus, triumphis tribus, dictatura etiam ac magisterio equitum honorata; clara et insignibus² viris, ac maxime Salinatore, Drusisque. Salinator^k universas tribus in censura † notavit levitatis nomine,¹ quod, cum se post priorem consulatum multa irrogata condemnassent, Consulem^m iterum Censoremque fecissent. Drusus, hostium duce Drauso^{3 n} cominus trucidato, sibi posterisque suis cognomen invenit. Traditur etiam Proprætore ex

//////////

Oud. Wolf.—10 *Equidem pro et qu.* Huls. Vind. 2. Tum a *Timore Nerone* Memm. quomodo præbent Dun. Medic. 3. nisi quod *Tiberio* pro v. 1. sit suprasc. A *minore Ner.* Medic. 1. Vind. 1. Huls. 'Vitosam scripturam ortam puto, quia script. fuerat *Tinerone*, uti in rell. Codd. pro *Ti. Nerone.*' Oud.—1 *Fuerint* Medic. 1. 3. Tum dat Memm. *intersertus est et Laviorum*, non *Levidorum*, ut a Gron. ac Burm. prolatum. In Medic. trib. Pal. 1. 2. *Leviiorum*. Postea in ea Huls. et pro *floruit* Vind. 2. Cop. claruit.—2 *Insignis* Medic. 2. Fouc. Cuj. et in *censum* Cort. Edd. Camp. Ven. Med. Cæld. Paulo ante mallet Torr. rescribendum *Drusoque*.—3 *Druso* Periz. Edd. Rom. sec. Steph.

NOTÆ

quidem illas magistratus reveriti sunt, et ex supradictis in Julio c. 1. et Augusto c. 44. et infra in Vitellio c. 16. et ex Cicerone in Oratione pro Fonteio; 'Superbum sit ejus obsecrationem repudiare, cujus preces si Dii aspernati fuerint, hæc salva esse non possunt.' De Vestali sorore Fontei loquitur: ejus enim in causa fratris intercessione fuerat usus.

† A. U. C. 611.

^k *Salinator*] Cognomen hoc sortitus est hic Livius ex salaria annona, cui vectigal, cum Censor esset, adinventit.

‡ A. U. C. 550.

¹ *Levitatis nomine*] Metia tribu duntaxat excepta, quæ nec condemnandum judicarat, nec postquam condemnatus est, eligendum. De quibus plura Titus Livius lib. ix. decad. iii. et Valerius Maximus lib. ii. c. 47.

^m *Consulem*] Una cum Claudio Nerone, cujus præsertim opera afflictus fuerat: suas tamen inimicitias Reipublicæ condonarunt. Valerius Maximus lib. iv. c. 1. et 2.

ⁿ *Drauso*] Germanus aut Gallus hic vulgo creditur: uter fuerit, nemo, quod sciam, dixit.

provincia Gallia retulisse aurum, Senonibus ° olim in obsidione Capitolii datum, nec, ut fama est,^{4p} extortum a Camillo. Ejus abnepos,^q ob eximiam adversus Gracchos r operam ' patronus Senatus ' dictus, filium reliquit, quem in simili dissensione *^s multa varie molientem diversa factio per fraudem interemit. [4.] Pater Tiberii,⁵ Quæstor^t C. Cæsaris, Alexandrino bello classi præpositus,⁶ plurimum ad victoriam contulit. Quare et Pontifex^u in locum P. Scipionis substitutus,[†] et ad deducendas in Galliam colo-



Draso Fouc. Dein traditus Cort. Edd. Rom. traditum Vind. 2.—4 Quædam Edd. est omittunt, sed restituere Burm. Oud. Ern. al. auctoritate duorum Pulm. Memm. Medic. 1. 2. Vind. utriusq. Cop. Periz. Cort. cum Edd. usque ad Gryph. Accedunt Fouc. Dun. In Ven. 1. exortum.—5 Vnlgo legitur Pater vero Tib. tamen particula carent Memm. Medic. 2. ac duo Torr. Ejecit Oud. quem secutus est Ern. In Medic. 3. utroque Vind. Voss. Viterb. Cuj. Pith. Lisl. Cop. Huls. Dun. exaratur pater Tib. Nero. Fouc. pater Tib. vero.—6 In marg. Periz. oppositus et ita Edd. Ven. Med. Cald. Dein compu-

NOTÆ

° *Senonibus*] Urbem a Senonibus Gallis captam, et ope Camilli receptam, nemo nescit. Fuse enim ista Livius lib. v.

p *Fama est*] Ereptum ab ipso Camillo disertis verbis affirmat Livius lib. v. ' Aurum quod Gallis ereptum erat, quodque ex aliis templis inter trepidationem in Jovis sellam collatum, cum in quæ conferri oporteret, confusa memoria esset, sacrum omne judicatum, et sub Jovis sella ponijussum.' Et Plinius lib. xxxiii. c. 1.

q *Abnepos*] Quartus est in linea inferiore directa gradus consanguinitatis, cui in superiori respondet abavus.

* A. U. C. 663.

r *Gracchos*] Tiberium et Caium, qui legibus agrariis, de quibus in Julio cap. 20. popularem auram aucupantes, interfecti sunt. Horum vitam scripsit Plutarchus.

° *Simili dissensione*] Dissimilis ipse patri: ' Leges novas et mala Grac-

chana' iterum movit, ut ait Seneca lib. de Brevitate Vitæ c. 6. tantisque largitionibus plebem sibi conciliare conatus est, ut apud Florum lib. iii. c. 17. extet ' vox ipsius: nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cænum dividere vellet, aut cælum.' Appianus lib. i. Bellorum Civilium auctor est, illum cum domi in obscura quadam porticu cætum haberet, subito ictu percussum concidisse, repertumque in ejus femore cultrum sutorium: per inguen acceptum vulnus auctor est Seneca ibid.

† *Quæstor*] De hoc munere in Julio c. 6.

u *Pontifex*] Plures erant ejusdem collegii pontifices, inter quos cooperatus est; nec enim de Pontificatu Maximo hic locus intelligendus. Hunc siquidem possidebat Julius ipse. In Julio c. 13.

† A. U. C. 707.

nias,^v in quis⁷ Narbo et Arelate erant, missus est. Tamen Cæsare⁸ occiso, cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de præmiis tyrannicidarum^w referendum⁹ censuit. Prætura deinde functus,^{*} cum exitu anni discordia inter Triumviros^x exorta esset; retentis ultra justum tempus insignibus,^y L. Antonium Consulem, Triumviri fratrem, ad Perusiam^z secutus,[†] dedicatione a ceteris facta, solus permansit in partibus, ac primo Præneste,^a inde Neapolin evasit; servisque¹⁰ ad pileum^b frustra vocatis, in Siciliam profugit.¹ Sed indigne ferens, nec statim se in conspectum Sex. Pompeii^c admissum, et fascium usu^d



lit Vind. 1.—7 Periz. Fouc. et Voss. habent *in quibus*. Dant *Narbona* Edd. Ald. Steph. Bas. Græv. postt. aliæque, contra fidem Codd. et Edd. Vett. Cf. Oud.—8 *Caio Cæs.* Cuj. Mox *facti* delend. censet Torr. et pro *abol.* conjiciebat Lips. *oblivionem*.—9 *Inferendum* Harlem. Cort. Camp. Præbet Periz. *dein* et mox *orta* Cop. Cuj. Fouc. Medic. 2. 3. Polit. uterque Vind.—10 *Servis* sine *que* duo Torr. In Memm. Medic. Huls. aliisque *pilleum*, et antea *Napolim* Fouc.—1 *Perfugit* Periz. a m. pr. Edd. Rom. in *Sicilia* Fouc. Dein ne

NOTÆ

^v *Deducendas . . . colonias*] Tribus ut plurimum viris id mandabatur, qui inde Triumviri coloniis deducendis, appellati sunt: in Julio c. 20. et Augusto c. 4. Vulgatæ editiones legébant *Narbona*, contra Mss. fidem. Has colonias ex decumanis et sextanis militibus conscriptas auctor est Plinius lib. 111. c. 4. cum eas decumanorum et sextanorum colonias appellat.

^w *Tyrannicidarum*] Sic et ipse Cicero Julii Cæsaris interfectores appellabat in Epistolis ad Atticum 'Tyrannociones.'

^{*} A. U. C. 710.

^x *Triumviros*] Augustum, Antonium et Lepidum. In Augusto c. 12. et 13.

^y *Insignibus*] Prætoriiis scilicet ornamentis; prætexta, sella Curulis, præcipue hasta et gladius: hic ad quæstionem, ut supra in Julio c. 6. et 11. illa ad jurisdictionem, ut in

Augusto c. 24. et 36. Ministri præterea scribæ, accensi lictores cum fascibus; sed sex tantum, ad differentiam Consulium, quibus duodecim erant.

^z *Perusiam*] In Augusto c. 14. de Bello Perusino.

† A. U. C. 713.

^a *Præneste*] Non longe ab Urbe: hodie *Pilastrina*.

^b *Ad pileum*] Hoc est, ad libertatem, servi quippe libertate donati, raso capite pileum sumebant. Plautus in Captivis: 'Quod ille faciat Jupiter, ut ego hic hodie raso Capite calvus, pileum accipiam.' Et Juvenal. Sat. v. 'Omnia ferre Si potes et debes, pulsandum vertice raso Præbebis quandoque caput,' &c.

^c *Sexti Pompeii*] Supra in Augusto c. 16.

^d *Fascium usu*] Incivilliter prorsus egit Sextus Pompeius; Provinciarum quippe rectores, qui famam comitatis

prohibitum, ad M. Antonium trajecit in Achaiam.^e Cum quo, brevi reconciliata^f inter omnes pace, Romam rediit,² uxoremque Liviam^g Drusillam, et tunc gravidam, et ante jam apud se filium enixam, petenti Augusto concessit. Nec multo post diem obiit, utroque liberorum superstite, Tiberio Drusoque Neronibus.^h [5.] Tiberium quidam Fundisⁱ natum existimaverunt, secuti levem conjecturam, quod materna ejus³ avia Fundana fuerit, et quod mox simulacrum Felicitatis^k ex Senatusconsulto publicatum ibi sit. Sed ut plures certioresque tradunt, natus est Romæ in Palatio,¹ sextodecimo Kalendas Decembris, M.⁴ Æmilio Lepido^m iterum, L. Munatio Planco Consulibus, post



statim Cuj. et idem in conspectu cum Voss.—2 *Redit* Huls. Medic. 1. 3. et ante tunc deest Ed. pr. Græv. Infra pro *filium* habent *Tiberium* Periz. Harlem. Cuj. Edd. Vett. præter Rom. et Casaub. et recentt.—3 *Ejus* deest Cuj. Dat Vind. 1. fuerunt, ac dein et *Senat.* Abest ex a Periz. Harlem. Edd. Ven. 2. 3. Med. Cald. Lugd. Junt. Ald. Steph. Arg. Mallet Torr. *Fœcunditatis*.—4 Non comparet *M.* in Cop. et mox *L.* exulat ab Exc. Voss. Harlem. Periz. Edd. Rom. Med. Cald. Ven. 1. Junt. Lugd. Ald. aliisque. Item *M. Acilio Lep.* Periz. a m. pr. et *Munacio* omisso prænom. Edd. Ven. 2. 3. Bon. Bas. Gryph. Plant. *Munacio* Medic. 3. *Munatio* Vind. 1. *Munatio* Camp. *Munatio* cod. Glareani.—5 *Per bell.* Memm. tres libri Torr. et in marg. habent Edd. Bas.

NOTE

aliquam ambiabant, id Senatoribus honoris indulgebant, ut patet ex Cicerone Epistola ad Cornificium 21. lib. XII. ‘Idque a te peto, quod ipse in provincia facere sum solitus, ut omnibus Senatoribus Lictores darem, quod idem acceperam a summis viris factitatum.’

^e *Achaiam*] Achaia proprie dicta fuit in Peloponneso, qui hodie *Morea*. Ex divisione Græciæ a Romanis facta, ipsum comprehendebat Peloponnesum, Græciam proprie dictam, et circumjacentes insulas.

^f *Reconciliata*] De his reconciliationibus supra in Augusto c. 16.

^g *Liviam*] In Augusto c. 62. 69. 71.

^h *Neronibus*] Idem utrique nomen

et Horatius Ode 4. lib. IV. ‘Augusti paternus In pueros animus Neronēs.’

ⁱ *Fundis*] Ausonum in Latio civitas fuit, etiam hodie *Fondi*.

^k *Felicitatis*] Adulatorie in Tiberium, quasi Orbis felicitati natum. Torrentinus lubens legat *fœcunditatis*, ut in Julia, Severi et Faustinae, et M. Aurelii nummis legitur ‘Fœcunditas Augustæ.’

¹ *In Palatio*] Hoc est, vel in monte Palatino, vel in Palatina regione Urbis: nec enim tunc exstructa Augusti domus Palatina, de qua supra in Augusto c. 29. et c. 5. &c.

^m *M. Æmilio Lepido*] Anno ab U. C. 712. ante Christum natum circiter 39.

bellum Philippense.⁶ Sic enim in fastos^{6o} actaque publica^p relatum est. Nec tamen desunt, qui partim⁷ antecedente anno, Hirtii ac Pansæ, partim insequente, Servilii Isaurici Antoniique^{8q} consulatu, genitum cum scribant. [6.] Infantiam pueritiamque habuit laboriosam^r et exer-

//////////

Gryph. et al. quod præfert Burm. nec displicebat Oud.—6 *In fastis* Memm. Periz. Cort. Edd. Camp. Med. *in fastis actisque in publ.* Fouc. Dun. Medic. 2. *in fastis actaque in p.* Cuj. Edd. Ven. Lugd. Junt. unde reposuit Oud. 7^b *in ante publ.* concinentibus etiam Medic. 3. Polit. Edd. Camp. Med. Cald. *in fastis atque in p.* Harlem. *In fastus* olim legend. putavit Oud. sed postea nihil mutand. satius duxit.—7 *Partum* Harlem. *Tum insequenti* Medic. 1. 3. Vind. 2. probante Oud.—8 *Auruncique Antonii* Medic. 1. Vind. 1. Huls. *Arunci* a pr. m. Vind. 2. *Hisaurique Antonii cons.* Harlem. *Isaurique Antonii* Fouc. *Isaurique Antonii* Medic. 2. 3. Cuj. (qui mox gen. ejus scr.) Placet Oud. lec-

NOTÆ

⁶ *Bellum Philippense*] In Augusto c. 13. Torrentius legit in tribus libris *per bellum*, &c. Verum quia his Coss. gestum est, retinetur vulgata lectio, quia sub anni finem natus est.

^o *In fastos*] De his quid sint, in Julio c. 40. In hos retulere Tiberii nativitatem, ut Augusto adlarentur, illius natalitia tanquam dies festos celebrantes.

^p *Actaque publica*] Jam inde a Servii Tullii temporibus institutum fuerat et observatum, ut in censu agendo non facultatum modo, sed et liberorum sibi natorum nomina et ætatem profiterentur: quod post leges Julias et Pappias majore adhuc observatum cura verosimillimum est, ut Torrentius annotavit, propter orborum pœnas et patrum commoda. De quibus in Augusto c. 34. Sed locus hic intelligi quoque videtur posse de iis actis quæ Julius in singulos dies confici et publicari jusserat, ut supra in Julio c. 20. In acta vero, præter cetera, nativitates illustres referebantur.

^q *Antoniique*] Antonius ille frater fuit Triumviri. De quo in Angus-

to c. 13.

^r *Laboriosam* [*luxuriosam*] Sic in veteribus libris Casaubonus, sic et Torrentius legunt. Sensus est juxta Sabellicum, magnis incrementis fuisse præditam Tiberii juventutem. 'Luxuria' siquidem ex Nonio c. 4. 'intempestiva abundantia' est. Quo sensu Cicero lib. de Oratore c. 81. 'lætas segetes luxuriosa frumenta' dixit, ut et Virgilius lib. 1. Georgic. vs. 191. 'Aut si luxuria foliorum exuberat umbra,' &c. Pithœus et Ursinus emendabant *laboriosam*, Torrentius *luctuosam*, inducti, ut videtur, auctoritate Taciti; is enim Annal. iv. in hanc prorsus sententiam de Tiberio loquens: 'Casus prima ab infantia ancipites; nam proscriptum patrem exul secutus, ubi domum Augusti privignus intravit, multis annulis conflictatus est.' Notat Casaubonus in Manuscriptis legi *exercitatum*, cum vulgati haberent *exercitatum*. Quæ vocabula veteribus Grammaticis distinguebantur, v. g. exercitus laboribus, exercitatus studiis, quæ tamen a magnis etiam neglecta promiscue usurpantur.

citam,⁹ comes usquequaque parentum fugæ :⁵ quos quidem apud Neapolin, sub irruptionem¹⁰ hostis navigium clam petentes, vagitu suo pæne bis prodidit ; semel, cum a nutricis ubere, iterum,¹ cum a sinu matris raptim auferretur ab iis, qui pro necessitate temporis muliereulas levare onere tentabant. Per Siciliam quoque et per² Achaiam circumductus, ac³ Lacedæmoniis publice, quod in tutela⁴ Claudiorum erant, demandatus,⁴ digrediens inde itinere nocturno, discrimen vitæ adiit, flamma repente^u e sylvis undique exorta,⁵ adeoque omnem comitatum circumplexa, ut Livix



tio Codd. Polit. *Is. atque Antonii. Tandem scribunt Medic. 1.—9* Ita emendant Lambin. ad Corn. Nep. Cim. Salm. Pithi. aliique pro vulg. lect. *luxuriosam et exercitatum*, quam O. fere Codd. tinentur, excepto Memm. qui *laxorios. Urs. correxerat laborios. exercitatumque*, Torr. auctore Lips. conj. *luctuosam*, faventibus Casaub. Scriv. et Ond. *Exercitatum* etiam legitur in Edd. Steph. Ald. *exercitatum* tamen ferri posse Ortwyn. censet ad Horat. Ep. 9. teste Græv.—10 *Eruptione* Periz. Harlem. Edd. Ven. Med. Cald. Bon. Lugd. Junt. Dein *hostium* Cort. Edd. Rom. et *petens* Huls.—1 Hanc emendat. Urs. et Canneg. Misc. Obs. vol. vi. p. 603. quæ comparet in marg. Torr. pro vulg. *item* recepit Ond. probantibus Ern. Wolf. et ita præbet Harlem. Paulo ante *simul* Fouc. ac mox *ab his* Memm. Medic. Voss. Harlem. et Edd. Vett. *hiis* Periz. de more.—2 Præpositionem *per* ignorant Periz. Harlem. Cuj. et O. Edd. Vett. sed ex Memm. Græv. postt. Edd. inseruit et Gron. probantibus Ond. Ern. Bip. Wolf. cum Medic. tr. Polit. Vind. 2. Voss. Fouc.—3 *A Laced.* Medic. 2. Dun. Dein *quæ* pro *quod* habet Periz. cum Edd. O. ante Casaub. et Scriv. Sed *quod* ascripserat Lips. marg. Ed. suæ, suffragantibus Cop. optimo Torr. Medic. 3. Vind. utroque. Etiam *tutelum* Græv. postt. Edd. secutus itidem Casaub. et placet Longol. ad Plin. Ep. x. 86. sed in reliquis Mss. et Edd. *tutela*.—4 *Demandati* Medic. 2. Dun. *demandatis* Harlem. *demandatitiis* Voss. ac pro *inde* Cop. *dein*, Cort. Edd. Rom. *in*.—5 *Orta* Vind.

NOTE

* *Parentum fugæ*] Supra c. 4.

¹ *Tutela*] Hoc est, clientela ; clientum enim tutores ac defensores patrouni. Vide in Augusto c. 16. Lacedæmon sive Sparta nota quondam Peloponnesi civitas : hodie *Misithra*.

^u *Flamma repente*, &c.] Auctor est Thucydides lib. 11. id in montibus plerumque contingere, collis invicem ventorum vi arboribus : quod eleganter describitur a Lucretio lib. 1. 'At sæpe in magnis fit montibus, inquit, ut altis Arboribus vicina cacumina summa terantur Inter se, vali-

dis facere id cogentibus Austris, Donec fulserunt flammai, flore coorto.' Et Manil. lib. 1. vs. 776. 'Sunt autem cunctis permisti partibus ignes ; Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes, Et penetrant terras,' &c. 'Ac silice in dura viridique in cortice sedem Inveniunt, cum sylvæ sibi collisa crematur.' Hoc et in faustum flammæ augurium verti potuerit, ut supra in Augusto c. 66. et 94. et infra c. 14. Poëta originem ejusmodi incendiorum, quæ egregie omnino describitur in Georgicorum vs. 303. pastoribus attribuit.

pars vestis et capilli amburerentur. Munera, quibus a Pompeia, Sext. Pompeii sorore, in Sicilia donatus est,⁶ chlamys^v et fibula,^w item bullæ^x aureæ, durant, ostendunturque adhuc Baiis. Post reditum in Urbem a M. Gallio^y Senatore testamento adoptatus,^z hæreditate adita, mox nomine abstinuit; quod Gallius adversarum Augusto partium fuerat. Novem natus annos^a defunctum patrem pro Rostri laudavit. Dehinc⁷ pubescens Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali equo,^b



1. Statim Vind. 2. cum Cort. dant *aburcerentur*.—6 *Est non legitur in Edd. Rom. id est chl. Cnj. clamis in aliis, clavus Foue. Tum aureæ quæ durant Medic. 1. Cop. Cort. Vind. 2. Mox deest Baiis Dnn. Cnj. et habent Urbe Cort. Edd. Rom.—7 Dein marg. Torr. Mox Exc. Cuj. dant fulali vel sinist. sedens*

NOTE

^v *Chlamys*] Vestis erat militaris una et puerilis, ut testatur Virgilius de Andromache chlamydem Ascanio donante, lib. III. *Æneid.*

^w *Fibula*] Cinguli ornamentum ad vestem subligandam. Virgilius: 'Aurea purpuream subnectit fibula vestem.' Comædorum et tragædorum fibulæ aliud quid erant, de quibus videsis Juvenalem Sat. VI. Martialem Epig. 81. lib. VII. et passim.

^x *Bullæ*] De his in Julio c. 84. Cum autem in plurali numero dixerit 'bullæ,' ideo non pueriles tantum illas intelligit, sed et eas quibus quasi clavorum quorundam aureorum capitibus ornabantur etiam virorum cingula et baltei. Quo sensu Virgilius *Æneid.* IX. dixit: 'Phaleras Rhamnetis et aurea bullis Cingula.' Et lib. XII. in fine: 'Notis fulserunt cingula bullis.' Sic etiam Cicero in *Verrinis* appellat capita quædam clavorum eminentiora, quibus fores adornantur; Verrem enim accusat, qui tales ex valvis templi magnificentissimi detractas abstulerit. Ita et Plautus in *Asinaria Act.* II. Scen. 4.

vs. 20. 'Jussisti in splendorem dari bullas has foribus nostris.'

^y *Gallio*] Supra in Augusto cap. 27. mentio fit cujusdam Gallii, quem Augustus occidi jussit; nnde non mirum hujus fratrem vel gentilem aliquem Augusto adversatum, nec ejus nomen a Tiberio acceptum, quamvis jubente testamenti lege.

^z *Testamento adoptatus*] De his adoptionibus jam supra in Julio c. 8. et Augusto c. ultimo.

^a *Novem natus annos*] Idem officii Juliae aviæ suæ reddidit Augustus duodecim natus annos; idem et de prætextatis quibusdam fertur, sed orationibus quas aliena industria compositas fuisse vel ex hoc uno suspicaris, quod Nero quanquam septimum et decimum ætatis annum attigisset, ut infra in ejus vita c. 8. oratione tamen a Seneca composita laudationem Claudii pronuntiavit, ut patet ex Tacito initio lib. XIII. *Annalium.*

^b *Funali equo*] Turnebo lib. XIV. *Adversariorum* c. 17. funalis equus dicitur, qui extra jugum est et jugali opponitur. Torrentio quivis e-

cum Marcellus^c Octaviæ filius dexteriore veheretur. Præsedit et Actiacis^{8 d} ludis, et Trojanis Circensibus,^e ductor turmæ puerorum majorum. [7.] Virili toga^f sumpta, adolescentiam⁹ omnem, spatiumque insequentis ætatis usque ad principatus initia, per hæc fere transegit: munus gladiatorium¹⁰ in memoriam patris,^g et alterum in avi Drusi, dedit, diversis temporibus ac locis: primum in Foro, secundum in Amphitheatro; rudiariis^h quoque quibusdam revocatis, auctoramentoⁱ centenum millium. Dedit et



eq.—8 *Asticis* Memm. Vatic. cum uno Torr. unde Græv. volebat *Iselasticis*, quod Vossius alleverat quoque marg. Ed. Torr. Alii reponunt *hasticis*, sicut in membb. quibusdam Casaub. *Atticis* Medic. 2. Periz. Cort. Pal. 3. Harlem. duo Torr. aliique, Edd. Rom. sec. Ven. 1. *Acticis* Pal. 1. 2. Huls. Ed. Camp. *Attricis* Medic. 3. *Aticis* Cuj. 'Difficultati, quæ n. l. oritur ex eo, quod præsedisse Tib. ludis dicitur, idemque turmam duxisse, suppleto *fuit* post *major*, facilius medearis resecto et, ut ita legatur: *præs. et Act. lud. Troj. Circ. d. t. p. m.* Baumg. Item præbent Memm. Cuj. et *Trojum*.—9 *Adules*. Memm. Dein *spatiæque* Medic. 2. Cort. Harlem. Periz. et Edd. Vett. excepta Beroald. usque ad Casaub. idque nonnihil placuit Burm. In Cop. deerant *atatis* et *initia*.—10 *Gladiatorum* Cop. Huls. Cort. Periz. Harlem. cum Edd. Vett. præter Bon. Bas. Gryph. seqq. Tum *atque locis* Vind. 1. et loc. Vind. 2.—1 *Rudiariis* Memm. et *convocatis* in Vind. 1. Dein *centum* Edd. Ven. 2. 3. Bon. Bas. Gryph. Plant. *mil. dedit, dedit* Harlem. Edd. Med. Cald. Ven. et probat

NOTE

quus extra jugum positus funalis est, sive a latere sive a fronte, et intelligit hunc a latere jugalis collocatum, quia alter erat ad sinistram, alter ad dextram. Verum si eo modo juncti fingantur, quo quatuor equos rhedis nostratum jungi videmus, et funales duo fuerint, et sinisterior alter, alter vero dexterior. Rem definiunt antiqua numismata, in quibus videntur quatuor equi triumphalium curruum a latere invicem dispositi, nullo præcedente, et in illis sedere solitos triumphantium filios etiam prætextatos. Auctor est Cicero in Oratione pro Murena: et Torrentius profert aurea quædam Augusti numismata, in quibus quatuor junctis ad currum elephantis, quomodo dictum est, totidem pueri insident.

^c *Marcellus*] In Augusto cap. 63.

et 66.

^d *Actiacis*] Quos Augustus in memoriam Actiæ victoriæ quinto quoque anno celebrandos instituit. De qua in Augusto cap. 26. His Tiberius præfuit et incurrit, quod et alias factum ex Plutarcho in Antonio, et infra in Caligula cap. 2. constat.

^e *Trojanis Circensibus*] Vide in Julio c. 39. et Augusto c. 43.

^f *Virili toga*] In Julio cap. 8.

^g *In memoriam patris*] Sic et Cæsar: supra in Julio c. 10. et alii.

^h *Rudiariis*] Rude donatis, de quibus in Augusto cap. 45. et Claudio cap. 21. Quo tempore cæperint amphitheatra, quidve a theatris differant, supra in Augusto cap. 29. 31. 43.

ⁱ *Auctoramento*] Auctorare est mer-

ludos, sed absens :² cuncta magnifice, impensa matris ac vitrici.^k Agrippinam, M. Agrippa genitam,³¹ neptem Cæcili ⁴ Attici ^m Equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolæ,⁵ duxit uxorem: sublatoque ex ea filio Druso, quanquam bene convenientem, rursusque⁶ gravidam, dimittere, ac Juliam, Augusti filiam, confestim coactus est⁷ ducere : *^o non sine magno angore animi, cum et Agrippinæ consuetudine teneretur, et Juliæ mores improbaret; ut quam sensisset sui quoque sub prioro marito appeten-



Walker. ad Cic. de Nat. Deor. III. 21. addicente Cod. Regio.—2 *Et abs.* Fouc. Mox pro *cuncta* dant Polit. Dun. Cop. *agnita*, Cuj. *agnita*, Medic. 1. *cognita*. Deest hæc vox Edd. Rom. Etiam *vitrici* uterque Vind. Harlem. Cort. Edd. Med. Cald. Ven. Ald. pluresque.—3 Desunt *M. Agr.* gen. Dun. et Cuj.—4 Ita Mss. O. Torr. alique. *Cæcili* Medic. 1. 3. *Pomponii Att.* Harlem. Periz. Vind. 2. Cort. et Edd. Vett. præter Steph. Casaub. et recentt. E glossa fuisse docent VV. DD. *Pompeii* Ed. Camp.—5 Verba *ad q. s. C. e.* e glossemate profecta Baumg. videntur.—6 Sic Medic. Vind. Cort. Fouc. et Burm. O. cum Edd. Vett. Al. *rursumq.*—7 Abest verbum a Memm. Medic. 3. Dein *langnore* præter tres Torr. Periz. Harlem. est in Vind. 1. Cort. Edd.

NOTÆ

cedem præmiumque pro opera pacisci; et auctorati ludo, dicuntur obligati et astricti, qui suam in ludos operam elocabant; et auctoramentum merces est, seu potius obligatio alicujus rei faciendæ sub conditione certæ mercedis. Rudarii igitur illi gladiatores revocati sunt a Tiberio, promissis centum millibus sestertiorum, hoc est, 4375 lib. quia peritiores erant, et hac parte celebriores ludos effecturi, ut et de Cæsare: supra in Julio c. 26.

^k *Vitrici*] Augusti scilicet, qui Liviam ejus matrem conjugem habebat. In Augusto c. 8.

¹ *Agrippinam, M. Agrippa genitam*] Vipsaniam illam appellat Tacitus 1. Annal. Hic tres uxores habnerat, neptem illam Attici, conciliante Antonio Triumviro, Marcellam, et Juliam, de quibus in Augusto c. 63.

^m *Cæcili Attici*] Hic est ille Pomponius Atticus, qui Cæcili nomen ab avunculo adoptatus accepit, quamvis priore natior fuerit. Doctissimus una et politissimus ille Pomponius, cujus vitam scripsit Cornelius Nepos.

ⁿ *Ciceronis epistolæ*] De quibus Seneca Epistola 21. ‘Nomen Attici perire Ciceronis Epistolæ non sinunt. Nihil illi profuisset gener Agrippa, Tiberius progener, et Drusus Cæsar nepos (Tiberii nempe filius, de quo hoc capite) inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset.’

^o *Coactus est ducere*] Vide causas in Augusto c. 63. Dimissa a Tiberio Vipsania, Agrippina nupsit Asinio Gallo Pollionis filio, Virgilii quoque operibus claro, ut supra notatum est in Julio.

* A. U. C. 744.

tem, quod sane etiam vulgo⁸ existimabatur. Sed Agrippinam et abegisse post divortium doluit; et semel omnino ex occurso visam adeo contentis⁹ et tumentibus^p oculis prosecutus est, ut custoditum sit, ne unquam in conspectum ejus¹⁰ posthac veniret. Cum Julia primo concorditer et amore mutuo vixit: mox dissedit,¹ et aliquanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret, intercepto² communis filii pignore, qui Aquileiæ^{3 q} natus infans extinctus est.* Drusum fratrem^r in Germania amisit, cujus corpus, pedibus toto itinere prægrediens, Romam usque pervexit. [8.] Civilium officiorum^s rudimentis regem Archelaum,^t



Rom. Med. Ven. Cald. Bon. V. cap. 49.—8 Hoc ord. reposuit Oud. jubentibus Medic. Polit. Vind. Cuj. Voss. quibus accedit Dun. *Vulgo etiam* in aliis. Edd. Rom. et marg. Torr. r. *extim. etiam*. Mox Cort. et Edd. Rom. *caerent et post Agripp.*—9 Mallet Baumg. *intentis*. Dein *contumentib.* duo Torr. Cort. et Reg. Cod. a Burm. visus, cum Edd. Rom. In alio Reg. *contentis oculos secutus est*. Periz. *connientibus et tum*, unde *conniventib.* quidam legunt. J. Nic. Loënsis scribend. putavit *trementibus*, in Misc. Ep. iv. 26. Nic. Heins. *uventib.* vel *humentibus* conjiciebat, quod et Lips. placuit. In Fouc. *persecutus* sequitur.—10 *Ei* Menm. Cop. *conspectu* Cort. Edd. Rom. *in aspect. ei* Fouc.—1 Burm. quærit an *discessit* in aliquo Cod. extet. Certe Fouc. *discedit* habet. Mox *etiam* deest Cort. Edd. Rom.—2 *Interempto* Cop. Tum Baumg. vellet *communi*.—3 *Aquilegiæ* Vind. 2. Edd. Ven. 1. Lugd. Junt. Arg. *Aquileis* Harlem. Cf. Aug. cap. 20. In fine Cap. *progređ.* exhibent uterque

NOTÆ

^p *Tumentibus*] Hoc est prominentibus, quales dolentum esse solent. Quidam legunt *conniventibus*, quo longe diversus fieret sensus. 'Contentis' autem dixit pro defixis, obtutu quodam firmo. Quo sensu Virgilius l. xii. Æn. v. 74. 'Illum turbat amor, figitque in virgine vultus.'

^q *Aquileiæ*] Hodie *Aquilegia*, Venetæ ditionis.

* A. U. C. 735.

^r *Drusum fratrem*] Consulem anno U. C. 745. de quo adhuc infra Claud. c. 1.

^s *Civilium officiorum*] Rudimenta hæc fuerunt causarum agendarum

tirocinium, quod vulgo auspicabantur vel defensione, ut hic, vel accusatione quadam, ut de Cæsare supra in ejus vita c. 4. Vide et August. c. 26.

^t *Archelaum*] Fuit quidam ejus nominis rex Cappadociæ, qui Actiaci belli temporibus Augusti contra Antonium partes amplexus est. Huic quid rei fuerit, haud reperio. Fuit et alter Herodis in Judæa successor, accusatus quidem ante Augustum, sed præsidente Caio nepote, Nicolao autem, non Tiberio, defendente. Auctore Josepho lib. xvii. Antiquit. Jud. c. 11.

Trallianos,^{4 u} et Thessalos,^v varia quosque de causa, Augusto cognoscente, defendit. Pro Laodicenis,^{5 w} Thyatirenis,^x Chiis,^y terræ motu afflictis, opemque implorantibus,⁶ Senatam deprecatus est. Fannium Cæpionem,^z qui cum Varrone Murena in Augustum conspiraverat, reum majestatis apud judices fecit,^{7 a} et condemnavit.^b Interque hæc duplicem curam administravit, annonæ, quæ arctior inciderrat, et repurgandorum tota Italia ergastulorum,^c quorum domini in invidiam⁸ venerant, quasi exceptos supprimerent, non solum viatores, sed et quos sacramenti^d metus⁹ ad hujusmodi latebras compulisset. [9.] Stipendia prima^e expeditione Cantabrica^{* f} Tribunus militum^g fecit: dein,¹⁰



Vind. Cort. Edd. Rom.—4 *Tracilianos* Medic. 1. 3. Vind. 2. Pal. tr. Cop. *Trachilianos* Cuj. *Thralianos* Cort. *Trailinos* Dnn. *Tralianos* Harlem. Edd. Ven. Med. Cald. Mox quoque Vind. 1. cum Edd. iisdem.—5 *Laudicens*. Harlem. Ven. 1. Dein *Chois* Ven. 2. 3.—6 *Deplorantib.* Vind. 1. et *precatus* Cort. Edd. Rom. Item *Fannium* Vind. 1. et *Cepion*. aliquot Mss. Contra Edd. multæ, etiam Casaub. Græv. Burm. *Murena*.—7 *Fecerat* Vind. 1. Tum in Cuj. *duplicemque curam*.—8 Habet Fouc. *diu invidiam*. Pro *viatores*, Vind. 1. *majores*.—9 *Sacr. causa met.* Periz. sed subnotata voce *causa*. Postea *ejusmodi* Memm. Cuj. Fouc. Medic. tr. et Exc. Voss.—10 Vulgo excuditur

NOTE

^u *Trallianos*] Tralles sive Trallis, urbs Lydiæ, hodie *Chora*.

^v *Thessalos*] Thessalia Macedonia pars, hodie *Lamina*, aliis *Thumenes-tria*, et *Comenolitari* aliis.

^w *Laodicenis*] Laodiceæ plures: alia in Cœlesyria ad montem Libanum, hodie *Lizza* et *Liche*: alia quæ in Syria littorali: tertia in Lydia, hodie *Laudichia*.

^x *Thyatirenis*] Thyatira, hodie *Tire*, in Lydia quoque.

^y *Chiis*] Chios, hodie *Scio*, insula maris Icarii.

^z *Cæpionem*] August. c. 29.

^a *Reum majestatis apud judices fecit*] De illis intellige qui quæstiones exercebant, de quibus in Julio cap. 12. Reum faciebant accusando, his verbis: 'Aio tale crimen admissum a

te: v. g. Ciceronis apud Prætorem, cum Verrem accusaret: 'Aio spoliatus a te Siculos.' Quod si negarent, tunc tempus ad inquirenda crimina petebatur.

^b *Condemnavit*] Hoc est, reum pergit, seu esse probavit.

^c *Ergastulorum*] De his in Augusto cap. 32.

^d *Sacramenti*] Vide cœrcitionis modum, quo Augustus militare sacramentum detrectantes plectebat. In Augusto c. 24.

^e *Stipendia prima*] Militiæ tirocinium. De stipendiis in Julio c. 26.

* A. U. C. 728.

^f *Cantabrica*] In Hispania, c. 20. et 21.

^g *Tribunus militum*] De hoc munere in Julio c. 5.

ducto ad Orientem exercitu,* regnum Armeniæ^b Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Recepit et^c signa, quæ M. Crasso ademerant Parthi.^d Post hæc Comatam^e Galliam anno fere rexit, et barbarorum incursionibus, et principum discordia^f inquietam. Exin^g Ræticum Vindelicumque^h bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rætico atque Vindelico gentes Alpinas; Pannonico Breucosⁱ et Dalmatas subegit; Germanico quadraginta^j millia^k dediticiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus^l assignatis collocavit. Quas ob



deinde d. ante Oud. qui repositus *dein*, auctoritate Memm. Medic. 1. 3. Vind. Cop. Cort. Cuj. Voss. et Edd. Rom. astipulante Fouc. qui supèrius habet *tribunis*. Burm. conj. *dein deducto*.—1 Desunt *recep.* et Ed. Lugd. In Periz. Vind. 2. *recepitque*. Tum *post hoc* Memm. Medic. 2. Polit. Vind. 1. Voss.—2 *Discordiis* Fouc. Mox *inquietatam* conj. Boxh. uti edidit Junk.—3 Ita Memm. Medic. Polit. Voss. Cop. Huls. Pal. 1. Dnn. Fouc. cum Edd. Bon. Ven. 1. Lugd. Junt. Arg. Steph. *Alia ex hinc*, Vind. 2. *ex hin*, Vind. 1. *et hinc*, Pal. 3. et 2. (qui *Creticum*) dant *exinde*.—4 *Brennos* Medic. 2. Cort. Fouc. Dun. Viterb. Lisl. Pal. 3. Periz. Harlem. Vind. 2. in marg. cum Edd. prinis. *Brenios* Vind. 1. Polit. Ed. Mediol. tert. *Breunos* Voss. Ed. Ald. et Mss. Torr. *Brenos* Bon. Paris. *Breucos* Huls. *Breuntes* Vind. 2. Legit *Brentos* Lindenb. ad Warnef. de Gest. Long. 11. 3. *Breunte* Pal. 1. *Breucos* Pal. 2. et membb. Casanb. *Breucos* tuentur Memm. Pith. Cuj. probantibus Torr. Oud. alisque. *Dein Dalmaticas* Cort. Edd. Camp. Ven.—5 In quibusdam Codd. CX. legitur. Cf. Entrop. l. vii. c. 9. Mox *dediticiorum* Medic. 3. cum Edd. Ven. 1. Lugd. Junt. Ald.—6 *Sedibusque* Vind. 2. *edibus* Medic. 3.

NOTE

* A. U. C. 734.

^b *Armeniæ*] Memorat hoc et Horatius, Epistola ad Iccium lib. i. ‘*Cantaber Agrippæ, Claudii virtute Neronis Armenius cecidit.*’ Agrippa recrudescentibus novis semper Cantabrorum defectionibus denique finem imposuit. Infra c. 41.

^c *Parthi*] In Augusto cap. 21. Addit Horatius loco modo citato, ‘*jus imperiumque Pbraates Cæsaris accepit genibus minor.*’

^e *Comatam*] Excepta Narbonensi Gallia reliquam continet. De hujus divisione supra in Julio c. 25.

^g *Ræticum Vindelicumque*] Augusti auspiciis gestum est, ut supra in Au-

gusto c. 21.

^m *Breucos*] Torrentius et Casaubonus in omnibus suis Mss. varie legebant *Brennos, Breunos, Breucos*. Brenorum meminit Horatius Ode 14. lib. xiv. sed de gentibus Alpinis loquitur, et de Vindelico bello. Breucorum meminere Ptolemæus et Plinius lib. iii. cap. 25. et Pannonicis annumerant; unde retenta est vulgatio lectio. Carniolam aut regiones finitimas habitabant; eos enim circa Saum fluvium Plinius collocat.

ⁿ *Quadraginta millia*] Ii esse videntur dediticii, de quibus in Augusto c. 21.

res, et ovans, et curru^o Urbem ingressus est,⁷ primus, ut quidam putant,^p triumphalibus ornamentis honoratus,⁸ novo nec antea cuiquam tributo genere honoris. Magistratus et maturius inchoavit, et pæne junctim percurrit⁹ quæsturam,^{*q} præturam,[†] consulatum :[‡] interpositoque tempore Consul¹⁰ iterum || etiam tribuniciam potestatem[†] in quinquennium accepit. [10.] Tot prosperis confluentibus, integra ætate ac valetudine,[†] statuit repente secedere,[§] seque e medio quam longissime amovere: dubium, uxorisne tædio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra

//////////

—7 Burm. corrigend. putat *q. o. r. et ovans, sed curru, u. i. e.* vel *Et ov. et cur. u. i. est, et pr. u. &c.* Dein malebat Torr. ex nno Cod. *prius*, cui accedit Medic. 3. probante Wolf.—8 *Ornatus* Periz. Harlem. Cort. Edd. Rom. Med. Cald. Ven. Bon. et de more *inchoav.* Vind. 1. *inchoav.* Vind. 2.—9 Sic præbent Memm. Edd. Erasm. Gryph. Torr. Græv. consentientib. Medic. Polit. Vind. 1. Voss. cum uno Pulm. aliisque. Burm. tamen servat vulg. lect. *percurrit.* Etiam *junctum* in Cnj.—10 Pitisc. edidit *consulatum* contra Mss. et Edd.—1 Post *valet.* addunt *prospera* Edd. Bas. Gryph. Plant. sed ignorant

NOTÆ

^o *Ovans, et curru*] De ovatione supra c. 1. De triumphis Augusti et ejus orationibus, in Augusto c. 22. Quod autem hic addit 'et curru,' videtur de tertio quodam triumphandi genere intelligendum, ab ovatione et triumpho majore diversum. Velleius enim lib. II. cap. 121. de Pannoniis Dalmatisque justum triumphum egisse dicit; tum capite 122. 'Quis enim dubitare potest, quin ex Armenia recepta et ex Rege ei præposito, &c. ovans triumphare debuerit; et Vindelicorum Rhætorumque victor curru Urbem ingredi?' Quæ tria narrare videtur ut diversa.

^p *Primus, ut quidam putant*] Torrentius in veteri codice legit *prius*, et retinendum censet, ut sit sensus, concessa jam Tiberio hæc ornamenta, antequam ovasset aut triumphasset, non autem illi omnium primo. Certe supra in Augusto c. 38. triginta duobus ea Augustum indulsisse retulit;

unde parum verosimile est, adolescente tunc temporis Tiberio, priorem nullum exitisse, eoque magis quod Dio auctor sit, ea non illi, sed Agrippæ, primo concessa fuisse. Quia tamen Suetonius dubitanter id refert, vulgata lectio retinenda videtur.

* A. U. C. 731.

^q *Quæsturam*] De his magistratibus supra in Julio c. 6. et 14. Hic ædilitatis nulla mentio; quæ tamen, stante Republica, gradus ad præturam fuit. Sed hæc leges jam evanescebant, junctim siquidem eos magistratus gessit, quæ nonnisi interposito aliquo tempore, singuli poterant obtineri.

† A. U. C. 737.

‡ A. U. C. 741.

|| A. U. C. 747.

[†] *Tribuniciam potestatem*] De hac in Augusto c. 27.

§ A. U. C. 748.

perferre² posset; an ut, vitato assiduitatis fastidio,³ auctoritatem absentia tueretur, atque etiam augetet,⁴ si quando indignisset sui Respublica. Quidam existimant, adultis jam Augusti liberis,⁵ loco et quasi³ possessione usurpati a se diu secundi gradus sponte cessisse, exemplo M. Agrippæ,⁶ qui, M. Marcello ad munera publica admoto,⁴ Mytilenas abierit; ne aut obstare, aut obtrectare præsens videretur. Quam causam et ipse, sed⁵ postea,⁶ reddidit. Tunc autem honorum satietatem ac requiem laborum prætendens, comœtatum petiit.⁷ Neque aut matri suppliciter⁶ precanti, aut vitrico,⁸ deseri se etiam in Senatu conquærenti, veniam dedit. Quin et pertinacius retinentibus, cibo per quadriduum abstinuit. Facta tandem abeundi⁷ potestate,

//////////

Mss. delevitque Torr.—2 Probat ferre Torr. ex uno suo Ms.—3 Loco qu. et Periz. Cort. Edd. Camp. Sabell. Med. Cald.—4 Amoto Periz. et abiit Vind. 2. Tum obtrect. aliquid pr. dant Edd. Ven. 2. 3. Med. et seqq. usque ad Casaub. qui aliquid eiecit, eumque secuti sunt Scriv. Græv. Gron. faventibus Codd. O. obtractare Ed. Camp. Lips. correxerit æmulari. Ven. 1. caret hoc verbo et tantum habet ne aut obst. præsens. Conj. Burm. obtrectare alicui vid.—5 Mallet Torr. τὸ sed abesse. Postea bonorum Cop. Camp. et petit Medic. 1.—6 Simpliciter Harlem. Periz. a m. pr. Cort. Edd. Ven. Med. Cald. Tum vitrico Vind. 2. Periz. in Sen. desunt Vind. 1.—7 Abeunti Harlem. qui mox nec verbo cum Huls. Medic. 2. 3. Periz. Dun. et Edd. Vett. quidem abest Vind. 1.

NOTÆ

* *Assiduitatis fastidio*] Vel quo ipse tenebatur propter officia Augusto exhibenda, vel in quod ipse poterat incidere, assiduitate satietatem pariente. Quo sensu Livius de Scipione dixit: 'Decimum jam annum assiduus in oculis hominum fuerat. Quæ res minus verendos magnos homines ipsa satietate facit.' Quo et consilio Augustum in Gallias abiisse, Dio notat in Actis anni 738. Quibus accedit, quod assidua illa præsentia magis aperiantur cujusque vitia.

⁴ *Augetet*] Qui enim e longinquo ad opem ferendam evocatur, longe majus beneficium conferre videtur, quam qui singulis diebus copiam sui

faciat.

⁵ *Augusti liberis*] Caio et Lucio, de quibus supra in Augusto, adoptione quidem liberis, natura vero nepotibus. Idem et Velleius et Tacitus Annal. 1.

⁶ *Agrippæ*] In Augusto c. 66.

⁷ *Postea*] Refertur ad expletum potestatis tribuniciæ tempus.

⁸ *Comœtatum petiit*] Hoc est, temporariam secedendi veniam; quemadmodum enim milites a castris sine permissu abesse non poterant, ut infra c. 12. ita nec Magistratus ab Urbe, ut ex hoc loco et infra Calig. c. 29. colligitur.

⁹ *Vitrico*] Augusto, ut supra c. 7.

relictis Romæ uxore et filio, confestim Ostiam descendit;² ne verbo quidem cuiquam prosequentium^a reddito, paucosque⁸ admodum in digressu exosculatus.^b [11.] Ab Ostia oram⁹ Campaniæ legens,^c imbecillitate Augusti nuntiata, paulum substitit. Sed increbrescente¹⁰ rumore quasi¹ ad occasionem majoris spei commoraretur, tantum non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit,² amœnitate et salubritate insulæ^d jam inde captus, cum ad eam ab Armenia rediens appulisset. Hic modicis contentus ædibus,^e nec multo laxiore suburbano,^e genus vitæ civile^f admo-

^d *Verum cum fama inualesceret, eum consistere velut ad captandam occasionem majoris expectationis, Rhodum evasit ferme invitis tempestatibus.*

//////////

—8 *Paucos sine que* Edd. Junt. Ald. Steph. Arg. Dein *exosc.* restituit Oud. cum Burm. Wolf. pro vulg. *osculat.* omnium Mss. et Edd. Vett. auctoritate. —9 *Ab Host. horam* Harlem. et hic et supra *Host.* plerique Codd. et Edd. Mox *annunciata* Vind. 1. *paululum* Cort. Edd. Rom. Ven. Med. Cald. Bon.—10 Burm. ex Harlem. Cop. et Edd. Casaub. priorib. revocavit *sed et incr.* Agnoscit copulam etiam Vind. 1. sed supervacaneam judicant Torr. Oud. Quædam edd. habent *increbesc.*—1 *Quantvis* Vind. 2. Burm. e Cop. malebat *maj. rei com.* Vulg. defendunt Oud. Ern. Baumg.—2 *Navig.* Vind. 2. *Tum inde rap-*

NOTÆ

² *Ostiam descendit*] Urbs est ejusdem etiamnum hodie nominis, ad ostia Tiberina.

^a *Prosequentium*] De hoc prosequendi Magistratus abeuntes officio, supra in Julio c. 71. et alibi.

^b *Exosculatus [osculatus]* Tam frequentia erant apud Romanos oscula, ut obvios modo levi familiaritate junctos oscularentur, ac potissimum per ego proficiscentes, ut etiam lege peculiari Tiberius modum ipsis posuerit, ut infra cap. 34. De jure osculorum, Claud. c. 26.

^c *Legens*] De hoc verbo supra in Augusto c. 16.

^d *Amœnitate . . . insulæ*] Quæ ab aliis quoque antiquis multum commendata est: ideo Soli sacratam illam dicebant, et in ea auro pluisse cauit

Pindarus, de qua et Horatius Ode 7. lib. 1. Strabo lib. XIV. Rhodiorum urbem omnibus aliis anteposit, et successui aptissimam antea censuerunt et alii, ut docent Bruti et Matii ad Ciceronem Epistolæ, quorum postremus, 'Mihî quidem,' ait, 'si optata contingant quod reliquum est vitæ, in otio Rhodi degam.' Lib. XI. Epist. 28. in fine.

^e *Suburbano*] Hoc est villa, quam prope civitatem emerat. Vide in Augusto cap. 6.

^f *Genus vitæ civile*] Privati et civis instar, utpote qui, Tribunnicia potestate licet exornatus, lictores tamen, et alia Romani Magistratus insignia, non haberet. De civilitate in Augusto c. 51. et infra non semel, et in Julio c. 65.

dum instituit, sine lictore aut viatore gymnasia³ interdum obambulans, mutuaque cum Græculis officia usurpans, prope ex æquo. Forte quondam⁴ in disponendo die⁵ mane prædixerat, quicquid ægrorum⁵ in civitate esset, visitare se velle: id a proximis aliter exceptum:^{6h} jussique sunt omnes ægri in publicam porticum deferri, ac per valetudinum genera¹ disponi. Percussus⁷ igitur inopinata re, diu quid ageret incertus, tamen⁸ singulos circuit;



tus Cuj. et heic Edd. Casaub. Scriv. Græv. Gron.—3 Sic cum uno Torr. Memm. et Edd. Camp. Lugd. reposnere Casaub. Græv. Oud. et Baumg. Alii tucntur *gymnasio* cum Mss. et Edd. tantum non omnibus. Mox in Vind. 1. *off. occupans*.—4 Ita exhibent Memm. Cop. Harlem. Medic. Polit. uterque Vind. Torr. Fouc. Dun. cum Edd. Vett. præter Rom. Ald. Steph. Lugd. *quæ quodam* dant. Græv. conj. scribend. *quadam*. Deest forte Edd. Bon. Sabell. Med. Cald.—5 Emendat Tan. Faber, *librorum*, Græv. *Græiorum*, Burm. *equorum*. Torr. placet *agrorum*, quod exhibet unus ex suis Codd. cum Vind. 1. et Ed. Paris. et olim Lips. Ms. suo ascripserat. *Ægrotorum* Pal. unus, reliqui tucntur vulg. *agrorum*, quod vendicant Oud. Ern. Habet Memm. *vitare se*. Paulo ante in Dun. *prædixerant*.—6 In Edd. quibnsdam *except. est*, sed delevit Burm. e suis Mss. et Edd. Vett. nec comparet in Medic. 2. 3. utroque Vind. Memm. Cort. Fouc. Voss. aut nulla Ed. ante Bas. Dein *agri* Vind. 1. et in *publicum* Harlem. Edd. Camp. Ven. 1.—7 Oud. et Ern. videtur rescribend. *percussus*, assentiente Ruhnk. invitis tamen Mss. Pro igitur habent ergo Medicei Harl. Periz. Fouc. et Edd. O. Vett. usque ad Casaub. excepta Camp. Recepti et Burm. Dein *inopina* Medic. 1. Vind. 1. Cop. *inopine diuque* Huls. *diuque* præbent item Medic. 3. Fouc. (qui superius, *ut per val.*) probatque Oud.—8 Ita Harlem. Dun. aliique codd. cum Edd. Vett. fere O.

NOTÆ

⁵ *Disponendo die*] Hoc est dividendi diei cujusdam occupationibus et curis, quod diligentissimis quoque factitatum est, ut sui sibi temporis ratio constaret.

^h *Aliter exceptum*] Aliter nempe ac ipse Tiberius sentiebat; circumstantes enim existimavere id eo consilio dici, ut id quod factum est, aut tale quid faciendum innueret, ut commodo suo magis consuleretur; quæ tamen ejus mens non erat, sed contra singulos domi invicere. Explicationem hanc probabiliozem facit Velleii auctoritas; hic enim lib. 11. c. 114. hanc ipsam Tiberii in ægrotos alios humanitatem laudat. Quod si verba, non sensum aliter acceptum velis,

probabilior videtur Salmasiani codicis lectio, *vitare*, quam Torrentiani, *agrorum*; quamvis enim Latine diceretur, visitare agros, quod paulo videtur infrequentius, vero tamen simile non fit, in Urbe frequentissima agrorum tantum fuisse: cui accedit quod et aliorum Principum laudata reperitur eadem in ægros comitas, ut de Hadriano Spartianus, de Trajano et Gratiano Ausonius in Panegyrico, et de ipso Tiberio Dio lib. LVII. Quod notavit Torrentius, quamquam *agrorum* legere malit.

ⁱ *Valetudinum genera*] Secundum varias morborum differentias: ut uno v. g. loco podagri simul omnes, alio febricitantes, &c.

excusans factum⁹ etiam tenuissimo cuique, et ignoto. Unum hoc tantummodo, neque præterea quicquam notatum est, in quo exercuisse¹⁰ jus tribuniciæ potestatis visus sit. Cum circa scholas et auditoria professorum assiduus¹ esset, moto inter antisophistas^k graviore jurgio, non defuit, qui cum intervenientem, et quasi studiosiorem partis alterius,² convicio incesseret. Sensim itaque regressus domum, repente cum apparitoribus¹ prodiit, citatumque pro tribunali, voce præconis, conviciatorem rapi³ jussit in carcerem. Comperit deinde, Julianam uxorem ob libidines atque adulteria damnatam, repudiumque^m ei suo nomine, ex auctoritate Augusti, remissum: et quanquam lætus nuntio,⁴ tamen officii duxit, quantum in se esset, exorare filiæ patrem frequentibus literis, et vel⁵ utcumque meritæ, quicquid unquam donoⁿ dedisset, concedere.^e Transacto

^e *Et quamvis gauderet tali nuntio, tamen existimavit esse officium civilis animi, flectere Augustum in gratiam filiæ per crebras epistolas, et huic relinquere quantumque donu a se unquam accepisset, quasi quodammodo iis etiam digna fuisset.*



ante Casaub. qui ex libris duob. Torr. recepit tandem, quem secutus Græv. accedentibus Vind. Cort. Huls. Pulm. Ed. Camp. ac marg. Mediol. pr. Revocavit illud Burm. In Medic. 3. Vind. 2. Cort. circumit. Vind. 1. circuit, Ed. Torr. circuit.—9 *Factum ignorant* Cuj. Dun. Dein *eniquam* Edd. Rom. Non legitur *tantummodo* in Memm. et in Medic. tr. utroque Vind. Voss. Cuj. Huls. Fonc. Dun. exaratur solum modo, quod verum putat Ond. *nec pr.* Vind. 2.—10 Pithæi Mss. teste Casaub. habent *ex servis ejus*, unde legit *exservisse*, et ita reposuit Grut. ex Pal. 2. probante Buchn. ad Plin. VIII. ep. 7. suffragantibus Medic. 3. Polit. Cuj. Dun. Tum *visus est* Edd. Rom.—1 *Assidue* Edd. Junt. Ald. Steph. In Bon. Paris. *orto pro moto*, in Ven. 2. 3. *noto*, unde conj. Burm. nato. Ceterum *sophistas* in Vind. 2.—2 *Part. adversæ* Periz. a m. pr.—3 *Capi* Fonc. Mox *libidinem* Vind. 2. In Edd. Rom. *et adult.* Cort. Ed. Rom. sec. *condemnatam*.—4 Ita præbent Mss. O. et Edd. ante Casaub. qui mutavit in *animo*, quod recepit cum aliis Schild. Dein *patr. fil.* unus Torr. Sunt qui verbum *filiæ* commodius abesse putent.—5 *Suspectum est* rel Ern.

NOTÆ

^k *Antisophistas*] Eo vulgo sophistæ differunt a philosophis, quo adulterinum a sincero. Hic antisophistæ sumti videntur simpliciter pro philosophis illis Rhodiis opposita docentibus; quod enim Tiberio ab altera parte stanti conviciatus ille fuerit, certe innuit ejusdem generis, sed di-

versæ sententiæ fuisse disputantes, potius quam philosophos veros contra fallaces.

¹ *Apparitoribus*] Ministri sunt, quibus accusati evocabantur ad respondendum; quod 'citare' etiam dictum est. De his supra in Augusto cap. 14. Unde rei 'comparere' dicuntur.

autem tribuniciæ potestatis tempore,⁵ confessus tandem, nihil aliud secessu devitasse se,⁶ quam æmulationis cum Caio Lucioque suspicionem, petiit, ut sibi securo jam ab hac parte, corroboratis hiis, et secundum locum facile tutantibus,⁷ p^rmitteretur revisere necessitudines, quarum desiderio teneretur.⁸ Sed neque impetravit: ultroque etiam admonitus est, dimitteret⁹ omnem curam suorum, quos tam cupide reliquisset. [12.] Remansit ergo¹⁰ Rhodi contra voluntatem; vix per matrem consecutus, ut ad velandam ignominiam, quasi legatus ab¹ Augusto, abesset. Enimvero tunc non privatum modo, sed etiam obnoxium² q



—6 *Devitarisse* Vind. 1. se deest Cuj. ac suprascr. in Medic. 2. Dein *petit*, ut passim, Memm. Huls. Medic. 1. 3. et *sec. ab*, omisso *jam*, Fouc.—7 *Curantibus*, e Viterb. et Ed. Rom. sec. dederat Casaub. et e Pal. 1. Grut. Accedit Vind. 2. a m. pr. sed in marg. *tutant*. quod defendunt Scriv. Gron. Burm. aliique, Codd. juvantibus plurimis.—8 *Tereretur* Huls. Tum *ultroq.* non idoneum sensum admittere pronuntiat Boxh. conjiciens *ultra quæ*.—9 *Dimittere* legitur in Mss. Pulm. Burm. utroque Vind. et Edd. Vett. præter Bas. Gryph. Plant. Torr. Casaub. seqq. habentque Memm. Medic. duo, Cort. Voss. Camp. In Medic. 1. Polit. *ut dimitteret*.—10 *Igitur* omnes Medic. cum Cuj. Fouc. Dun.—1 *Exulat ab* a Memm. Pal. 1. Voss. et abjiciendum duxit Wolf. præenute Lips. Torr. ex uno Cod. præfert *legatus Augusti*, probatque Grut. Mox *et enim*. Medic. 3. Tum *privatim* Ed. Camp. In opt. Torr. *priv. modo se, sed*.—2 *Obnox.* se in marg. Edd. Bas. Gryph. aliarumque, sed rectius abesse

NOTÆ

^m *Repudiumque*] Fiebat enim inter absentes, misso libello, quem ideo libellum repudii dicebant.

ⁿ *Dono*] De iis intelligit quæ Tiberius aliquando Juliæ dederat, quia delicatum omnem cultum huic ademptum dixit, supra in Augusto cap. 65. Aut etiam de iis, quæ repudiata propter adulterium uxor invito marito servare non poterat: quod a Tiberio libenter factum videtur in memoriam prioris illius concordiæ, de qua supra c. 7. locutus est: nec referendum ulatenus videtur ad donationes inter virum et uxorem.

† A. U. C. 752.

^o *Tribunicia potestatis tempore*] Quinquennio scilicet, ut in fine præcedentis. Hinc patet, Tribuniciam illam

Delph. et Var. Clas.

potestatem eam non fuisse, qua Tribuni plebis, stante Republica, fruebantur: hi siquidem, ut constat ex Dionysio Halicarnasseo et Livio, suam potestatem extra Urbem non exercebant.

^p *Tutantibus* [*Curantibus*] Beroaldus ac nonnulli codices, quos inter Memmianns, legunt *tutantibus*, alii *curantibus*. Hoc servavit Casaubonus, quod vox ea Sallustio et Tacito familiaris est, quanquam certe *tutantibus* tueatur Terentii et Ciceronis auctoritas, non uno in loco.

^q *Obnoxium*] Hoc est, alicujus culpæ vel suspicionis causa invisum aut minus gratum: quo sensu dictum est supra in Julio c. 14. cavisse Senatores, ne homini obnoxio assiderent.

Sucton.

2 E

et trepidum egit, mediterraneis agris abditus, vitansque præternavigantium officia, quibus frequentabatur assidue, nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam,^r quin deverteret^s Rhodum. Et accesserunt majoris^t solitudinis causæ. Namque privignum Caium,^s Orienti præpositum, cum visendi gratia trajecisset Samum,^t alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lollii, comitis et rectoris ejus. Venit etiam in suspicionem, per quosdam beneficii sui^u Centuriones, a^s commeatu^v castra repetentes, mandata ad complures dedisse ambigua, et quæ tentare singulorum animos ad novas res viderentur. De qua suspitione certior ab Augusto factus, non cessavit efflagitare aliquem, cujuslibet ordinis,^w custodem factis atque



docet Burm. Etiam *trepidum* Cop.—3 Vulgo *divert.* illud reposuit cum Mss. Burm. *diverteretur* Vind. 2. Cort. Cuj. Edd. Rom. *deverteretur* Groslotii cod. et ita legit Heins. ad Ovid. Am. II. 6. 9. ubi typographi vitium esse credat Ond.—4 *Magne soll.* Vind. 1. Cort., Camp. Item *privignium* Periz. in marg. et *Lolii* Mss. aliquot et Edd. Vett.—5 Mallet Torr. præposit. a ab-

NOTÆ

Varios hujus vocabuli significatus fusc prosecutus est Gellius c. 17. lib. VII.

^r *Quoquam*] In transmarinas regiones, Asiam v. g. vel Africam, &c.

^s *Privignum Caium*] Ideo Tiberii privignus dicitur, quia Juliae uxoris Tiberii filius erat ex Agrippa priore marito, ut supra in Augusto c. 66. et alibi.

^t *Samum*] Insula est maris Icarii, etiam hodie *Samo*. Contra omnino Velleius lib. II. c. 101. refert Caium venisse ad Tiberium. Suetonio astipulatur Dio; sed in Chium insulam, non Samum obviam ivisse dicit.

^u *Beneficii sui*] Beneficiarios indicat; sic enim ii dicti sunt, quos Imperatores vel provinciarum rectores, aut etiam Tribuni militum promovebant ad altiores militiæ gradus, sed ea semper conditione, ut ea successoribus rata non essent, nisi triginta

diebus post redditas rationes; quin et eorum nomina in ærarium referabantur, unde 'referre in beneficiis ad ærarium.' De militibus ejusmodi Vegetius lib. II. c. 7.

^v *A commeatu*] Præpositio 'a' sumitur hic pro præpositione post, ut sit sensus: Centuriones illos in castra revertentes explevisse commeatus concessi tempus: commeatus enim significat tempus illud quod Imperator indulget militi vel centurioni, ut sine culpa a castris abesse liceat: hoc autem elapso, si reversi non essent, desertorum aut emansorum (de quibus in Julio c. 67.) loco habebantur. Hinc Suetonium Torrentius accusat, quasi minus proprie locutum, cum dixit 'a commeatu,' pro 'ad diem commeatus,' ut jureconsulti ad leges I. II. XIV. ff. de re militari: aut sine præpositione, ut infra c. 72.

^w *Cujuslibet ordinis*] Senatorii, E-

dictis suis. [13.] Equi quoque et armorum solitas exercitationes omisit; redegitque se,⁶ deposito patrio habitu, ad pallium et crepidas:^x atque in tali statu biennio fere permansit, contemptior in dies, et invisior: adeo, ut imagines ejus et statuas Nemausenses^{7 y} subverterint; ac familiari quodam⁸ convivio mentione ejus orta, extiterit, qui Caio polliceretur, ‘Confestim se, si juberet, Rhodum navigaturum, caputque exulis (sic enim appellabatur) relaturum.’ Quo præcipue, non jam metu, sed discrimine, coactus est, tam suis, quam matris⁹ impensissimis precibus reditum expostulare: impetravitque, adjutus aliquantum etiam casu. Destinatum Augusto erat, nihil super ea re, nisi ex voluntate majoris filii,^z statuere.¹⁰ Is forte tunc



esse. Infra *ad res nov.* Vind. 2. et *afflagit.* in Memm.—6 *Redegit se deque posito Memm.* Mox *patrio* recepit Beroald. ut erat in marg. Ed. Mediol. ac Mss. plerisque; cum *primo* habeant Rom. Sabell. Cald. ut est in Vind. 1. Harlem. Periz. Cort. *vario* Cuj. *pario*, et pro v. l. *vario*, Dun.—7 Hanc lect. præbet nullus codex, præter Periz. Ern. et forte Memm. et Cordocens. Habent Mss. O. Torr. *Remausenses* aut *Reimansens.* cum Cop. Harl. Huls. Cuj. Edd. Rom. Ven. nec aliter Codd. Oud. *Remansisses* Vatic. *Neumasens.* Lugd. Junt. Ald. Gron. dedit ex conject. *Resainenses* vel *Resæmens.* idque placet Oud. favente Ern.—8 *Quondam* unus Torr. Medic. 1. 3. Cop. Voss. *quedam* Vind. 1. In Dun. *familiaris quodam continuo.* Dein *ejus* omittit Medic. 3.—9 *Quum suis tum matr.* Vind. 1.—10 *Statueret* Edd. Med. Ven. 2. 3. Cald. Lugd. Junt. *stauerit* Dun. *Tum officio pro offens.* in Medic. 2. Dun. *qui rei sine publ. et facilius* Vind. 2. ut et *victicum* cum Edd. Ven. Ald. Steph. aliisq.—

NOTÆ

questris, vel Plebeii: quasi dicat, se ab infimo quoque observari æquo laturum animo.

^x *Pallium et crepidas*] Loco togæ et calceorum: hic Græcus est habitus, ut supra in Julio c. 48. notatum est; quemadmodum enim togati, hoc est Romani, calceis utebantur, ita et palliati, hoc est Græci, crepidis. Pedum tegumentum ambobus duplex, Romanis calcei et soleæ, Græcis ὑποδήματα et σανδάλια, hæc soleis, illa vero simillima calceis. Horum varia fuit forma, sed totum pedem omnes tegebant, soleæ non nisi plantarum calces infimas, cetera prope nuda te-

retibusque habenis ad pedem religata. Soleas voce ipsa Græca dixerunt quoque ‘crepidulas,’ atque etiam ‘Gallicas,’ auctore Gellio lib. XIII. c. 20. qui ante Ciceronis tempora hac voce neminem usum existimat.

^y *Nemausenses*] Nemausus, Nismes, in Gallia Narbonensi. His invisum se verosimiliter præbuerat, cum Gallias regeret. In Mss. omnibus exemplaribus Torrentius legit *Remansenses* aut *Reimansenses*.

^z *Majoris filii*] Adoptivi, scilicet Caii, qui Lucio major erat.

M. Lollio offensior,^a facilis exorabilisque in vitricum^b fuit. Permittente ergo Caio, revocatus est; verum sub conditione, ne quam partem curamve Reipublicæ attingeret. [14.] Rediit octavo post secessum anno,[†] magna nec incerta spe futurorum, quam et ostentis[†] et prædictionibus ab initio ætatis conceperat. Prægnans enim Livia, cum, an marem editura esset, variis captaret² ominibus,^c ovum incubanti gallinæ subductum nunc sua, nunc ministrarum manu per vices usque eo fovit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. Ac de infante Scribonius^d mathematicus³ præclara spondit: ‘etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni;’^e ignota scilicet tunc adhuc Cæsarem potestate.^f Et ingresso primam expeditionem,



1 *Quam ost.* omisso et Cuj. et mox *prædicationib.* Tum *præg. cum* Memm. Medic. Cop. Huls.—2 *Captare* Vind. 1. Infra abest eo a Memm. Medic. 3. Voss. probante Oud. *adeo* Vind. 2. cum Cop. Tum *quoad usque* Periz. Edd. Rom. Med. Ven. Cald. Bon. Lugd.—3 *Mathematicis* Medic. 2. Dat Vind. 2.

NOTE

^a *M. Lollio offensior*] Is propter spoliatas provincias amicitia Caii interdictus, veneno sibi necem conscivit. Meminit et Plinius lib. ix. c. 35. et c. præcedenti.

^b *Vitricum*] Matris suæ maritum, supra c. 7. et in Augusto c. 64.

† A. U. C. 755.

^c *Variis captaret ominibus*] Intelligit, ut patet, de variis illis modis quibus futurorum cognitionem Antiqui requirebant, vel a conjectoribus, ut in Julio c. 7. vel in templis cubando, ut in Augusto c. 94. et similibus, quanquam Casanbonus *καταχρηστικώτερον* dictum existimet, velitque omen captare de aliis non dici quam de iis, qui ex vocibus casu auditis divinationem querebant, qui nempe cum ad consulendum venirent, Deo ad aurem, ut visum erat, interrogato, postquam auribus obturatis exiverant, et

in foro protinus ab iis manus amovebant, ac quæ prima vox audiebatur, hæc erat instar oraculi, ut narrat Pausanias in Achaicis, et innuit Apuleius diserte libello de Deo Socratis.

^d *Scribonius*] Nunc Nigidio Figulo, de quo in Augusto c. 94. Torrentius æquiparat; illas enim disciplinas ferme nonnisi Græci tunc temporis excolebant.

^e *Regio insigni*] Hoc erat diadema, quod Romani Imperatores ante Aurelianus non sumpsere. Tacitus lib. i. Annal. ‘Non regno neque dictatura, sed Principis nomine constitutam Rempublicam.’

^f *Potestate*] Qualis ea fuit postmodum. Respublica tunc flagrabat civilibus discordiis, ut patet ex cap. 5. supra, ubi natum Philippensis belli tempore Tiberium retulit, biennio duntaxat a morte Julii: tunc autem

ae per Macedoniam ducente⁴ exercitum in Syriam, accidit, ut apud Philippos sacratae olim victricium legionum arae⁵ s sponte subitis⁶ collucerent ignibus:^h et mox, cum Illyricum petens juxta Patavium adisset Geryonis⁷ i ora-

//////////

præclare respond. Mox adhuc non agnoscent Cort. Edd. Rom.—4 *Ducentem* Cuj. *ducenti* Cort. quod non spernendum censet Ond. Statim in *Syrum* Medic. 2. Dun. et *victricum* Edd. quædam.—5 *Aræ* Fouc. qui etiam supra dedit *ingressum*.—6 Ita jam Beroald. cum Medic. 1. 3. Polit. Memm. utroque Vind. aliisque Mss. multis ac Var. Lect. Ed. Mediol. legit. In Cort. Medic. 2. Ed. Rom. utraque, *Gryph. subditis*, in uno Torr. Harlem. Periz. a m. pr. Edd. Ven. Med. Cald. *subductis*. Mox *tum Il.* Edd. Schiid. postt. et *Patavinum* Cop.—7 *Gereonis* Medic. 1. Cop. *Geroris* Cuj. *Gerionis* scripti plurimi et Edd. Vett. Cæl. Calcag. de Lud. Talor. p. 292. in Codd. quibusdam extare dicit *regionis*. Burm. cum Heins. Gron. Broukh. aliisque mallet *Geryonæ*, et provocat ad Serv. in *Æn.* vii. 661. Ceterum *adisset* Vind. uterq. Edd. Ven. Med. Cald.

NOTE

Cæsarum dominationem, ejusve principatus, de quo Calig. cap. 22. institutionem nedum animo prævidebant, quin e contra erectis, ut supra dictum est August. c. 12. Pompeianorum animis post cladem Mutinensem, asserendam omnes libertatem sperabant.

^s *Victricium legionum aræ*] Ibi Brutus et Cassius ab Augusto et Antonio victi. In Augusto c. 13. Dio in Actis anni 724. ab U. C. has aras dicit ab Antonio constitutas super tumulum.

^h *Sponte subitis collucerent ignibus*] Ignis quoque futuram Augusto magnitudinem portendit, supra in Augusto cap. 94. Idem Servio Tullio Regi Romano. Titus Livius lib. 1. et Dionysius Halicarnasseus lib. 1v. initio. Et de L. Martio concionante simile quid narrat idem Titus Livius lib. v. decad. 111. non procul a fine. Idem Salvidieno gregem pascenti, Dio lib. XLVIII. ut supra in Augusto c. 66. notatum. Quæ omnia confirmat Virgilius his Eclogæ VIII. versibus: 'Aspice, corripuit tremulis altaria flammis Sponte sua, dum ferre moror, ci-

nis ipse. bonum sit.' Ad quem locum Servius idem contigisse dicit Ciceronis uxori sacrificanti Consulatus omen. Nec illud tam constans apud Antiquos summæ potentiæ et dignitatis augurium. Iulo suo deesse voluit idem Virgilius lib. 11. *Æneid.* vs. 680. 'Cum subitum dictuque oritur mirabile monstrum: Namque manus inter mæstorumque ora parentum, Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.' Quod et de Olympia cum Alexandrum pareret, et de ipsius Alexandri natalibus narrat Plutarchus. Huc quoque adduci potest, atque etiam ex historiis recentioribus exempla alia.

ⁱ *Geryonis*] Oraculi hujus historiam etiamnum hodie quærendam dicit Beroaldus, cui assentiuntur Interpretes. Unde quis non male, ni fallor, secutus fuerit codices illos veteres, in quibus *regionis* legi testis est Cælius Calcagninus, opere illo quem de ludis Antiquorum conscripsit, cap. de talis.

culum, sorte tracta,^k qua monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem^l talos aureos^m jaceret, evenit, ut summum numerum jacti ab eo ostenderent; hodieque sub aqua visuntur hi^s tali. Ante paucos vero, quam revocaretur,



Bon.—8 Sic reposuit Oud. ex Mss. et Edd. ante Casanb. Al. ii, quod servant

NOTE

^k *Sorte tracta*] Variæ sunt species ejus divinationis quæ per sortes quærebatur. Quandoque descriptos poetæ cujusdam versus et in urnam coniectos educebant, aut emittebant, idque oraculi vice habebatur quod cuique acciderat: quandoque fatidicos versus in tabella describebant, et talis divinationem peragebant: aut arrepto temere et aperto poetæ cujusdam libro, quod se primum oculis carmen objecerat, hoc pro sorte et oraculo habebant. Hinc Virgilianæ sortes apud Lampridium in Alexandro, et Spartianum in Hadriano, &c.

^l *Aponi fontem*] Fons ille propter medicatas aquas celebratus a Claudio egregio Elegidio: ‘Publica morborum requies, commune medentum Auxilium, præsens numen, inemta salus.’ Unde verosimillime nomen sortitus est; *ἄπρονος* enim *sine labore* est. Meminit et Lucanus lib. vii. vers. 192. ‘Enganeo, si vera fides memorantibus, augur Colle sedens, Aponus terris ubi fumifer exit, Venit summa dies, geritur res maxima, dixit.’ Unde etiam colligi potest Engancos, qui Herculis comites fuisse, construxisse illic quædam suæ in Geryonem victoriæ monumenta, quorum locus Geryon appellatus fuerit; aut sortis ibi modum quandam instituisse, vel a Geryone inventum, vel quo usi fuerint, adversus eum profecturi, quæ Sabellici suspicio est.

Enganei hodie *Li monti di Padoa*. Hujus fontis meminere Plinius et Cassiodorus, &c.

^m *Talos aureos*] Fuit et hæc divinandæ per talos ratio apud priscos Græcos in more posita; auctor enim est Pausanias, fuisse in agro Burenium (qui gens Achaica) fanum Herculis, in quo cujusvis rei suscipiendæ captabant angurium ex talis et abaco; precibus quippe Deo rite peractis, quatuor talos, quorum ibi magna copia, in mensam jactabant, cumque singulorum figuræ certam haberent in ipsa tabella descriptam interpretationem, ex eorum figura et situ futura conjectabant. Hanc autem discendæ sortis rationem per talos in aquam missos Casaubonus annotavit, tum ex Pausania in Laconicis, tum ex Sozomeno lib. v. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 19. Hinc dona quædam in fontes conjiciebant, accepta sorte ad eorum modum, qui accepto ab oraculis responso donaria votiva templorum tholis seu parietibus affigebant. Exemplum est apud Plinium lib. viii. Epist. 8. ubi de Clitumno fonte agit, in cujus proximo fano erant quoque sortes. Et de Apono testatur Claudianus eodem Elegidio: ‘Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi; Tunc veteres hastæ, regia dona, micant.’ Summum talorum jactum hic intelligit Venerem, utpote felicissimum, ut supra in Augusto c. 71.

dies, aquila, nunquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus ejus assedit: ⁹ et pridie, quam de reditu certior fieret, vestimenta mutanti tunica ardere visa est. Thrasyllum ⁿ quoque mathematicum, quem ut sapientiæ professorem ^o contubernio admoverat, tum maxime expertus est, affirmantem, nave provisa ^r gaudium asserri; cum quidem illum, durius et contra prædicta cadentibus rebus, ut fallsum et secretorum temere conscium, eo ipso momento, dum spatiatum una, præcipitare in mare destinasset. [15.] Romam reversus, ² deducto in forum ^o filio Druso, statim e Carinis ^p ac Pompeiana domo Esquilias ^q in hortos Mæcenatianos transmigravit; totumque se ad quietem contulit, privata modo ³ officia obiens, ac publicorum numerum expers. Caio et Lucio intra triennium ⁴ defunctis, ^r adoptatur



Wolf. Burm.—9 *Assidit* marg. Ed. Ant. Gryph. pro v. l. quod placet Burm. nullo tamen Cod. addicente. Mox *de ritu* Ed. Ven.—10 *Professore* Dun. Dein *tum max.* edidit Ond. e Medic. 1. 3. accedente Cop. et probantib. Ern. Bip. Wolf. In Memm. Fouc. *cum*, pro quo rectius putat Ond. *tum cum*. Retinet vulg. *tunc max.* Duk. ad Flor. II. 16. probante Burm.—1 Ita Mss. O. et Edd. ante Casaub. et seqq. qui *provisa* prætulerunt. Dein *supra prædict.* Ed. Ven. 1. et in Medic. 3. *cedentib.* supraser. *vel a.*—2 *Rev. est* Dun. qui mox a *Pomp.* cum Medic. 2. *Exquilium* Vind. 1.—3 *Privato modo* Huls. *privata vero* Cop.—4 Glarean. cum Lips. ad Tac. Ann. I. 3. aliisque, commotus maxime

NOTE

ⁿ *Thrasyllum*] Hunc philosophum quoque fuisse, patet ex hoc Suetonii loco. Vetus Juvenalis Scholiastes tradit, hunc, multarum rerum scientiam professum, Platonicæ demum sectæ sese dedidisse, ac deinde mathesi, qua præcipue vixit apud Tiberium. Tacitus VI. Annal. et Dio lib. LV. experimentum hoc artis narrant paulo aliter. Hujus mentio jam supra Ang. c. 98.

^o *Deducto in forum*] De hoc more in Augusto c. 26. et infra Calig. c. 10. &c.

^p *Carinis*] Carinæ vicus Urbis, in quo Pompeii Magni domus erat. Hinc scomma illud Sexti Pompeii in Antonium, quod retulit Velleius lib. II. cap. 77. ‘Cum Pompeio quoque

circa Misenum pax inita:’ (de qua in Augusto c. 16.) ‘qui haud absurde cum in navi Cæsaremque et Antonium cœna exciperet, dixit, in Carinis suis se cœnam dare, referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio possidebatur.’ Et Dio lib. XLVIII. auctor est, Pompeium cum universa classe in colloquium venisse in exstructo agere mari circumfluo, astantibus in proximo continenti Cæsare et Antonio.

^q *Esquilias*] Esquilias quintam Urbis regionem faciebant. In ea parte hodie est templum S. Laurentii in Lucina.

^r *Intra triennium defunctis*] Sic legit in omnibus Mss. Casaubonus. Un-

ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa; coactus prius ipse, Germanicum, fratris sui^s filium, adoptare. Nec quicquam postea pro patrefamilias egit, aut jus, quod [adoptione]^s amiserat,⁴ ex ulla parte retinuit. Nam neque donavit, neque manumisit: ne⁶ hæreditatem quidem, aut legata percepit ulla aliter, quam ut⁷ peculio^u referret accepta.^v Nihil ex eo tempore prætermissum est ad majestatem ejus augendam, ac multo magis, postquam, Agrippa abdicato^w atque seposito, certum erat, uni spem successionis incumbere. [16.] Data rursus potestas tribuni-



loco Aug. c. 65. quem vide, corrigend. putavit *intra biennium*, nullius tamen Cod. ope adjutus.—5 Non comparet hæc vox in Memm. utroque Palm. Medic. 2. 3. Vind. utroq. Voss. Cort. Longol. Fouc. Dun. Edd. Rom. unde pro glossemate habet Oud. et uncis inclusit Wolf, quem sequitur Baumg.—6 Sic in O. Mss. et Edd. ante Plant. Casaub. seqq. in quibus *nec*. Edidit *neque* suo more Torr.—7 *In pec.* Vind. 2. Cort. et *infra speciem* solita variatione Medic.

NOTE

de non immerito explicat de triennio a Tiberii reditu ad ipsorum mortem, non autem quasi Caius et Lucius Cæsares trium annorum spatio vita functos significare volnerit, quos Aug. cap. 5. dixit in duodeviginti mensium spatio periisse ambos, non sine suspitione fraudis a Livia et a Tiberio factæ.

^s *Germanicum, fratris sui*] Drusi, de quo supra cap. 7. Adoptio hæc eo facta consilio, ut protinus illa facta Germanicus inciperet Augusti nepos esse. De illa adoptione, seu potius arrogatione, meminit Justinianus tit. de adoptionibus, § illud proprium.

⁴ *Jus, quod amiserat*] Cum enim ante adoptionem paterfamilias esset et sui juris, per eam filiusfamilias et alieno juri subjectus factus erat, qua in conditione multa sibi, salvis legibus, non licebant: v. g. testamentum condere, donationes facere, &c.

^u *Peculio*] Quæ bona filio suo paterfamilias concedebat, aut ipse filius

certis quibusdam modis, de quibus fuse jureconsulti, acquirebat, ea filii peculium dicebantur; aliud nil proprium habere poterat: unde quæ Tiberio donationibus aut legatis obveniebant, non poterat alio jure possidere quam peculii, quasi illa sibi concessa fuissent a patre suo Augusto, cui ipse soli hoc modo acquirebat, non sibi, cum filiusfamilias esset.

^v *Referret accepta*] In tabulis illis, de quibus supra in Julio cap. 42. multa erant capita, v. g. negotiationis, fœnoris, legatorum, hæreditatum, &c. Simul igitur ut pecuniarum aliquid acceperant, in caput hoc vel illud, hoc est huic vel illi nomini, acceptum referebant. Si ex hæreditate, v. g. in hæreditatum caput: hinc ea loquendi ratio, 'acceptum referre.' Cicero II. Philippic. 'Ego enim sestertium ducenties hæreditatibus acceptum retuli.'

^w *Agrippa abdicato*] Supra in Aug. c. 65.

cia^x in quinquennium : † delegatus^y pacandæ Germaniæ status :³ Parthorum⁹ legati, mandatis Augusto Romæ red-
ditis, cum quoque adire in provincia¹⁰ jussi. Sed nuntiata
Illyrici defectione, transiit ad curam novi belli : ‡ quod gra-
vissimum omnium externorum bellorum post Punica,² per
quindecim legiones, paremque auxiliorum^a copiam,¹ tri-
ennio gessit, in magnis omnium rerum difficultatibus, sum-
maque frugum inopia. Et quanquam sæpius revocaretur,²
tamen perseveravit; metuens, ne vicinus et prævalens hos-
tis instaret ultro cedentibus. Ac perseverantiæ grande
pretium tulit, toto Illyrico,^b quod inter³ Italiam regnum-



1.—6 Casaub. corrigit *deleg. pacando Germ. statui* vel *deleg. pacandus Germ. status*, Burm. priorem emendationem sequi jubet, vel *legi data rursus potestate tr. i. q. deleg. pacandæ Germ. statim*. Contra disputat Ern. in Excurs. ad h. l. Cf. etiam Ond.—9 *Pastorum Cuj.* Tum *legatos Fouc.* in quo deest *mandatis*. Mox *editis Periz.* a m. pr. quod si plurimis Mss. firmaretur, præferret Burm.—10 Sabell. in Ven. 2. et Beroald. in Bon. *provinciam* ediderunt primi. Nost. lect. restituit Ond. cum Burm. suffragantib. Codd. tantum non omnibus et Edd. Vett. *in provincia jussi sunt sed Cuj.* *in provincia adire* Edd. Rom. *jussisset* Memm.—1 Abest *copiam* a Medic. 2. Dun. et *rerum* a Medic. 1. In Cuj. *trienniorum*. Paulo ante *Punicam* dat Dun.—2 *Vocaretur* Huls. et mox *credentib.* Vind. 1.—3 Sic duce Turneb. Adv. xiv. 17. edidit Pulm. eumque seqq. Torr. Casaub. et ceteri, ut exhibent Medic. tr. Vind. uterque, Memm. Nonn. Fouc. In aliis et Edd. prioribus extat *intra*, vel *intraque*, ut de suis testatur Burm. Pro *Ital.* in Dun. *aliam*. Tum *regnumque* expungend. duxit

NOTÆ

^x *Potestas tribunicia*] Vide in Augusto cap. 27. Hanc simebant Imperatores vel primo imperii sui die, si privati ad hoc fastigium evelierentur; vel ab eo tempore quo designabantur, si adoptione aut natura succederent.

† A. U. C. 757.

^y *Delegatus*] Casaubonus legendum existimat, *delegatus pacando Germania statui*: vel, *delegatus pacandus Germaniæ status*.

‡ A. U. C. 760.

² *Post Punica*] Hoc est, post centum et amplius annos. Hujus belli terrorem tantum fuisse dicit Velleius lib. II. 'ut stabilem illum et firmatum tantorum bellorum experientia Cæ-

saris Augusti animum quateret atque terreret.' Habiti itaque delectus illi, de quibus in Augusto cap. 25.

^a *Auxiliorum*] Legiones Romanis militibus, auxilia externis quarumvis gentium. Si quinque hominum millia singulis legionibus tribuas, (tot enim vulgo constabant) 150000 hominum erat hic exercitus.

^b *Toto Illyrico*] Hoc divisum fuit olim in duas partes, quarum una dicitur Liburnia, ab Arsia fluvio, ejusdem hodie nominis, ad Titium amnem, qui nunc est *Cherca*. Altera dicitur Dalmatia, a Titio ad Lissum oppidum, hodie *Alessia*. Hæc quamvis proprie circa maritimam oram, toti tamen Illyrico hodiernam dedit

que Noricum^c et Thraciam et Macedoniam^d interque Danubium flumen et sinum maris Adriatici patet,⁴ perdomito et in ditionem redacto. [17.] Cui gloriæ amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit. Nam sub id fere tempus^f Quintilius⁵ Varus^e cum tribus legionibus in Germania periiit; nemine dubitante, quin victores Germani juncturi se Pannoniis^f fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res triumphus ei decretus est, multique et⁶ magni honores. Censuerunt⁷ etiam quidam, ut Pannonicus,^g alii, ut Invictus, nonnulli, ut Pius cognominaretur. Sed de cognomine intercessit^h Augustus, eo conten-



Torr.—4 *Patet* exulat ab Exc. Voss. ac *deditionem* habent unus Pulm. Vind. 1. et marg. Torr. V. ad Cæs. c. 34.—5 Voss. *Quintillus*. Dein in *Germaniam* Vind. 2. et inferius *fuerunt* Vind. 1.—6 *Multi et sine que* Medic. 2. Vind. 2. Dum. cum omnib. Burm. scriptis et ad Gryph. usque editis, nisi quod *decretus, et multi et magni* Steph. *multi et m. honoris* Cort. Edd. Rom.—7 *Censuerant* Fouc. Dein omisit *quidam* Gron. Mox pro *nonnulli*

NOTÆ

appellationem; Liburnia vero *Contado di Zara*. Quæ omnia Sclavoniæ hodiernæ partes sunt, quanquam certe, auctore Cluverio lib. iv. Introduct. cap. 4. confusis Pannoniæ Illyricæ limitibus, uno Sclavoniæ nomine accipiatur quicquid terrarum a Dravo anue ad Adriaticum mare protenditur.

^c *Regnumque Noricum*] Norici, qui etiam ipsas Alpes tenuere apud Fori Julii regionem, capiunt hodie Austriam, Baviaræ Tirolensisque Comitatus partem, &c.

^d *Macedoniam*] In Julio cap. 35. Hanc Occidentem versus, Drilo fluvius, quem alii *Drino*, alii *la Boiana*, hodie dicunt, separat ab Illyrico, juxta Cluverium lib. iv. cap. 4. Introduct.

† A. U. C. 762.

^e *Quintilius Varus*] Vide Aug. cap. 23. Velleium lib. ii. cap. 117. ‘Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico ac Dalmatico bello Cæsar ma-

num, cum intra quinque consummati tanti operis dies, funestæ ex Germania epistolæ cæsi Vari trucidatarumque legionum trium,’ &c.

^f *Pannoniis*] Hos intra Illyrici fines includit Appianus, et Strabo lib. vii. in Dalmatiam usque distentos tradit, sed distentos, non inclusos; perpetua quippe montium juga Illyrios a Pannoniis dirimunt, usque ad Unæ fontes, atque inde ducta linea ad Dimari, nunc *Lim*, et Drini, vel Drinii confluentes.

^g *Pannonicus*] Ceteri Imperatores cognomina a devictis gentibus con-gesserunt, ut Gothicus, Alanicus, Vandalicus, &c. et crescente adulatione, Invictus, Pius, &c. præsertim ab Antonino Pio, ac denique circa Diocletiani tempora, Felix, Inclytus, Victor, Triumphator, Maximus, Sempiternus.

^h *Intercessit*] Hoc est, impedivit: Augusti enim cognomine insignendus erat; sed post Augusti mortem,

tum repromittens, quod se^s defuncto suscepturus esset. Triumphum ipse distulit, mœsta civitate clade Variana. Nihilominus Urbem prætextatusⁱ et laurea coronatus intravit; positumque in Septis^{9k} tribunal, Senatu astante, conscendit, ac medius^l inter duos Consules cum Augusto simul sedit; unde, populo consalutato, circum templa deductus est. [18.] Proximo anno † repetita Germania,^m cum animadverteret, Varianam cladem temeritate et negligentiaⁿ ducis accidisse, nihil non de consilii^o sententia egit. Semper alias sui arbitrii, contentusque se^t uno, tunc præter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit. Curam quoque solito exactiorem præstitit. Trajecturus Rhenum, com meatum omnem, ad certam formulam astrictum, non ante transmisit, quam consistens apud ripam explorasset vehiculorum^o onera, ne qua deportarentur,^z



habet alii idem Fouc. ac pro ut Pius Cuj. impius.—8 Ut se Periz. a pr. m. et vice τοῦ mœsta præbet majesta Cuj.—9 Septis et in Sen. Memm. ac deest Vind. 1. Mox consultato Voss. circa Cort. Edd. Rom. et devector est in uno Torr.—10 Nihil de cons. Harlem. concil. Cort. Edd. Rom. pr. aliæque. Post egit in Ed. Burm. est minima distinctio; unde putat Oud. natam Ern. conjecturam, qua veretur, ut periodus illa tunc præter seqq. sit a manu Sueton. Itaque reposuit, ut olim, plenior distinctio, quod placet et Wolf.—1 In Fouc. deest se ante uno et in Polit. Medic. 2. 3. est cum complurib. Item belli non agnoscit Dun.—2 Ita e Mss. suis restituerunt Torr. et Casaub. ac seqq. ut olim editum fuerat ab Rom. dum Ven. Bon. Med. Cald. Bas. Steph. Gryph. Colin. et alii dederunt deponerentur, uti extat in Harlem. Dun. et recudi curarunt Burm. Ern. Bip. Nost. lect. tuentur Wolf. et Oud. astipn.

NOTE

ut supra in Augusto notatum: quod his omnibus futurum erat illustrius.

ⁱ Prætextatus] Prætexta indutus; hæc enim inter ornamenta Consularia, de quibus Aug. c. 38.

^k Septis] Septa, quæ et ‘ovile’ dicebantur, quid essent, supra Aug. cap. 43.

^l Medius] Qui locus apud Romanos æque ac barbaros erat honoratissimus: infra Calig. cap. 24.

† A. U. C. 763.

^m Germania] Intelligendum de iis regionibus, quæ Rhenum inter et Al-

bim sitæ sunt; has enim duntaxat Augusti Tiberiique auspiciis perdomitas notat Cluverius lib. 111. Introd. c. 7.

ⁿ Varianam cladem temeritate et negligentia] Velleius lib. 11. cap. 120. confirmat his verbis, ubi factum narravit: ‘Ex quo apparet Varum sane gravem et bonæ voluntatis virum, magis Imperatoris defectum consilio, quam virtute militum destitutum, se magnificentissimumque perdidisse exercitum.’

^o Vehiculorum] Vehiculorum legisse se Turnebus ait, et defendi pos-

nisi concessa, aut necessaria. Trans Rhenum vero eum vitæ ordinem tenuit, ut sedens in³ cespite nudo^p cibum caperet, sæpe sine tentorio pernoctaret, præcepta sequentis diei omnia, et si quid subiti muneris injungendum esset, per libellos daret; addita monitione, ut, de quo quisque⁴ dubitaret, se, nec alio interprete,^q quacumque vel noctis hora uteretur. [19.] Disciplinam^r acerrime exegit, animadversionum et ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis, atque etiam Legato legionis, quod paucos milites cum liberto suo trans ripam venatum^s misisset, ignominia⁵ notato. Prælia, quamvis minimum fortunæ^t casibusque permitteret, aliquanto constantius inibat, quoties lucubrante se,

lantibus optimis ac plurimis Codd. Ceterum *vehiculorum*, quod in Cod. reperit et aliquo modo probat Turneb. Adv. XIV. 17. habet etiam Medic. 2. *et necess.* Vind. 2.—3 *In deest Ven.* 1. Tum *capero* Cuj. et postea *pernoctarit* Memm. Medic. 3. Polit. Mox Edd. Græv. Gron. *si quid*, omissa copula *et.* Lips. cum in Exc. Cuj. invenerit *timoris* pro v. l. *τοῦ muneris*, conj. *et nisi quid sub. nunciis.*—4 *Quisquis* Periz. Edd. Rom. Item *nec noct.* dant Exc. Cuj.—5 *Ignominiam* Dun. Mox *casibus sine que* Cop. Huls. Edd. Junt. Ald. Steph.

NOTÆ

se, ut ita dicatur vehiculator, quem admodum naviculator.

^p *Cespite nudo*] More veterum Romanorum. Unde Horatius Ode 15. lib. II. ævi sui mores taxans et antiquos requirens: 'non ita Romuli Præscriptum, et intonsi Catonis Auspicis, veterumque norma.' Et paulo post: 'Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant,' &c. De quo et Plutarchus in Catone, &c.

^q *Interprete*] Ne quis ambigua scriptura seipsum excusaret. Hujusmodi præcepta scriptis quoque data fuisse ab aliis, auctor est Frontinus lib. de Aqueductibus.

^r *Disciplinam*] Idem de Augusto c. 24. ubi etiam de variis ignominiarum generibus, quibus addesis venæ sectionem; ignominia quippe causa sanguis mittebatur, ut nempe sanguinem,

quem cum gloria fundere pro patria noluerant, eum cum ignominia amitterent: quæ mens est Antonii Mureti lib. XIII. Variarum Lectionum cap. 20. Quo tamen loco diversus abit ab Anlo Gellio lib. x. c. 8.

^s *Venatum*] Id quoque ex Augusti disciplina fuisse evincunt Macri jurisconsulti verba, quæ Torrentius retulit: 'Debet qui meminert se armatis præesse, parcissime commeatum dare, equum militarem extra Provinciam duci non permittere ad opus privatum, venatum, piscatum, militem non mittere. Nam in disciplina Augusti ita cavetur.'

^t *Quamvis minimum fortunæ*] Id ipsum vere laudandum mire exaggerat Velleius lib. II. cap. 115. utpote cui et ipse bello simul interfuerit.

subito ac nullo propellente, decideret ⁶ lumen, et extingueretur; ^u confidens, ut aiebat, ⁷ ostento, sibi ac majoribus suis in omni ducatu ⁸ v expertissimo. Sed, re prospere gesta, non multum a fuit, quin a Bructero ⁹ w quodam occideretur: cui ¹⁰ inter proximos versanti, et trepidatione detecto, tormentis expressa confessio est cogitati facinoris. [20.] A Germania in Urbem ^t post biennium regressus, triumphum, quem distulerat, egit; [†] prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta ^x impetrarat. Ac priusquam in Capitolium flecteret, ^y descendit e curru, seque præsidenti patri ad genua ^z summisit. Batonem, ² a Pannonium ducem, in-

//////////

—6 *Deciderit* Harlem. Edd. Ven. Med. Cald. Dein et omittit Memm.—7 *Aiebat* Cuj. Exc. quæ etiam a maj. cum Harlem. Cop. Periz. Huls. Medic. 2. 3. Vind. 1. Dun. Edd. Ven. Med. Bon. Lugd. Junt. Ald. Steph. et al. et maj. Edd. Rom. sibi maj. omisso ac Fouc.—8 *Ductu* Cod. Urs. Tum expertio Medic. 3. experti somno Huls. et marg. Ed. Mediol. in omni educatu Medic. 2.—9 Sic Steph. et e suis Codd. Torr. Casaub. ceterique ediderunt. Antea circumferebatur ab *Rhuteno*, ut in Mss. multis; ab *Ructero* Memm. Medic. tr. Pulm. unus, Dun. a *Ructerio* Pal. 1. a *Bructero* Pal. 2. a *Rhutero* Pal. 3. a *Ructero* Harlem. Ed. Ven. 1. *Rhutero* vel *Rutero* Edd. pleræque, a *Bructeno* Cuj. ab *Ructeno* Camp. *abructero* Nonn. ab *Rucherio* Vind. 1. ab *Ruperterio* Vind. 2. ab *Rupterio* Cort. *Breutero* vel *Breuctero* volebat Voss. ad Patere. II. 105.—10 *Cum* Cort. Tum detecta Vind. 1. confessione Huls. marg. Ed. Mediol.—1 *Urbe* Harlem. In Memm. Dun. Cuj. Medic. 2. Voss. est *biennio*, quod Græv. non displicebat. Dein *reversus* Fouc.—2 Sic Turneb. Cod. et duo Torr. cum Dione l. LV. quibus astipulantur Mss. Oud. nisi quod *Batonem* det Vind. 1. *Bationem* Harlem. Periz. et Edd. ante Pulm. exceptis Steph. Gryph. Paulo ante *præsidentibus* habet Fouc. Mox *Pannoniorum*

NOTE

^u *Decideret lumen et extingueretur*] Id quoque apud Romanos in more positum, notat Plutarchus in *Problematis*, et causas investigat cur non extinguerent lumen, sed seipso deficere permetterent.

^v *Ducatu*] Imperio vel Præfectura: utitur iterum hac voce infra in *Nerone* c. 35. et *Lampridius* in *Helio-gabalo*, *Capitolinus* in *Pertinace*, et *Maximinis*, *Spartianus* in *Pescennio*, &c.

^w *Bructero*] Sic *Torrentius* in *melioribus* duobus codicibus legit. *Be-roaldus* et vulgati *Rutheno*. Si nomen

appellativum est, Gallicum est. *Rutheni* quippe *Aquitaniæ* sunt populi, *Rouergue*. *Breucteri* quoque sæpe memorantur a *Tacito* lib. I. *Annal.* ad *Amusiam* fluvium, vulgo *Ems*, qui *Westphaliam* alluit.

† A. U. C. 765.

^x *Triumphalia ornamenta*] In *Augusto* to cap. 38.

^y *In Capitolium flecteret*] Pro more triumphantium; hi enim deductam per vicos pompam in *Capitolio* terminabant.

^z *Ad genua*] De hoc triumpho *Ovidius* lib. II. de *Ponto*, *Eleg.* 2. in fine:

gentibus donatum præmiis, Ravennam transtulit; gratiam³ referens, quod se quondam, cum exercitu iniquitate loci circumclusum, passus esset⁴ evadere. Prandium^b dehinc⁵ populo mille mensis, et congiarium trecentos⁶ nummos^c viritim dedit. Dedicavit et Concordiæ ædem,^d item Pol- lucis et Castoris,^e suo fratrisque nomine, de manubiis. [21.] Ac non multo post,[†] lege per Consules lata, ut provin- cias^f cum Augusto communiter administraret, simulque censum ageret,⁷ condito lustro^g in Illyricum^h profectus



vellet Burm.—3 *Gratias* Harlem. et Vind. 2. qui et *circumductum*. In Fouc. quodam cum.—4 *Est* Codd. Pulm. Periz. Huls. Harlem. Cuj. Medic. 2. 3. Fouc. Dun. et Edd. Steph. priores.—5 Ita Memm. Mss. Pulm. Burm. et Ond. O. cum Edd. antiquis præter Bas. Gryph. Plant. et novitias, quæ *dein*. Tum *congiariorum* Fouc.—6 Mss. et Edd. Vett. ante Torr. exhibent *tricen*. præter Medic. 2. Voss. et Cod. Glareani. Cf. Aug. c. 41. *Infra suo fratris nom.* Vind. 1.—7 *Ageret* Memm. Dun. Medic. tr. Cop. Cuj.—8 *Totam* Vind.

NOTÆ

‘Maturosque pater nati spectabit honores, Gaudia percipiens quæ dedit ante suis.’

^a *Batonem*] Vulgati legebant *Bationem*. Alteram lectionem firmat Ovidius ibidem: ‘Totque tulisse duces captivis addita collis Vincula,’ &c. ‘Maxima pars horum vitam veniamque tulere, In quibus et belli summa caputque Baton.’ Cujus loco quidam in fine hujus versus legunt *fuit*. Hunc Dalmatiæ, non Pannoniæ, regem fuisse, auctor est Dio lib. LV. quem Scaliger falsi accusat in Chronico Eusebiano num. 2203. ubi ex veteri lapide Pannonium fuisse probat.

^b *Prandium*] De prandis illis et congiario quid sint, supra notatum est in Julio cap. 38.

^c *Trecentos nummos*] Sestertios: scilicet 13. lib. 2. s. 6. d.

^d *Concordiæ ædem*] Sui et Tiberii fratris nomine dedicatam, auctor est Dio lib. LVI. Romæ plures erant ædes Concordiæ: hanc exstruxerat

Camillus. Livia vetustate collapsam aut collapsuram instaurarat, ut patet ex Ovidio lib. I. Fast. 13. De manubiis in Julio cap. 26.

^e *Castoris*] De æde illis dicata locutus quoque est in Julio cap. 10. unde verosimile est ab ipso quoque instauratam. Dedicaciones ejusmodi fiebant a Magistratibus hoc ferme modo. Qui dedicaturus erat, apprehenso templi poste, modicoque igne accenso, solennia verba præeunte pontifice proferebat, quibus templum illud, aras, tabulas, ac demum quicquid esset in eo, ab omni usu profano exemptum, ei Deo consecrabat, cujus in honorem consecratio peragebatur. Plura super ejusmodi cærimoniis doctissime collegit Barnabas Brissonius lib. VII. de Formulæ.

† A. U. C. 766.

^f *Provincias*] Aug. cap. 47. dictum est quas Senatui provincias tradidisset, quas vero sibi servasset Augustus. De postremis intelligendus videtur hic locus.

est.† Et statim ex itinere revocatus,ⁱ jam quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit, fuitque una secreto per totum ⁸ diem. Scio, vulgo persuasum, quasi, egresso post secretum sermonem Tiberio, vox Augusti per cubicularios ^k excepta sit: ‘Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis ⁹ erit.’¹ Nec illud quidem ignoro, aliquos tradidisse, Augustum palam nec dissimulanter morum ejus diritatem ^{10 m} adeo improbasse, ut nonnunquam remissiores ¹ hilarioresque sermones, superveniente eo, abrumperet: sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse; vel etiam ambitione tractum,² ut tali successore desiderabilior ⁿ ipse quandoque fieret. Adduci tamen nequeo, quin existimem, circumspectissimum et prudentissimum Principem, in tanto præsertim negotio, nihil



1. qui mox *post secreto*.—9 *Vexillis Viterb.* Dein *edit* in duob. Torr. Pal. tr. Cort. Edd. Rom. Lugd. Junt. Arg. Gryph. probante Grut. *ederet* Ald. Steph. Heins. *mallet perit*. Statim *ne illud* edidit Ond. et post eum Wolf. secuti Medic. tres, Polit. Vind. utrumque, Cuj. aliosque: *neque*, ut passim ante vocalem vel aspirationem Ed. Torr.—10 *Diritatem* lib. duo Torr. cum Periz. Harlem. Nonn. Cort. et Edd. ante Beroald. aliæque. Lips. *duritiam* præfert.—1 *Remissiones* Medic. 2. et postea *superadven.* Camp.—2 *Tractatum* Ed. Seb.

NOTÆ

ε *Condito lustrò*] Tunc temporis Augusti collega erat, supra in Augusto c. 97.

^b *Illyricum*] Supra cap. 16.

† A. U. C. 767.

ⁱ *Revocatus*] Vide in Augusto cap. 98. ubi discrepantia super hac re Historicorum testimonia.

^k *Cubicularios*] De his Domit. cap. 17. commodius.

¹ *Lentis maxillis erit*] Casaubonus in Viterbiensi legebat *edit*, nec probavit, quamvis idem verbum ex duobus Mss. Torrentius non improbet. Comparat lentam Tiberii morositatem bestię sævæ, quæ dentibus prehensum cruciatu longo vexet, antequam conficiat. Lentam hanc Tiberii indolem Plutarchus dubio procul inunit in Problematis, cum Augustum

dicere solitum refert, relinquendum a se successorem eum, qui de re eadem nunquam bis cogitaret. Tacitus tamen lib. 1. Annal. ‘Literas ad exercitus tanquam adepto Principatu misit, nusquam contabundus, nisi cum in Senatu loqueretur.’

^m *Diritatem*] Hoc est, acerbiter et intolerantiam morum, ut infra cap. 56. In duobus Mss. *duritatem* Torrentius legerat.

ⁿ *Desiderabilior*] Tacitus Annal. 1. rumores funeris die sparsos referens, ‘ne Tiberium quidem caritate aut Reipublicæ cura successorem ascitum: sed quoniam arrogantiam sævitiamque ejus introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quævisse.’ Dio lib. LVI.

temere fecisse; sed vitiiis virtutibusque Tiberii³ perpensis, potiores duxisse virtutes: præsertim cum et ‘Reipublicæ causa^o adoptare se eum,’ pro concione juraverit, et epistolis aliquot, ut peritissimum rei militaris, utque⁴ unicum populi Romani præsidium, prosequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde⁵ subjeci. ‘Vale, jucundissime Tiberi, et feliciter rem gere,⁶ ἔμοι καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν.^{f 7 p} Jucundissime,⁸ et, ita sim felix, vir fortissime, et dux νομιμώτατε,^{9 q} vale.’ Et, ‘Ordinem æstivorum^r tuorum! Ego

f *Mihi et Musis exercitum ducens.*

//////////

Gryph. *tactum* Edd. Græv. pr. Casaub. Schild.—3 *Alio ordine vit. Tib. virtut. e Memm. recepit Gron. et amplexus est Burnm. faventibus Cop. Harlem. Periz. Conj. Medic. Polit. Vind. 2. Voss. Ed. Bon. Mox juraverat Memm.—4 Atque* Edd. Lugd. Junt. Ald. Steph. Græv. pr. sed in posteriorib. Græv. æque ac Gron. Pitise. excidit hæc vocula. In Fouc. legitur *unic. Reip. præsid.*—5 *Hic inde* Harlem. Deest *inde* Cop. Tum *subjecti* Huls. et *dicamus* Periz. a pr. m.—6 *Vulgo rem g. f. Alterum ord. firmant Memm. Medic. Vind. 2. Conj. et Torr. cum Ed. Rom. sec. In Polit. Voss. Cort. aliisque rege.*—7 *In Mss. plerisque et Edd. prisicis vel desunt Græca vel corrupte exhibentur. Turneb. Adv. xiv. 14. conj. καλὰ στρατηγῶν v. ἄριστε στρ. Salmas. ἔμοι τε καὶ τοῖς ἐμοῖς ᾧ ἄριστε στρ. Lips. ἐμ. καὶ λαοῖς τοῖς σοῖς, Casaub. ἄριστα στρ. Ond. ἐμ. καὶ τοῖς σοῖς σοῖ τε στρ. Bremius ἐμ. καὶ τοῖς στρατοῖς ἄρ. στρ. insistentes fere vestigiis Cod. Memm. ubi ἐμ. καὶ ταῖς μουσαῖς δῖς τε στρ. quibus addere posse Baumg. existimat: ἐμ. καὶ Ῥωμαίοις v. τοῖς Ῥωμαίοις στρ. v. ἄριστα στρ. tamen vulg. lect. mutare cum aliis nollet. In uno Cod. reperit Pith. ἄριστε στρ. et simile quid in duob. Torr. extat, ipso Torr. teste. Casaub. scribit in nonnullis Reg. Biblioth. legi καλὲ στρ. et in aliis ἐμ. καὶ τοῖς ἄλλοις στρ. Medicei dant ἐμ. καὶ ταῖς Μούσαις στρ. Exc. Voss. ἐμ. καὶ ταῖς Μουσασαῖς τε. In quibusdam etiam Mss. Beroald. notavit ἐμ. καὶ τοῖς σοῖς, et ita Edd. Junt. Arg. Viterb. demum hanc interpretationem præbet: *mihī et meis tuisque commilitonibus*, quasi scriptum esset ἐμ. καὶ τοῖς ἐμοῖς τε σοῖς συστρατιώτοις.—8 *Jucund. deest* Vind. 1. ac sum dant Cort. Edd. Camp. Ven. tr. *ita sim vir* Huls. *ita si fel.* Conj.—9 *Exulat**

NOTÆ

^o *Reipublicæ causa*] Testamentum adjectum, ‘Reipublicæ causa facio;’ scribit Velleius lib. ii. cap. 104.

^p *Ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις*] Interpretes in quibusdam vetustioribus legerant *καὶ τοῖς σοῖς*, hoc est, *mihī et tuis*. In aliis, *καὶ τοῖς ἐμοῖς*, et *meis*. Alii aliter, ut *ἄριστε στρατηγῶν*, *optime Imperator*, &c. Quæ lectiones vulgatis meliores viderentur, quarum sensus Torrentio hic est: Tiberium in æstivis aut hybernis degentem hortatur, ut ille otii

tempore Musis det operam, exemplo forsitan suo, ut canit Horatius Ode 4. lib. iii. de ipso Augusto: ‘Vos Cæsarem altum, militia simul Fessas cohortes abdidit oppidis, Finire quærentem labores, Pierio recreatis antro.’ Aut certe dicit Musis exercitum ducere, quasi facientem aut facturum, quæ suis Musæ carminibus olim exornarent.

^q *Νομιμώτατε*] *Maxime, legitime*, seu *compositissime, regulatissime*. Ideo, ut

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 406 784 9



3 1158 01212 0472

